ris cõmunio nos deduxit. Ariſto.quid de hoc omniũ genere ſentiret uno uerbomõſtro/ uit qui in problematis cũ minimo & preſtigiatore aſtrologũ deputauit. At dices ſi nihil tale iſti philoſophi ſcripſerũt: qui tamẽ ea ſcripſerũt fuere philoſophi: Qualis Albumaſar: ptolomæus: Haly: Abenzagel: Iulius Firmicus: innumeri alii: tum latini: tum græci barbariq; auctores aſtrologiæ: uiri & doctrina & ingenio præſtantiſſimi. Tu uir me opportune admonuiſti ne id ſolũ dicerem aduerſus te neglectã a philoſophis aſtrologiam: Sed & quicunq; eã etiã ſcripſiſſent: aut nihil aut male philoſophatos. Quare relinquite nobis ſi diis placet &. Pitagorã: & Platonẽ: & ariſtotelẽ: & ueſtros uobis habeatis Aomaras: Alchabitios: Auenazaras: Abenzageles. Qui omnes quantum abfuerunt a philoſophico ingenio palam demonſtrabit᷑: cum accedere illos fabuloſiſſimis rebus & aſſeuerare quæ nullã habeant rationẽ: & pugnantia dicere: & ſeipſos euertere palam oſtẽdemus: quæ diuerſiſſima a philoſopho ſunt: cuius maxime ꝓprium nihil crede/nihil affirmare: q; uel euidentia uel ratione demõſtrari non poſſit. Sed age dicamus hic & aliquid unde cõſtet auctores auſtrologiæ aut parũ aut male philoſophatos: Porro Ptol. principẽ aliorũ facile cõcedent. Eſt enim doctiſſimus aſtrologorũ & quod attinet ad mathematica uir ingenioſiſſimus. Qđ aũt ad genethliacos quẽadmodũ dici ſolet optimus malorũ. Is igit᷑ quo iudicio philoſophicas res tractauerit: & i ꝓœmiis magne cõpoſitiõis quã uocant Almageſtum: & in libris apoteleſmatio ſatis indicauit. Exordiens em̃ libros mathematicos patitur philoſophiã contemplatricẽ ex Ariſto. ſententia in tria genera: theologicũ: naturale & mathematicũ: tũ rationẽ partitionis exponẽs omnia inquit quæ ſunt ex tribus cõſtant materia/forma/& motu: quæ ſeparari ab inuicẽ cogitatiõe quidẽ poſſunt: re aũt nõ poſſunt. ab his igit᷑ tribus tria illa genera philoſophiæ ducunt᷑: a motu theologicũ: cum primi motus cauſa nõ aliud ſit ꝙ deus: a materia phyſicũ: a forma mathematicum. Hæc eſt. Ptol. ſnĩa in qua tot eſſe apud bonos philoſophos errata quot uerba nemo paulo doctior dubitauerit: neq; enim oĩa ex illis tribus. Quod ſi oĩa dum dicit naturales res intelligit/quomõ circa has uerſabit᷑ ipſa philoſophia in tria illa deinde genera diuiſa: phyſicum: diuinum: & mathematicũ: Sed neq; ex naturalibus quicꝙ cõſtat ex motu quãꝙ non fiat/nec permaneat ſine motu: ſed demus ei hanc ueniã loquẽdi. Ariſt. ipſe quẽ ꝓbat quo modo ei dabit a motu oñri genus theologicũ. Cũ & ipſe deus quatenus primi motus auctor & cauſa nõ a theologo ſed a philoſopho inueſtiget᷑. Reliqua ẽt aut falſa aut quæ facile uideas ab hoĩe prolata parũ perito gnaroq; philoſophiæ. Iam uero ex libris apoteleſ. quos uocãt quadripartitos inſigniores errores & magis euidẽtes cum & lunã humidiorẽ credit quia humidus uapor a terra ad eã reliquis aſtris terre proximiorẽ aſcendat: & eadẽ ratione aridũ ſaturnum: quia ab his uaporibus magis elongetur: eundẽ uero & frigidum eſſe quia ſit procul a calore ſolis: iouẽ temperatũ ꝙ inter gelidũ ſaturnum & feruidũ martem medius colloce᷑: atq; alia hoc genus multa de ſyderũ proprietatibus quæ exibilabũt philoſophi potius ꝙ confutabunt. Et ꝙꝙ magiſtri errorẽ erubeſcens arabs enarrator conetur in ſenſum aliũ Ptol. uerba transferre: ipſe tamẽ defendi uel excuſari ſe. Ptolemæus non patitur/qui adeo hæc aſſerit affirmat & ſæpius iterat: ut de ſenſu eius dubitatio nulla relinquatur. Tu uero ex uno hoc diſce omnes & ex optimo indica deteriores. Primus fere a Ptolomeo. habetur Albumaſar: is nec philoſophus fuit nec dialecticus: & in mathematicis imperitus. erat enim grammatices artis profeſſor: & a ſcribendis hi//

Qualis. Ptol. in literis.

Sententia Ptol.

Contra Ptol.

Contra eundem.

ſtoriis uſoriis ut narrat Auenrodan ad aſtrologiā ſe conuertit:in qua etiam ſua profeſſione ꝙ eſſet uerus uel hinc cognoſcas ꝙ Ptolemæū aſtrologum ex ægypti regibus putat fuiſſe qui Alexandro ſucceſſerunt:quaſi inter hos & illū non plus quingentis etiā annis interceſſerit/cum reges Ptolemæi ante chriſtum per quadringentos annos floruerint Ptolemæus aſtrologus ſub Adriano ſcripſerit & Antonino.unde mirū rerum altiſſimarū indagatorē & obſeruatorem fidelem:qui in re tam aperta tanta ſit ingenii uel ſomnolentia uel tarditate.Idē in aſtrologicis rebus quantum errauerit ꝙ apertis confeſſiſq; mendaciis inſti/terit quaſi/ueris/poſtea declarabimus.Quid memorem Maternum & in rudimentis arithmetricæ ſic allucinantē:ut ſcribat:quid decernat Mercurius/cū in nocturna genitura cæli mediū occupauerit quaſi a ſole Mercurius plus quadraginta aut circiter partibus abeſſe unꝙ poſſit:aut a cæli medio ſol per noctē plus ſeptuaginta ſemper nō abſit. Mitto alia multa in quibus cum ſemper multæ loquētiæ/exiguæ ſemper ſapientiæ hominem deprehendens.Iam Malliū niſi eſſet poeta bone deus/quo riſu proſequeremur:qui cæleſtes illas quas fingit imagines paucis ſtellis inchoatas potius dicit ꝙ abſolutas/ ne pluribus ibi ignibus accenſis incēdio mundus flagraret. Ad iuniores nō deſcendo homines plebeios & idiotas ad quos quaſi ad iuſtos poſſeſſores tota fere ꝓfeſſio deuoluta eſt. Eſt Bonatus inter eos primæ auctoritatis.Is nō ignarus modo eſt philoſophiæ/ſed furit plane atq; delirat. Lege eius primum librum de iudiciis in quo ſuper opere ipſe ꝓœmiatur: Mentior niſi Helleboro dignū hominem iudicaueris:ſtruit ubi decipit minus rationes quaſdam quibus aſtrologiā probet eſſe ueram:illas quid dicā falſas/immo ſupra ꝙ dici poſſint pueriles atque ridiculas:Quā uero putat efficaciſſimā illa eſt quadriuium deſtrui ſi aſtrologia tollatur.Eſſe enim unā ex quatuor artibus mathematicis:unde ut neſcit etiā quid ſit hoc ipſum quod ꝓfitetur:Aſtrologia enim hæc diuinatrix quā confutamus tantum diſtat ab ea quæ mathematicis annumeratur quantum a tenebris lux/ quantum ueritas diſtat a mendacio.Et hæc quidē quæ futurorum predictionē uſurpat ſi prior illa ueri orq; tollatur ſtare nō poteſt:at nō remeat ratio ut diuinatrice ſublata/mathematica quoꝙ illa auferatur:quod adeo eſt perſpicuū:uel his qui prima harum artium attigerint elementa/ut pluribus hoc declarare ſuperfluum ſit.Ptolemæus ipſe in ꝓœmiis apoteleſmatio poſtꝙ de duplici dicit aſtronomia:tū ad priorē & mathematicā referēs ſermonē ita inquit. :& quæ ſequuntur.

Qualis Albumaſar.

Quo tēpore.

Ptolomeus Qualis.

Maternus.

Qualis Mallius.

Qualis Bonatus.

Quod ſi forte quibuſdam interdum bonis iudiciis non diſplicuit iſta profeſſio:nō ſtatim tamen eſt bonum quod bonus etiam aliquis nō improbauerit:quoniā & boni non ſemper uſq; quaq; boni & docti prerogatiuā omnibus numeris pauci conſequuntur.& ſi dicendū eſt aliquid non omnes docti philoſophi/philoſophi ſemper ſunt.Sed illud etiā opus meminiſſe eſſe ueritates quaſdā quibus nobis libido aliqua reluctatur:eſſe quibus nulla in primo genere omnia quæ ſunt de moribus & theologica multa continentur:in altero maxima pars quæ de phyſicis rebus & mathematicis eſt.porro hāc ueritatē quā nos tractamus de uanitate aſtrologiæ ad primū genus ſpectare manifeſtū eſt:qm̄ innatū homini curioſitatis uitiū illi repugnat:quod cū ſit inter omnia potentiſſimū cum ſit homini proprium quatenus homo eſt:efficit interdum ut plures huic ueritati uel inueſtigandæ non uacent:uel inuentæ etiam non libenter accedant:Et quemadmodum multi poſt tractatas philoſopho

aduerſus auaritiã euidentiſſimas rõnes/opibus tamẽ inhiãt cumulandis:ſic plæriq; poſt q̃ eis cõſtiterit uera omnino eſſe poſſe quæ aſtrologi dicũt:ab aſtrologis tñ innata curioſitas ægre ſe diuellit:& ſi rerũ audi nouarũ etiã fabulas audimus libenter ita curioſi futurorũ & mentiẽtes in illis aſtrologos cũ uoluptate ſentimus. Accedit qui nos ſemper infatuat nimius amor noſtri qui quæcũq; attinẽt ad nos ꝓſpera uel aduerſa facile ſperat facile timet & ad ea quærẽda etiã ubi inueniri ſcimus nõ poſſe cæca tñ idẽtidẽ cupiditate ſollicitat. Quid ꝙ uulgato hoc diuturno cõſenſu præiudicatũ quaſi multi exiſtimant etiam omnino eſſe aliquid aſtrologiã:nec illud eis unq̃ uenit in mentẽ ut introſpicerẽt/quis nã fundus huic rei aut q̃ ſolidũ firmamentũ ſubeſſet. Quare quoſcũq; fere iſta uanitas tenuit/inuenies aut parũ fuiſſe philoſophos aut certe parũ aſtrologos:quorũ altero ne uideãtur altero ne iudicent̃ errores eorũ effici põt. Deniq; guſtata ſorte potuit placuiſſe quibuſdam/potata uero philoſophi palato nunq̃ ſatiſfecit. Habet.n.in frõte aliquid quid alliciat/quid magnũ/quid ueriſimile/quid utile uideat̃:ſed ubi altius introſpexeris falſa incerta/fabuloſa/omnia uides:aut nullis aut debiliſſimis quibuſdã cõiecturis nata:de quibus poſtea libris ſequẽtibus abundãter lateq; diſſeremus. Verũ illud ſorte & aliquẽ feſellerit/ꝙ cũ ſint aliquorũ & philoſophorũ & aſtrologorũ affinia nomina poterit exiſtimari eoſdẽ fuiſſe qui & philoſophica & aſtrologica cõſcripſerint. Eſt.n. Albumaſar apud philoſophos eſt itẽ apud aſtrologos ſed quãq̃ hec nomina latinus ſermo confuderit/apud arabes tñ diuerſa dinoſcunt̃:nã qui philoſophus eſt Abumaſar:qui aũt aſtrologus Aboaſar appellat̃. Scripſit etiã Abubater de natalibus p̄dictionibus:& eodẽ nomĩe alius philoſophica p̄cipueq; librũ quo quiſq; pacto per ſe philoſophus euadat:quẽ ãno ſuperiore ex hebreo uertimus in latinũ:Sed ille Alta ſibi hic uero Tripdis filius:Eadem in pleriſq; affinitas nominũ q̃q̃ & tẽporũ & ꝓfeſſionũ magna diſſenſio:Et de philoſophis qdẽ ſatis. Tranſeamus ad ꝓphetas:hoc eſt ad ueteris & nouæ legis oracula ab Eſaia exordiũ faciẽtes. Is igit̃ cũ babiloniis apud quos hæc ſecta maxime uiguit:unde aſtrologi ẽt chaldei dicebantur/futurũ excidiũ minaret̃:& Cirũ regẽ Perſarũ per ducẽtũ etiã ãnos anteq̃ naſceret̃ unctũ appellatũ aduerſus illos dimicãtẽ/tubis excitaret ita chaldeorũ ciuitatẽ deſolãdã alloquit̃. Stẽt nũc & ſaluẽt te augures cæli qui cõtẽplant̃ ſydera & ſupputabãt mẽſes ut annunciarẽt euẽtura tibi. Ecce facti ſunt quaſi ſtipula ignis cõbuſſit eos/nec liberabũt aĩam ſuã de manu flãmæ:& añ hæc paucis ĩteriectis de hac cæleſtiũ obſeruatiõe eos ita taxauerat ſapiẽtia hæc & ſcĩa tua decipiet te:ueniet ſup te malũ & neſcies ortũ eius:& irruet ſup te calamitas quã nõ poteris expiare. In qbus uerbis ꝓpheta diuinus duplicẽ aſtrologorũ temeritatẽ accuſat quarũ altera eſt putare ſe ex cælo poſſe futura p̄uidere:altera cũ ſint p̄uiſa uel depellere mala uel bona cõfirmare. Veniet igit̃ inqt malũ cuius neſcies ortũ:hoc eſt ꝙ tibi nec mars/nec ſaturni frigida ſtella p̄ſignificauerit:Tũ nec irruẽtẽ calamitatẽ poteris expiare:hoc ẽ horarũ electiõibus & aſtrologicis imaginibus aut ſupſtitioſis aliis machinamẽtis a te ꝓpellere Dignũ aũt aĩaduerſiõe cõfutari p hæc miſiões eoꝝ q caldei parit̃ eẽ uolũt & xp̃iani:Soliti eñ dicere nõ ſimpliciter dãnari a ſanctis & ꝓphetis aſtronomiã Sed q̃tenus ſolũ aut uitia aut uirtutes referũt ad cælũ:aut rerũ hũanarũ euẽta fatali neceſſitate deuinciũt:quare cũ hos errores boni etiã aſtrologi cõfutent/non aſtrologiæ ſciam/ſed aſtrologorũ quorũdã errata illos abhominari. Dicãt igit̃ mihi & Petrus alliacenſis & quicũq; hac ſe defenſiõe defendũt:an ad mores ſpectaret ꝙ Aſſyriis bellum rex perſarum

Affinitate nomĩs quoſdã deceptoſ

Liber ab auctore uerſus in latinũ ex hebreo.

Teſtimonia ꝓphetarum

inferret. Etiā ſi ad mores nō attinet: cur preuideri tamē a ſummis aſtrologis id nō poſſe propheta exiſtimauerit. Quod ſi in eo etiā errore fuiſſet: ut quæ eſſent futura neceſſario uentura putarent: nō eis obiiceret͛ uenturam calamitatē per eos non expiandam: quam nec expiari poſſe ipſi tamē ſperarent: qui neceſſario euenturā illā ut omnia exiſtimarent. Sed nec ullo recto idicio bone artes damnant͛/ quia mali quidā eis abutuntur. Alioquin damnanda erat in primis ſacrarū lectio litterarum: unde tot hereſes/ tot ſuas inſanias/ in docti quidam ſuperbiq́ʒ confirmarūt: Damnāda item philoſophia: quoniā hic philoſo/ phus animā mortalem/ ille unicā dicat in omnibus: Alii negent ꝓuidere deum homini/ bus: alii ullam omnino eſſe religionē. At euertent͛ hac ratione omnia bona cum nihil ſit adeo bonū quo abuti natura hominū non poſſit. Quare qui ita ſe defendunt iudiciū ec/ cleſiæ: quod cōtemnere erubeſcūt/ oblique interim grauiter calumniant͛. Sed cogi omni no poſſunt ut uel repudiare iſtā uanitatē uel a maioribus ſuis hoc eſt eccleſiæ ducibus de uiare in ſiniſtra nō poſſint. Nam quacunq́ʒ illi ratiōe aſtrologiā damnauerint: dicāt quæ ſo iuſta ne damnauerint. an iniuſta. iniuſta dicere nolunt/ ſi iuſta: cur nō cū illis uos quo q́ʒ eam pariter damnatis. Sed damnamus inquiēt & nos illos errores propter quos illis aſtrologia diſplicuit. At ego illud quæro cur non ꝓpter eoſdem illa diſplicet uobis. Nam interdicere illos aſtrologiā non quadātenus ſed omnino omnē ꝓſequi/ abhominari pa/ lam eſt/ & mox oſtēdemus: Vos factum cōtenditis ꝓpter quoſdā errores/ eſto: ſed illud re ſpondete/ an recto inditio ꝓpter illos errores tota abiiciat͛: ſi recto cur nō idē facitis uos immo quā dānauerunt uos approbatis: quā inſectati ſunt defenditis: quā īterdixere diſſe/ minatis: quā ſciri nolūt publice docetis. An qđ inquit Alliacēſis creſcēti fidei potuit obeſ ſe: ideoq́ʒ primi eā doctores naſcētis eccleſiæ ſunt ꝓſecuti: nunc adulta nō nocet immo ꝓ deſt etiā & uehemēter. At qui hoc poſtea confutabit͛: nam peſtiferā illā ut olim: ita nunc etiam eſſe palā demōſtrabimus: qđ ipſa etiānū experiētia demōſtrat. ſed nec erat illa dā/ nanda: ſed eius abuſus. Cur igit͛ philoſophiā quidē non dānabāt: ſed impietatē quorun/ dam philoſophorū: non aūt pariter aſtrologos ſed ipſam aſtrologiā. Vtique qm̄ in philo ſophia ſi quid errat͛ ꝓfeſſoris eſt uitiū: in aſtrologia ipſa ꝓfeſſio uitiū. Quorū auctorita tem una cū ratione etiā nos ſecuti aduerſus impios diſputātes: non philoſophiā ſed phi/ loſophoꝝ errata cōfutauimus. Hic aūt nō aſtrologos ſed aſtrologiā: qm̄ ipſa aſtrologia error eſt. Sed redeamus ad teſtimonia ꝓphetarū. Deus per Moſen ita loquit͛ nobis. Gen tes augures & diuinos audiūt: tu aūt a dn̄o deo aliter es inſtitutus/ pro eo aūt q̄ nos legi/ mus augures in hebreo eſt                mehonē per quos Achinnas maximus doctor hebreorū eos ait intelligi/ qui tēpora ſupputāt & fœlices horas ac infelices obſeruāt: de/ riuare eū dicto illa ab                i. hona: qđ Hieronymus augeres trāſtulit. Sed & apud Eſaiā aſtrologos augeres uidimus nūcupari. Neque .n. nomē aſtrologorū uſq̄ in ſacris lit teris. Nā & ipſa habet uarias locutiōes: & uarias uariis tēporibus ſuperſtitio iſta appella/ tiōes ſortita eſt. Olim .n. chaldei & gēthliaci/ Auguſtini tēporibus mathematici & plane/ tarii/ nūc aſtrologi paſſim uocitāt͛. Qđ aūt Hieronymus & eo loco & alibi plerūq́ʒ tran ſtulit diuinos in hebreo eſt                cheſem: quod Auenazra ipſe/ q̄q̄ aſtrologus/ ait hoc eſt quidē cōmune omnibus diuinātibus: ſed ꝓpriū magis nomē aſtrologorū/ Hiere/ miæ illud quis ignorat. A ſignis celi nolite timere quæ gnetes timent. Quid igitur hō/ mo chriſtianus aſtrologorum iudiciis uel gaudet uel triſtatur a quibus nihil ſperandum.

Achinnas.

Auenazra.

Hieremias.

Esaias. Hieremias nihil timendũ: immo per utrunq; diuina nobis ueritas affirmat/cum
Ambroſius. totum hoc quod ꝓfitent̃ ſicut inquit Ambroſius quærere abſurdũ/cum quæ pollicentur
Iob. ſint impoſſibilia. Vnde celi dominator apud Iob: Nunquid noſti ordinẽ cæli & pones ra
tionem eius in terra. & infra. Quis enarrabit cælorũ rationem. Duplex enim error aſtro
logorum/alter ꝙ multa cælo ſubiiciũt quæ inde non depẽdent: alter ꝙ quæ etiã efficit cæ
lum/inde tamẽ ab eis/ut putant/ꝓuideri non poſſunt: quod allata in medium apud Iob.
uerba nobis oſtendũt. Et cum doctores eccleſiæ utrunq; pariter refellãt quomõ dici põt
Teſtimonia Auguſtini. id eos tantũ non ꝓbare quod libertatẽ tollat arbitrii: aut fati neceſſitatẽ inducat. Augu/
ſtini ratio illa de geminis nõne eo tendit ut omnẽ tollat ab eis ꝓſciẽtiam futurorũ. Idem
in Enchiridion/nõne ipſam ſolã temporũ obſeruationẽ: ut hæc fauſta: illa infauſta pute
mus ad magnũ dixit pertinere peccatũ: Cum tamen in hac horarũ dierumq; electione li/
bertatem potius noſtrã exerceamus q̃ auferamus. Sed ita eſt certe diſplicebat eis undiq;
aſtrologia licet ea maxĩe pte q̃ religionẽ & mores cælo ſubiiciebat. hac eã execrabãt̃ ubiq;
cõfutabãt hac ĩpiã arbitrabãt̃ ubiq; uanã: hic blaſphemiã ubiq; ſupſtitioſam: hic abhoĩa/
bilẽ ubiq; ridiculã. Quare Auguſtinus in libro de doctrina xp̃iana ad pernicioſam dixit
ſupſtitionẽ ptinere eos qui genethliaci dicunt̃: nõ ſolũ quia actiones noſtras ſed quia &
actionũ euentus a ſtellis putent ꝓcedere: & in libro cõfeſſionũ de planetariis loquẽs hoc
eſt aſtrologis quos chriſtiana inquit & uera pietas expellit & dãnat: & illud. Moſeos ex/
ponens. Poſita ſydera inſigna & tẽpora: nõ ſigna inquit dicit quæ obſeruare uanitatis eſt
Baſilius ſed uitæ uſibus neceſſaria. q̃lia nautę/agricolæ: & id genus artifices obſeruant. Eodẽ loco
Ambroſius Baſilius eã occupatiſſimã eẽ dixit uanitatẽ: Ambroſius ĩutilẽ & ĩpoſſibilẽ: Theodoretus
Theodoreth. a philoſophis ẽt cõfutatã. Chriſoſtomus: uanã falſã: ridiculã. Legamus Bardeſanẽ: Euſe
laũ: Didynũ: Apolinarẽ: Tertullianũ & ĩnumeros alios plureſ ẽt ap̃licos uiros: & q̃d plu
Chriſoſto. ra uidemus hebreos hereticos gẽtes eadem genus hoĩum hoc cẽſoria uirgula ꝓſequutos.
Bardeſanes Quo factũ ut miraret̃ Auguſtinus cũ redarguẽtia hæc aſtrologos teſtimonia tali celebri
Euſelaus. tate in eccleſiis legerent̃ plena tamen eſſe conuenticula noſtris hominibus: qui tempora
Didynus rerum agendarũ acciperent a mathematicis. Idẽ cum ſuper pſalmo tertio & ſexageſimo
Appolinaris. ad populum concionaret̃ mathematicum produxit pœnitentẽ qui profeſſioni ſcilicet re
nunciauerat nõ aliter q̃ ſi aut iudeus aut ethnicus aliquis regenerationis lauacrũ accepiſ
Tertulianus. ſet: q̃ pulchre idẽ interpretans Ioannẽ ĩſaniæ noſtre nos admonet qui ad aſtrologos libe
ri intramus ut exeamus ſerui: & mẽdaciis emptis libertatẽ illis noſtram erogamus: In li/
bro uero de natura demonũ ait expreſſe nemini licere poſt chriſtũ genituram alicuius de
Hieronymus cælo interpretari. Hieronymus ex opprobriis ægypti hoc eſt reliquiis idolatriæ eſſe ait re
quirere ſtellarum curſus & futurorũ ex eis euenta rimari. Seuerianus in libro quẽ de ſep/
Seuerianus: tẽ artibus quẽ falſo quaſi Caſſiodori citat Rogerius poſtq̃ de uera dixit aſtronomia: Tũ
ea inquit quæ attinent ad preuidẽda futura ita debere neſciri: ut nec ſcripta eſſe uideãtur:
ſunt enim fidei noſtre ſine dubitatione cõtraria. Hæc ille ad uerbũ. Quod ſi quos tan/
Deteſtatio aſtrologiæ per eccleſiaſtica decreta. torum hominũ & tam precellentiũ ſententia nihil mouet deterreat ſaltẽ pontificalis au/
ctoritas quæ iſtam profeſſionẽ ita noſtris hominibus interdicit: ut Alexãder tertius pon/
tifex maximus ſacerdotẽ neſcio quem integro anno a miniſterio altaris uoluerit abſtine
re: ꝙ per aſtrolabium cuiuſdam eccleſiæ furto inueſtigãdo aliquid eſſet perſcrutatus: quã
q̃ ut idem pontifex teſtatur nullam illi aut magicam aut aliam ſuperſtitionẽ admiſiſſet.

In Martini pontificis ſynodo ſcriptum:nõ uere xp̄ianos aut lunæ curſus/aut ſtellaꝝ/ aut inanem ſignorũ fallaciam pro domo facienda uł ſociãdis cõiugiis obſeruare. ſed & ſub nomine ẽt haruſpicũ aſtrologus decreto Gregorii iunioris anathema ꝓnũciat᷑.& in cõcilio Toletano:Si ipſe p̄ſbyter aut diaconus fuerit in monaſteriis relegat᷑ ſceleris ibi penas perpetua illa detẽtione daturus.Solẽt.n.ut docet Auguſtinus in libro de natura demonũ ſub haruſpicũ noĩe apud noſtras deſignari:qui dies & horas in agendis negociis operibuſq; cuſtodiũt.ubi notari illa maxime uidet᷑ pars aſtrologiæ quæ ẽ de electiõibus. Alexander. tertius. Synodus. Martini Gregorius. Concilium Toletanũ Auguſtinus

Quis iã igitur audeat hõ xp̄ianus(cũctis.n.nũc mihi ſermo)aſtrologiã tueri ſequi/extollere/a lege ꝓhibitã:a ꝓphetis dãnatã:a ſanctis irriſam:a pontificibus & ſacroſanctis ſynodis interdictã.Quod ſi mihi opponas Albertũ theologũ p̄ſtantiſſimũ fautorẽ tamẽ aſtrologoꝝ:admonebo te primũ multa referri in Albertũ/quæ Alberti nõ ſunt: quod & ſupra tetigimus.Tũ ſi mihi forte obiicias librũ de licitis & illicitis in quo reiicit quidem magos:aſtronomicos aũt ꝓbat auctores:reſpondebo exiſtimari quidẽ a multis eſſe illđ opus Alberti:ſed nec ipſum Albertũ nec libri inſcriptionẽ uſq;quaq; hoc ſignificare cum auctor ipſe qcunq; demũ fuerit nomẽ ſuũ cõſulto & ex ꝓfeſſo diſſimulet:qđ:ꝙ in eo multa legunt᷑ indigna homine docto:& bono chriſtiano:qualia illa ſunt/imagines fieri poſſe quibus etiã nõ unus hõ.ſed una etiã ciuitas tota uel fœlix fiat uel infortunata:tũ non eſſe magicos libros abiiciendos qui ecclæſie:utiles futuri aliquãdo ſint.Eſt enim hoc plane aduerſum iudicio ipſius eccleſiæ:quæ illos ubicũq; locoꝝ fuerint inuenti/uti iubet & ꝓrſus exterminari.Nã qua ratione utile erit ſeruare integros libros quos utiliſſimũ erat nunquã eſſe cõſcriptos:Quæ utiq; aut nõ ſcripſit Albertus :aut ſi ſcripſit dicendũ eſt cũ apoſtolo:in aliis laudo:in hoc nõ laudo:ſed ſicut inuidiæ eſt quærere in magnis uiris potius qđ damnes ꝙ̄ quod extollas:ita inſaniæ ſicubi defecerunt nõ potius dãnare uelle ꝙ̄ imitari. Laudabo ego in Petro Aliacenſi ſtudiũ litterarũ:experientiam reꝝ: multiplicẽ lectionẽ:& ꝙ ſcite atq; ſubtiliter theologica quædã ſcripſerit & tractauerit.ꝙ uero altero opuſculo aſtrologiã hiſtoriæ:altero teheologiæ cõciliare uoluerit: ut ibi uerã:hic piã rõne ꝓbaret:plane nõ laudo/ſed dãno/execror:atq; deteſtor:cũ tueri põnem nullam poſſimus aut magis falſam/aut religioni magis aduerſam:de qua re quoniã in ſequentibus libris late diſſeremus nihil ultra hoc loco dicendũ:Ibi enim.ẽt ſuis fautoribus teſtatũ abũde relinquemus/eſſe illos libellos & inimicos religioni & tot erratis hiſtoricis & aſtrologicis plenos ut dici noſtrũ illud poſſit:ſi uis errorẽ tollere/tolle librum. Diximus de philoſophis & de prophetis:reſtant leges ciuiles:hoc eſt ceſaꝝ ac prudentium iuſſa atq; iudicia:quoꝝ finis potiſſimũ cõſulere utilitatibus quibus hoĩum uita bene beateq; tranſigat᷑: quæ cũ inter omnia bonis maxime artibus adiuuet᷑/ noxiis ꝑturbet᷑:ſũmo ſtudio curauerunt/ut illæ quidẽ abundarent/hæ nullæ(quantũ fieri poterat)eſſent in ciuitatibus: Qđ ut cõſequerent᷑ illaꝝ ꝓfeſſoribus præmia honores decreuerũt Harum autẽ publica ignominias & ſupplicia tanto grauiora:quãto noxias magis artes illas exiſtimarunt. Ibi igit᷑ de aſtrologis qđ putauerint nemo neſcit qui legales iuſtiniani Cæſaris codices legerit:in quibus ars mathematicoꝝ(ſic enĩ ſe uocabãt aſtrologi)ut abhominabilis interdicit᷑.mãdante impatore ne quis mathematicum cõſulat:ſed omnibus ſileat ꝑpetuo curioſitas iudicandi.Si quis aũt mathematicũ cõſuluerit capitis ei(quod eſt ſummũ ſupplicium)pœna denunciat᷑:quod profecto nõ ſtatuiſſet ſapientiſſimus imperator tot & ſapientũ uſus Teſtimonia iuris ciuilis. Iuſtinianus

Solum præstantem

& legibus & iudicio: niſi nõ ſolum uitæ inutilem/ſed pernicioſam hominibus iſtã profeſſionẽ experiẽtia demõſtraſſet. Ipſe fœliciſſimus iuſtinianus ita hoc hominũ genus horrebat: ut ſi quis in eius comitatu depræhenderet᷑ mathematicus: ſũmis ad eculeũ uſq; tormentis/temeritatis ſuæ lueret pœnas. Tum poſtremo de hac loquẽs ſupſtitione pronũciat imperator eiuſdẽ eſſe culpæ affines: & qui docent iſta & qui addiſcunt. Ante Iuſtinianum etiã nõne legimus ſæpe expulſos urbe roma oẽs mathematicos: qđ in calce iſtaꝝ diſputationũ apte demõſtrabimus. Quod ſi omnis rõ recta/uel prudẽtia regit᷑/uel philoſophia perficit᷑: uel diuini ſplẽdoris radiis illuminat᷑: erit profecto aſtrologia omni recto iudicio ꝓfligata: quã & prudentiſſimi legum latores exterminarũt: & doctiſſimi philoſophorum cõſutauerunt: & uiri diuini atq; ſanctiſſimi abominati ſunt.

Cõcluſio libri huius.

Diſputationum Ioannis pici Mirandulæ aduerſus aſtrologos libri primi finis.

## IOANNIS PICI MIRANDVLAE DISPVTATIONVM ADVERSVS ASTROLOGOS LIBER SECVNDVS:

Caput primum Incertam eſſe artem iſtam iudicio etiam principum illius.

SEd ne ſola auctoritate pugnemus demõſtrabimus toto hoc opere ceteris rõnibus reiectã iure a ſanctis iſtam ſupſtiõnẽ/ qa religioni maxime aduerſaret᷑: utiliter legibus interdictã/quia uitæ inutilis ſit/immo noceat & puehemẽter rationabiliter a philoſophis cõſututã/ut quã falſam incertãq; cognoſceret. Et quãq̃ inde uidebat᷑ exordiẽdũ ut falſa demonſtraret᷑ qm̃ ſtatim inutilis etiam reddebat᷑: Aliter tamẽ faciendũ putaui: ut. ſ. priuſq̃ de eius falſitate diſputarem/oſtenderem amatoribus aſtrologorum etiam ſi eſſet talis iſta profeſſio qualẽ ipſi eam faciunt & affirmant: nullum exteriori homini ab ea cõmodum prouenire: interiori autẽ non ſolum maxima detrimenta: ſed etiã exitialia: quod priuſq̃ aggrediamur/preſari quædam oportet ex qbus intelligamus quãtum ſuæ profeſſioni ſummi ipſi aſtrologorũ principes tribuant. Ptol. igit᷑ in primo apoteleſmaton poſtq̃ iudicia aſtrologorum ſæpe eſſe mendacia dixit uicio prædicentis. tũ hæc ita ſubiicit ad uerbum quæ nos uolumus trãſferre: quia male habent᷑ in tranſlatione cõmuni: & peius in tranſlatione Auenrodan. & ab eo male exponunt᷑: ſed cũ fideliter erũt tranſlata expoſitione nõ indigebũt. Veꝝ illud tũ liquet etiã ſi qs diſciplinas iſtas ueſtigiis rite quantũ fieri poſſit indagauerit neceſſe eẽ tamen: ut is etiam q̃ ſæpiſſime offendat: nõ uidelicet ob illa quæ ſupra diximus: ſed uel ob ipſam potius rei naturã: uel quoniã maior eſt noſtra imbecillitas: q̃ ut tantæ profeſſionis magnitudini pares ſimus. Et enim cum omnis cõtemplatio quæcũq; in materiæ affectionibus uerſatur magis ueriſimilia captet: q̃ quicq̃ pro uero decernat. Tum uero hoc illius maxime ꝓprium quæ quaſi cõfuſa ex multis inter ſe diſſimilibus eſt: atq; ex antiquis errãtium ſydeꝝ figuris aſpectibuſq; dependet. quoniã quæ circa reꝝ euentus obſeruata ſunt a priſcis: ea nos ætati noſtræ quotiẽs quidẽ ad eundem modo ſe res habet accomodamus. Cæterũ quis nõ uidet euenire illud poſſe: ut figuræ ipſe atq; aſpectus magis minuſue in/

ter ſe ſimiles ſint longis temporum an fractibus: ut aũt concordia prorſus eadẽ cunctoꝝ quæ in cælo ſunt: pſertim ſi terarũ quoq; adiunxeris reuertat̃: ne ſperandũ quidẽ uidetur niſi qs forſitan inaniter glorioſeq; ſe iactet in cõprehẽdẽdis cognoſcẽdiſq; rebus quæ uel comprehendi ſuapte natura penitus nequeunt: uel eo certe ſpacio tẽporis: qđ ſit hominis modo ſenſimus induitum. Quo ſit ut ſimilibus propoſitis exemplis etiam quãdoq; in preſcitis aberret̃. Atq; in his aſpiciendis que circa ambientẽ nos reꝝ naturã proueniunt Nihil præterea eſt arduũ: in ipſis aũt: in ipſis autẽ geniturĩs, atq; in priuatis omnino ſingulorum collarionibus: nec paruæ nec leues incidũt cauſæ quibus ſui cuiq; mores concilian tur. Nam & ſeminũ differentiæ plurimũ ualent ad generis ꝓprietatẽ: quando etiã ſi idem corpous ambiens/idemq; ſinitor ſit/plurimũ tamẽ momẽti habet unũquodq; ſeminum ad uniuerſalem figuræ peculiaris ĩformationẽ: puta in homine/equo: & aliis. Afferũt & loca generationis nõ minimũ diſcriminis. Nam ſi genus idẽ ſeminis: ut uidelicet humanum ſtatuſq; idem fuerit ambientis omnia corporis: plurimũ tñ ex regionum diuerſitate corporibus animiſq; diſtant qui gignunt̃: plurimũ quoq; intereſt ad uitæ actus uariãdos etiam ſi cætera paria ſint: quibus quiſq; cibis/aut qbus utat̃ moribus: quod niſi unũquodq; horum intra ambientis corporis cãm cõtineat̃ (quod uim: ſ. hanc habet potiſſimã) ut illis ipſis quãobrem talia ſint/pars aliqua ſit cauſæ: quod contra cũ ſit plurimũ habere omnino poſſunt. In quo heſitent hi qui ſe omnia poſſe opinant̃: quãuis nõ eadem plane ſint ex ſola tamẽ ſublimiũ corporum motione dinoſcere. Hæc ibi Ptolomæus qui primo etiã enunciato alterius libri qui inſcribit̃ fructus uulgo cẽtiloquium dicit̃ de ſcientia loquẽs aſtrologiæ: ita inquit fieri nequit: ut qui ſciens eſt particulares reꝝ formas ꝓnunciet: ſicuti nec ſenſus particularem ſed generalẽ quãdam ſuſcipit ſenſibilis rei formam: oportetq; tractantem hæc rerum cõiectura uti ſoli aũt numine afflati prædicũt particularia: hæc ille ad uerbum: quãq; aliter & mẽdoſa & deprauata in uulgatis codicibus habeãt̃. Sed & arabum & hebreoꝝ qui aſtrologica ſcribunt/indubitata ſententia eſt: quodcũq; ſtella ſua ꝓmiſerit poſſe tamẽ nõ euenire: & quia materia nõ idonea ſit influxui ſuſcipiendo: & quia humana ab arbitrio noſtro plurimũ dependeant: & quare fatũ particulare uniuerſalioris fati aduerſantis poteſtate ſuperet̃: & quare fato omni potentior: & cælo maior diuina prouidẽtia/fieri interdũ aliter ordinet/ q̃ ordinaria cæli reuolutio erat effectura: quæ cũ paſſim ſparſa apud aſtrologos: tamen ſimul omnia leges apud Auenazram capite primo libri de natiuitatibus.

Caput II Auſpicationes quas electiones dicunt inutiles eſſe: teſtimonio unius aſtrologi/ratione/& experientia.

i Am hæc ſi ſint uera proferat aſtrologus quodnã emolumentũ ex eius prædictionibus uita conſequat̃. Reſpondebit fortaſſe duplex: alterum uerum diem & horam doceri qua auſpicari actiones noſtras debeamus: ut fœliciter fiat qđ facturi ſumus: Alterum cum prædicit quod eſt futurum. unde illa eſt utilitas: ut quibus in rebus infœlices nos fore cognouerimus illis abſtineamus: contra ea aggrediamur: in quibus fœlicitatem natalitia nobis hora polliceatur. ſed age excutiamus utrunq; ab eo exordientes quod primo loco ꝓponebatur: Et quoniã nobis cum aſtrologis diſputatio utamur his maxime aſſuptionibus quæ apud eos uerſſime exiſtimant̃. Aut igitur in re quam auſpicato facturus es fauorabile tibi cælum natalis cõſtellatio fecit/aut aduerſum: ſi ad/

Auſpicationes inutilis eſſe.

uerſum nō prodeſt auſpicatio ex ſententia Ptolomæi:quare rem illā infœliciter ſemper aggredieris/& ab ea ſemper fœliciter abſtinebis:ſi fauorabile nulla opus horarum ele/ctione:ſed tua tibi electio ſufficit.quoniam tunc fœliciſſime rem illam aggredieris: cum te ad illam animus inuitabit.Neq; enim aliud eſt eſſe fortunatum (ſi fortunatus aliquis eſt a cælo),ꝙ uim noſtram imaginariam famulam rationis ita cælitus moueri:ut his & modis & temporibus unumquodq; faciēdum ſuſcipiamus : quibus ꝙ fœliciſſime uotum perfici poſſit:quo circa dixit Ariſtoteles non prodeſſe fortunato conſilium: in ea .ſ. re in qua eum natura fortunauit:ne forte alio te conſilium diſtrahat & abducat ꝙ inſtitu/tus ille animi impetus te uocabat.Mitto ꝙ Haly interpres Ptolomæi friuolam eſſe ait & inefficacem hanc partem aſtrologiæ quæ eſt de lectionibus. Mitto fidem ipſam expe/rientiæ qua nulla certior:nulla conſtantior:ea enim quotidie facit manifeſtum eos po/tiſſimum in ſuis rebus agendis parum eſſe fœlices qui unā hanc temporum diſcretionē obſeruant.Contra:longe fœliciores qui iſta ſuperſtitione reiecta ſola electione & prudē/tia ducibus utuntur:Quis enim noſtra ætate fortunatior Franciſco Sſortia. qui militari fœlicitate amplum ſibi & florētiſſimum inſubrium parauit imperium:& poſteris auctum confirmatumq; reliquit.Cui tamen ſemper omnes aſtrologi uel odio fuere uel contem/ptui:ne dum eos in ſuis rebus aut bellicis aut domeſticis conſiliarios adhiberet. Quis Zoroaſtre inter antiquos in aſtrologia/in magicis & in omni ſuperſtitione potentior.& tamen eum in bello & uicit & occidit Ninus/nec aſtrologus utiq; nec magus. Pompe/ius diuinatorum reſponſis plurimam fidem:Cæſar nullā adhibebat:illi aduerſa huic fœ lix letaq; fortuna :Cæſarem Iuſtinianum exterminatorem/ut uidimus aſtrologorum/ do mi & militiæ fœliciſſimum quis ignorat.Contra:Iulianus imperator & chriſtiani nomi/nis inimicus/& omnium ſuperſtitionum curioſiſſimus obſeruator:ꝙ breui ꝙ infœliciter & uitam amiſit pariter/& imperium.Poſſem ego tamen unum aut alterum etiam aſtro/logos doctos/& mihi familiares afferre nominatim quibus fides iſtius uanitatis:ad quā ſcilicet uitæ rationem inſtituerant/uel exitio fuit uel detrimento non mediocri:ſed nolo homines alioquin bonos infamare:& in re ueritati nō admodum neceſſaria ſanctæ ami citiæ iura uiolare. Sed utinam huic quidem patrimonium non abſtuliſſet : illi patriam & uitam:multos ſpe uana ſtolidos & inſanos:multos timore miſeros non effeciſſet. Ita mea delicta deus non uideat/ut nullos uidi earum rerum magis ægenos:quas ſuis homi nibus aſtrologia promittit/ꝙ qui aſtrologiæ penitus ſe deuouerunt:& per eam cæli fauo rem in horas ſingulas aucupantur.Mutauit uir quidam magnus mihi notus uitæ ratio/nem facta ex hoc conſilio prioris fortunæ iactura non mediocri:aſtrologica maxime ſpe commonitus ꝙ in noua profeſſione magnas fœlicitates cæleſti fauore eſſet cōſecuturus. At uero in eam cum aduerſam quotidie magis fortunam experiretur ſolitus erat dicere/a marte ſe deceptum:nolens illud dicere quod erat uerius/ab aſtrologica uanitate ſe dece ptum.Idem paulopoſt obiit morte etiam ualde miſerabili:quam nec a cælo ipſe præui/derat.Parabat enim multa & magna moliebatur:ut qui ſibi adhuc longos uiuendi fines conſtituiſſet.Poſſem multa hoc genus cōnumerare.ſed refugit animus narrationem ea/rum rerum quæ uix ſine lachrimis poſſum meminiſſe:& quoniam inciderunt in homines amiciſſimos cōmiſerationem exigunt potius a me ꝗ reprehenſionem.Sed utinā hæc diſſi mulatis nominibus ueterum amicorum inuita redargutio/amicis uiuētibus proſit quos

Ariſtotels. Haly Experiētia. Franciſcus ſſortia. Zoroaſter Ninus. Pompeius. Cæſar. Cæſar iuſti/nianus. Iulianus.

ui aſtrologie ſtudent amptatā p maiori parte . . .

per omnia quæ mihi cum illis amicitiæ iura intercedunt: per fortunas eorũ. per uota fœ/licitatis admonitos & rogatos etiã atq; etiam uelim: ne unq̃ in ſuis rebus uanitatis iſtius conſilio ſe committant/habeant eam (ſi ita libet) quaſi poeticam fabulam ſuper qua rideant: ludant: iocentur: pro duce: pro magiſtra uitæ non habeant. Sed ubi ſaluti corporis erit conſulendum medicos conſulant: ubi externis proſpiciendum prudentiæ & rationis oculis utantur: quorum utrunq; diuina nos ſapientia docet: quæ & creatum medicum dicit ab altiſſimo ad noſtram neceſſitatem: & prudentiam ait homini eſſe ſeruandam ut eruatur a uia mala: De aſtrologia nihil tale ſcriptum inuenimus: cuius profeſſionem ita ꝓbauimus eſſe inutilem: ut illi etiam tantum tribueremus quantum aſtrologi putant tribuendum. Nam cum erit deinde probatum nihil eã habere ueritatis/erit extra omnẽ controuerſiam ſufficienter: quod hic probare ſumus conati/periculoſiſſime credi res noſtras conſilio aſtrologorum. Quod ſi quãdo ex illorum prædictionibus recte uſu accidat/ nõ in rationẽ quæ nulla ſit apud eos ſed in temeritatem caſumq; eſſe referendum:

Caput III Non eſſe utilem aſtrologiam in decernendo quid ſit agendum: quid fugiendum.

a Lterum ut ſupra dicebamus aſtrologiæ emolumẽtum ſingi poteſt: ut. ſ. eam rẽ proſequamur: quam nos ſequi iuſſerit aſtrologus: Contra ea fugiamus quæ ille uetat. Quod utiq; uel ſuperfluum eſſe uel noxium ita demõſtrauimus nã quod ille prædicit/aut ad ea attinet quæ ſunt corporis: aut quæ externa atq; fortuita. In his igitur quæ ſunt corporis ſi ſpectant ad ualitudinem quæro aſtrologi ne iudicio/iudiciũ quoq; medici pariter conſentiat: an ab eo potius ſit diuerſum: ſi idẽ ſentit uterq; nihil tibi confert aſtrologus: quod medicus ſolus præſtare nõ poſſit: ſi diſſentiunt utri potius quæſo putas accedendum. Sane ſi medicum repudiando aſtrologo te committas inſaniæ pœnas dabis. In agendis rebus ſimiliter interogo ne quod aſtrologia conſulit prudentia etiam conſulat faciendum. An hæc ſibi iudicia penitus aduerſentur. ſi conſonum/quid quod intra nos eſt tam procul: queramus in cælo. ſi diſſentiunt quis recte. quis rationabiliter factum defendat: q̃ in rebus agendis prudentia relinquatur/quæ nihil aliud eſt q̃ recta ratio rerum agendarum. ſed erunt hæc exemplis dilucidiora. Prædixerit igitur aſtrologus martem tibi hoc anno tritæum comminari. Excitaturum enim bilem ex poteſtate quã in annua habet conuerſione: quare utendum frigidis potius & uitæ rationem aduerſus ardorem martis inſtituendam. hoc ipſum quod de cælo ipſe ꝓnunciat/aut ipſa quoq; ſigna demonſtrabunt/quæ a corporis tui diſpoſitionibus petũtur quibuſq; medicorum nititur coniectura/aut non demonſtrabunt: ſi demonſtrabunt hoc tibi erit ſatis indicii ad precauendã futuram malam ualitudinem ſi nõ demonſtrarent: rogo recte ne ſactum putes ut cum nulla erunt indicia bilis exæſtuantis. Sed locium albicans & craſſum: uenarum ſegnes pulſus: facies pallore deformis: membrorũ pigricies/reliquaq; id genus quibus medici pro notis utuntur: nõ bilis/ſed pituite dominium indicabunt: tu tamẽ bilem euacues quia martem tibi de cælo aſtrologus finxerit minitantem: quid q̃ nec prudens tibi aſtrologus conſulet: qui etiam ſi de marte illa uere pronunciet: poteſt naturalis tua temperatura: poteſt uniuerſalis ipſius anni diſpoſitio: poteſt uitæ ratio qua diu uſus fueris/ ad cõtrarium te uertiſſe. Denieq; cauſam unam uidet aſtrologus quæ hoc poſſit efficere: & illã remotam ac uniuerſalem. Medicus nõ modo ex propriis & propinquis iudicat cauſis: ſed

rem ipſam percipit ſenſu:& quod ex omnium ſimul cauſarum complexione diſſultat ipſa hoc monſtrante naturæ præſentis euidentia tenet. Mitto ꝙ qui etiam aſtrologorum iudiciis fauent:non ita tamen inſaniunt:ut minus illa ſalli medicorum iudiciis putent. Proponamus ſimile exemplum in tractatione rerū externarum:ut principi.ſ.cōſulat mathematicus:ne bellum ineat cum inimicis:quoniam mars ei paꝝ propitius ſit. Quæro utrū quo tempore hoc illi dederit conſilium nulla iuſta cauſa bellandi principi ſit: aut ſi cauſa bellandi/nulla tamen occaſio oportunitaſq; uincendi. An potius & bellandi iuſta cauſa non deſit/& ad uictoriam omnia ſuppetant inſtrumenta. Si dederis primum iure non bellabit: ſed ſola duce prudentia. Si ſileat etiam omnino mathematicus. Si ſecundū nec ipſe utiq; aſtrologus ſi nō ſua interſit/abſtinēdum bello iudicabit:& ſi abſtineat quid erit aliud ꝗ ſenſum & euidentiam ob rationem coniecturamq; relinquere.

Exemplum in externis

Caput IIII Non eſſe aſtrologiam religioni utilem:quod Rogerius bacon & Petrus Alliacenſis exiſtimarunt.

At ſi uitæ inutilis eſt an religiōi utilis fortaſſe.quod putaſſe uidetur & Rogerius bacon & Petrus alliacenſis:atq; hic quidē duplici maxime rōne altera ꝙ ex magnarum quas uocāt cōiectionū aſtrologica ſupputatiōe haberi ueritas poſſit de numero annoꝝ ab adam ad chriſtū:de quibus inter eccleſiaſticos codices tanta ſit cōcertatio. Altera ꝙ confirmari ꝓphetaꝝ poſſint oracula. ſi illorum prædictiōibus aſtrologicæ quoq; prædictionis teſtimoniū adiiciatur. Nam cum omne uerū omni uero ſit conſonum neceſſario uerum aſtronomicæ ſcientiæ theologicæ ueritati eſſe concordē:quinimmo præ omnibus aliis ſcientiis illi ueluti ancillam dominæ ſubſeruire/cum inuiſibilia dei per ea quæ facta ſunt uiſibilia cōſpiciantur:nihil ſit autē inter illa cælo nobilius. unde illud Dauidicū:Cæli enarrant gloriam dei & opera manuū eius annunciat firmamentū. Quam ipſe opinionē quaſi opere comprobaturus opuſculum ſcribit ꝑ uiginti theoremata/ quæ uocat uerba/diſtinctum:in quo plane tot errata quot uerba:titulus eſt de cōcordia aſtrologiæ & theologiæ:quaſi nō legerit Paulū exclamantē quæ ſocietas luci cū tenebris. aut quæ participatio xp̄i cū belial:nititur aūt in eo opere duo illa efficere quæ dicebamus: ut .ſ. quæ ꝓphetæ afflati diuinitus ꝑdixere cæleſti etiā cōſtellatione oſtendat preſignata: tū ut annorū ab adam ad xp̄m computatio ex aſtrologorum dogmatis inueſtiget᷑. Adiicit alterū huic opuſculū de cōcordia aſtoronomiæ & hiſtoriæ:in quo ſeptē a mundi exordio cōiūctionis maximas notās ad illas nitit᷑ referre:quæ mediis tꝑibus magna & mirabilia ex hiſtoriis colligunt᷑:aſtrologoꝝ hinc dogma cōfirmaturus/ꝗ ex magnis illis cōiunctionibus/magnas ſemꝑ in rebus humanis & legū & regnoꝝ fieri uolūt mutatiōes. Et qdem optarē ſcripſiſſe illū potius quæ mihi laudanda eēnt ꝗ cōfutāda: qm̄ ut īgeniū habētē ad litteras amo/& pſonā ueneror quā in eccleſia geſſit. Sed forte illi ēt rē facturus ſum gratā ſi qđ paꝝ caute & uere ſe ꝓfuturū ſcripſit eccleſiæ cū & falſum & noxiū ꝓculdubio iueniatur/iuſtā hac redargutione/ꝗtum erit in nobis oblitteret᷑. Duxit aūt hoīem alioquin doctum in hunc errorē ignorantia potiſſimū aſtronomiæ:quā cū poſt ſtudia theologiæ in quibus in celeberrima pariſienſi academia ſe exercuerat cœpiſſet iam ſenex paululū deguſtare alectus eſt magnifica illa ſpecie iſtius artis de maximis diſſerentis:& quæ in primis humana curioſitas ſcire deſiderat:& priuſꝗ eo perueniſſet ut infirmitatē dogmatis profun

Opinio Rogerius bac. & Petri alliacen. Prima ratio Petri Secūda.

da examinatiōe dep̄henderet/ſcripſit p̄peranter nimis/duo illa opuſcula de q̄bus factus paulo peritior retractauit: deinde multa in eo libello quē uocat elucidariū/ cum tū in eo multæ ſint tenebræ: quos oēs libellos ſiquis legat rudis aſtronomiæ tātomagis mirabit̄ quāto minus intelliget. Sed qui uel mediocriter in ea arte p̄fecerit eū potius ſcriptorē/ q̄ aſtrologū fuiſſe iudicabit: & quæcūq; dicit potius lecta ab eo/ q̄ medullitus intellecta. Fere aūt quæcūq; ſcribit ex Rogerio Bacone: Abraā iudeo Henrico Maclinien. Albumaſareq;: & ſumma neſcio q̄ Ioannis cuiuſdā Britani ad uerbū accipiunt̄. Quod ipſe aūt eēt auidior tm̄ & parū peritus rerū aſtronomicarū uel hinc pōt cognoſci q̄ in ipſo elucidario qd' eſt eius opus emēdatiſſimū cap. xi: ait fuiſſe nos cū illa ſcribebat: anno. ſ. xp̄i quarto ſupra mileſimū & quadrageſimū in aerea triplicitate futuroſq; p annos adhuc unū & ſexaginta donec. ſ. ſup mille & quadringētos quītus & ſexageſimus annus ageret̄. Tūc igitur futurā magnā ſaturni & iouis cōiunctionē cū ab aerea ad aqueā triplicitatē mutatione Ea uero mutatio per annos fere quadraginta p̄ceſſerat anno. ſ. xp̄i quinto & ſexageſimo ſupra mile atq; trecētos: quo tp̄e die nōa atq; uigeſima mēſis octobris in ſeptīa parte ſcorpiōis ſaturnus & iuppiter ſimul fuerūt: & deinceps in aqueis ſemper ſignis ad hæc uſq; tēpora ſe cōiunxerunt: noſter uero Alliacenſis q̄ per centū fere annos ante cōtingerat futurum adhuc præſtolabat̄. Alteram aūt utilitatem quā ex aſtrologia idem putauit prouenire de uero ſcilicet annorū numero colligendo abūdāter refellimus eo libro quē de uera temporum ſupputatione cōſcripſimus: quāq; ſi iuuatet rē publicam chriſtianā/hac parte aſtrologia non ad eā ſpectaret quā hic confutamus in futurorum prædictione uerſantem ſed ad ueram aſtronomiā quæ una eſt ex liberalibus diſciplinis cuius eſt tēpora ſupputare & ſiderum motus mathematica ratione metiri. ſed non hic locus confutandi eius errores: quod ſequentibus libris ſumus facturi. Ibi enim quod attinet ad concordiā philoſophiæ & theologiæ oſtendemus quæ a prophetis enunciata ſunt a cælo nec fieri nec ſignificari: atq; ita ſi uera etiā ſit aſtrologia: predictionē tamē earum rerū ad eam non pertinere: qui uero quatenus quidē ſupra naturam ſunt eximūt a cælo quatenus autem naturale aliquid eſt in eis & fieri a cælo & præuideri per cælū contendūt/hos oſtendemus nihil dicere/cum diceret aliquid tamē uideantur tantū autem abeſſe ut p̄phetica oracula p aſtrologorū decreta utiliter confirment̄: ut nihil fieri poſſit ad infirmandā religionē/ potentius & efficacius. Tū qui hoc facere ſunt conati & mēdaces ſemp eſſe dep̄henſos & īperitos aſtronomiæ Tū ab hiſtorica p̄feſſione plurimū aberrare. In uniuerſum aūt nō ſolū qd' ad leges & diuina miracula ptinet: ſed ad alias & humanarū rerum mutationes quas ex magnis ut dicūt coniūctionibus p̄nunciare multi uoluerūt/ibi eorū uanitatē & falſitatē dogmatis aperiemus: ubi nobis cum Albumaſare auctore illius erroris cum henrico eius interprete cum Abraam iſraelita: cū Ioanne exonienſi erit pro ueritate certatio. Alliacenſis librum in quo idem facere uoluit de cōcordia ſcilicet aſtrologiæ & hiſtoriæ narratiōes/ita a capite totū retexemus/ut a prima illa quam notat coniunctione ad poſtremam uſq; decurrentes/ubiquæ & de cæleſtibus pariter & de terenis nihil ab eo ſanum aut ueritati proximum/dictum oſtendamus: Nequæ unam ex illis ſeptem quas notat coniunctionibus quo putat tempore contigiſſet: ſed ab ipſa temporū hoc eſt rerū geſtarum enarratione ac uera ſupputatiōe magnopere eſſe diuerſam. Sed uideamus & illa quæ poſtea afferebat an aliquid faciant uera ſcilicet omnia inuicē conſonare & cælos dei gloriā enarrare. Sane il

Vnde ſnm/ p̄ſerit ſua dogmata: Detegitur: Alliacenſis ignorantia:

Liber de uera tēporum ſupputatōe:

lud primū uerißimum eſt:ſed ita erat deinde aſſumendū cum falſa ſit aſtrologia theolo/
gicæ ueritati nō poſſe concordare. Dauidicū teſtimonium Paulus apoſtolus ad cæleſtes
apoſtolorū mentes docet referendū qui gloriam illā dei annunciauerūt: de qua poſtea
ſcribitur: lex domini inaculata conuertēs animas. Sed & ſi referat̃ ad uiſibile cælū quæ
iſta eſt conſequētia/ſi cæli enarrant gloriā dei fauere ea gloriæ dei quæ de cælo aſtrologi
fabulant̃: Sed inuiſibilia inquit eius & uirtus atq; diuinitas uiſibilibus intelligunt̃: ſed a
philoſopho cuius ꝓprium eſt e cæli ordine motu/natura/ad inuiſibilē cæli diuinū opifi/
cem conſcendere Aſtrologus ſi eſt aliquid cælū inuite uidet: & de cælo ad terram oculos
deflectit: ſolus philoſophus ex uiſibilibus inuiſibilia ſpeculat̃.

Caput V Quā noxia ſit aſtrologia ꝙ ꝗ peſtifera chriſtianæ religioni.

ſ Anc luſtrāti mihi undiq; omnia & eccleſiæ hoſtes exploranti non uideo unde
omnibus pariter plus copiarū/plus armorū aduerſus ueritatē ſuppeditet̃/ꝙ ex
iſta ꝓfeſſione. hinc enim ad impietatē/hinc ad malā religionem: hinc ad he/
reſes: hinc ad uanā ſuperſtitionē: hinc ad perditos mores irreuocabilemq; malitiā/ꝑceps
& facillimus lapſus. unde enim ſe potius aduerſus tela religionis armauit impietas ꝙ ut
diuina miracula quibus omnis potiſſimū religio confirmat̃ ad cælum pertendat eſſe refe
renda. Si martyres mortē contēnentes/ſi apoſtolos paucos /inopes/indoctos/ euangeli/
cæ mundū legi ſubiicientes obiicias: ſi ipſos etiā ab inferis homines reuocatos/ut maiora
quidem ꝙ ut humana: meliora ꝙ ut ademone efficiant̃/dirimēt in eis uirtutē niſi quæ ſo
lus agnoſcet ſyderis curſus/& cæleſtis afflatus facere potuerit. ꝗ ſi quis dicat non ne hoc
erit ſecuri religionis radicibus admouere. ſi perſuadet nōne illā examinare & penitus ex/
tirpare. ꝗ ſi dicas non eſte hoc artis uitiū ſed profeſſorū: in ipſa ſua ꝓfeſſione errantiū /fa
tebor ita eſſe. neq; enim hunc ego aſtrologiæ errorē dicebam/ſed facilē eſſe ab ea lapſum
in hunc errorē nec ſi uera eſſet aſtrologia ꝓpterea ab hoc munere deſiſterē ut ab eo peri/
culo homines diuerterē: qm̄ nulla ueritas mendaciis eſt cōfirmanda. ſed cū ſit falſa utili/
ter eius falſitas deteget̃: quæ ſi uera putet̃ poſſit in mentibus imperitorū tam graue peſti
lentiam generare. quāq; ſi uideas omnis alicuius artis ꝓfeſſores eaſdem habere uanitates
parū abſit ut culpa in artē ipſam uere non referat̃: Ego uero ex ſcriptoribus aſtrologiæ ꝑ/
cipuis neminē legi qui religionē & leges omnes: ut reliquas res humanas cōſtellatiōibus
ſyderum nō ſubiiciat. Ptolemæus in ſecundo libro apoteleſmatio/ꝗ apud hanc gentē il/
lud numē apud aliā aliud coleret̃ non aliunde natū intelligit: ꝙ ex uaria ſydeꝝ imaginū
ꝗ natura populis illis & gentibus imperitāte: nec ꝓcul ab eo loco græcus quidā īterpres
Ptol. miraculū Moſeos qui ſicco pede cū populo mare rubrū trāſiuit factū ait ꝗ ille acceſ
ſum & receſſum maris obſeruauerit: quaſi nō ſimul in iiſdē aquis & illeſus populus hebre
orum trāſiret: & cū aſtrologis ſuis Pharao ſubmergeret̃: quaſi nō Ioſue Iordanē ſicco pe/
de tranſierit in quo nulli æſtus: nulla undarū reciprocatio fingit̃ ab eis: ſed hæc alibi oīa
atq; his ſimilia nugamēta ſatis cōfutauimus. Albumaſar arabs & legē ſaracenorū & ſuā/
Albumaſar. & noſtrā/& oēs pariter leges ſic a cælo deriuat. ut quænā quāq; conſtellatio fecerit: & ad
quot unaquæq; annos ſit permāſura/ex eadē cōſtellatiōe ꝓnunciet: in quibus rebus ꝙ pa
rū tū aſtrologiæ tū ueritatis inueniat̃ poſt declarabimus. Interꝑs eius Henricus machlini
Henricus. enſis ita delirauit ut nauē etiā īuenerit ī cælo: ad quā Noe arcā illā ſuā ſit fabricaturus: qđ
Alliacenſis quaſi diuinū inuentū maxime eſt admiratus. Deniq; redigi ab eis legē in or/

dinem earũ rerum quæ curſu naturali & cæli mutatione cõtingunt/hinc cognoſci poteſt
Quod quot annorũ reuolutiões ab aſcendẽte legis ad eius uſq; caſum ſunt futuræ/e cæ
lo uolunt cognoſci. Et Haly Abenzagel ut reliquos taceã fœlicitatẽ & ſterilitatẽ anni in
de pronunciat:ut ſi aſcendens legis loco iouis aut ueneris applicuerit/fertilis annus ſit
futurus:contra ſi locis ſyderũ infelicium. Abraam iudeus non qui dicit̃ auenazra ut fal/
ſo credidit Alliacenſis:ſed quẽ uocant naſi hoc eſt patriarchã:nonne & legẽ moſaicam
egreſſionẽ iudeorũ ex egypto:& quæcunq; ſub lege populo cõtigere ad uarias coniũctio Haly.
nes inepte quidem atq; ridicule referre conatus eſt. Sed utinã ſoli quos commemoraui/
mus inter tenebras malæ religionis lucẽ huius ueritatis non peruidiſſent:utinam noſtri Abaamr.
homines in euangelii ſplendore non ita cœcutirent:non peius ꝙ illi de noſtra & illorũ
religione ſentirent. Inſanus ille Bonatus uſum ait dominũ Ieſum horarũ electione cum
apoſtolis conſulentibus ne in iudeam rediret:reſpondit .xii. eſſe horas diei. Horã enim
inquit ſibi elegit qua illi cum ledere nõ poſſent:quaſi illos cum uoluit non proſtrauerit:
& inter eos in luce diei medius tranſiens/eos nõ latuerit. Mitto ꝙ temerarie/ꝙ blaſphe/
mede diuina Franciſci familia loquatur:& diuini amoris miraculũ martis opus fuiſſe fa/ Bonati ipſi/
buletur:ſed quid quærimus remotiora. in his quæ quotidie de annorũ euentibus publico us error.
uaticinio foras inuulgãtur nonne & legem chriſtianam chriſti mercuriiq; doctrina eſſet
perfectam:& iouis religionem & a uirgine ſuſcipere puritatem. Ita hæc oculis & non indi
gnantibus chriſtiani homines legũt:& in prooemiis neſcio cuius theoricæ aduerſus Ge/
rardum multa diſputantis:nonne etiam ſcriptũ eſt cum de nouo deligendo põtifice tra
ctaretur deuote ſupplicandum:ut ſydus merculiale ſuo ſancto radio temperet(aiũt enim
mercurio noſtram ſubeſſe legem atq; ideo homines chriſti mercurii homines uocauit:qđ
neſcio qui poſſit homo chriſtianus æquis auribus audire. Rogerius Bacon euſq; eſt eue/
ctus ut ſcribere non dubitauerit errare chriſtianos qui die ſabbati non ferientur & operi
bus uacent ritu iudeorum:cum ſit ea dies ſaturni quæ ſtella rebus agendis parum cõmo/ Roge.ba/
da & fœlix exiſtimatur:in quibus uerbis non ſolum noſtros accuſat:ſed Moſen:immo a/ con.
perte ex propheta aſtrologum facit/docens quæ de ſabbati feriis ille conſtituit non diui/
ni alicuius myſterii:ſed aſtrologici dogmatis habere rõem: Quæ omnia ſi qs recto iudi/
cii examine penſet:uidebit nullo magis errore pietatem ueræ religionis offendi:cũ æque
ſit impium totaliter nullam putare eſſe religionem:& ex cælo fatali quadam eam neceſ/
ſitate deducere. Quod ſiqua aſtrologo capeſcenda religio ſit ad quam erit propenſior
ꝙ ad idolatriam:ut eos potiſſimum deos & colat & reueretur:a quibus omnia homini/
bus & bona & mala putet prouenire. Iam hæreſes manichcorum arbitrii libertatem tollẽ
tes:unde potius putamus emanaſſe ꝙ ex iſta de fato aſtrologorum falſa opinione. De
ſuperſtitionibus nulla eſt controuerſia prodire ab aſtronomia omnes:& eas quaſi alum/ Idolatria.
nas ab illa contineri confirmat Varro Geomantiam omnes illius ſcriptores aſtrologiæ Hereſes.
filiam uocant. Magi ita huius artis uſum ſibi neceſſarium putant:ut magiæ clauem a/
ſtrologiam appellent. Chiromantici in uola manus ſeptem pro numero planetarũ mon Superſtitio
tes effingunt:unde ex lineis quæ ibi conſpiciuntur futura preuidcantur Sed has fatuita/ Varro.
tes particulatim proſequemur:cum poſt euerſam dominã ac reginam reliquam omnem Geomantia
ſuperſtitionum turbã incurſu ꝑteremus. Sed parere eam oẽs & ſine ea ſtare non poſſe hu Magia.
ic ſatis manifeſtũ:ꝙ nulla eſt ſuperſtitio quæ dierũ & horarũ electionibus non utatur: de Chiromãtia

qua eas ſola inſtruit aſtronomia:ut de ipſa illud eccleſiaſtici dici poſſit:uanitas uanitatũ aſtrologia & omnis ſuperſtitio uanitas. De moribus plura dicere nõ oportet/cũ ſatis pa/teat patrociniũ uicio maius dari nõ poſſe/ꝙ ſi cælũ auctorẽ habere exiſtiment᷑: nihilq; eẽ quod nos minus metuere gehennã/aut ſperare fœlicitatẽ faciat. Quæ ſi ꝑculdubio uera

Mores.

ſunt/etiã ſi uera eſſet iſta ꝓfeſſio quæ nã utilius ueritas ignoraret᷑. & cũ ſit falſa quæ utili/us falſitas impugnat᷑: quã utiq; prouinciã utinã tantis uiribus exequar ꝙ eã iuuandæ religionis & ueritatis tuendæ deſiderio ſum complexus.

Caput VI Fallacem eſſe hanc artẽ/ſi qua ſit tum ꝓpter plura: tum propter diſcrepantes aſtrologorum ſententias.

h

ACtenus confutari utiliter aſtrologiã oſtendimus: indignũq; eſſe illius patro/ciniũ: & philoſopho homini & xpiano: nũc priuſꝙ cum aſtrologis pedẽ cõfe/rentes confutationẽ aggrediamur: uideamus quantũ illã res ipſa euenta quæ refellant. Quota enim quæq; res euenit prædicta ab eis: aut ſi euenit quippiã cur nõ iſtđ euenerit. quo magis ſoleo mirari nõnullos qui diſputãtibus aduerſus iſtã artẽ/illud ſemper obiiciunt/cur ſi uera eorũ ars non eſt: prædictiones tamẽ eorum ueræ. Præclare enim ſecum agi putat aſtrologus ſi nobis prædictionũ falſitatẽ obiiciẽtibus poſſunt aliqua ſa//tiſfacere: tantum abeſt ut ex hoc loco argumentũ aduerſus nos poſſe ſumere ſe putet. At/tulimus ſupra uerba Ptolemæi conantis diſſoluere iſtã queſtionẽ in quibus uidimus eum mendacia aſtrologorum non ſolũ in ipſos aſtrologos parum uel peritos uel diligentes. Sed in ipſam etiã artem reieciſſe quæ ſit incerta & falſi plurimum poſſit. Porphyrius ipſe oraculorum reſponſa inquit falſa deprehendebant᷑: quia numina illa ex cæleſtibus cau/ſis quas habẽt exploratas illas prænunciabãt. Fallax aũt prænunciatio quæ ex illis. Qđ

Ptol.

ſi demones ipſi quos nihil latet rerũ cæleſtium/futura inde perſpiciẽtes decipiunt᷑: de hominibus quæſo quid iudicabimus. quorũ qui ſunt qui & fuere excellẽtiſſimi iſtius artis(ſi ulla eſt)ne mileſimã quidem partẽ unꝙ attingerunt. Deniq; iter omnes artes quarũ om/

Prophirius

niũ propriũ eſt excidere a ueritate/nullius eſſe iudiciũ magis incertũ: nec ipſi credo aſtrologi denegabunt. Nam & arbitriũ inquiũt hominis multa aliter facit euenire: & materiæ fluxus atquæ mobilitas cæleſtium ſæpe actionũ opera fruſtratur: & aliud alio fatum uertitur uel impeditur. Quod ſi res humanas diligenter examines nullã fere inuenies in qua non aliquid ex his quæ diximus: præuiſum etiã uere de cælo exitum non immutet. Nam & homines proprium arbitrio & ratiõe res ſuas diſponere: & id quod materiæ undiquæ annexum eſt & colligatum illi mutationi uehemẽter eſt obnoxium. Tum cũ nihil ſit ma/le ita omnes fere inuicem homines dependent: ut non ſit quem alter uel lædere uel iuuare fortuna non poſſit. Sic & filius fœlix patris infœlicitatem/infœlicem exitum etiam: & infœlix fœlicẽ ex bono parentis fato ſortiet᷑. Et ſeruus ſua genitura parũ fortunatus fortunato dño aget fœliciter. Sic militis fatũ ex fato imperatoris: & fortuna ægroti ex medico: & cõtra medici ex ægroto: aliter atq; aliter fieri cõtinget: Ex qbus oĩbus illud declarat᷑ ꝙ ſæpe nõ euenire ſit neceſſariũ qđ cuiq; ꝑdixerit mathematicus etiã ſi ſit uerã iſta ꝓfeſſio

Mira & multa iter aſtro/logos diſſenſio.

ne dũ ut ueritas ꝓfeſſionis ex ueris profeſſorũ ꝑdictionibus poſſit cõprobari. Quid ꝙ tanta inter auctores iſtius artis dogmaticis eſt diſſenſio: ut uel oẽs uel maximã eorũ partẽ de futuris mendacia dicere ſit neceſſarium. Admirantur ipſi maxime & uenerantur aliquos ægyptios perſas & indos & babilonios quaſi antiſtites cæleſtiũ myſteriorũ & eoꝝ nomia

quaſi numina inflantibus buccis imperitorũ quotidie auribus inſonãt. At ſi ueri illius ue
ra o aſtrologi dicere uos non poteſtis qui iunioꝝ libros ſolos habetis quos imitemini: a
uetere illa diſciplina undiqꝫ diſcrepantes. Ptolomæus enim parẽs ueſter aſtrologiã quæ
ſcilicet erat ægyptiorũ ubiqꝫ taxat atqꝫ conuellit nunc eã parũ dicens conſonam rationi:
nunc aliis ꝓbris laceſſens: quod libros apoteleſmaton legenti facile cõſtat. Neqꝫ uero ſo/
lummodo ab illis Ptolemæus: ſed illi inter ſe pariter diſcẽtiebant: indi ſcilicet a chaldeis
a chaldeis egyptii: cũ & a ſe inuicẽ & ab his & aliis Indi & ab his oĩbus perſæ. Nec ipſa mi
nus inter ſe græca ꝙ barbara cõcors aſtrologia cum quæ reiicit Ptolemæus Doroteus am
plectitꝰ/& alia quoqꝫ paulus/alia. Epheſtion alia alii ſentiunt/& opinantꝰ: nec ex eis quẽ/
ꝙ inuenies qui auctoritate experimẽti/euentorũ fidem non colligat. arabes nonne & in/
ter ſe & a græcis digladiantꝰ. Porro ſicut Ptolomæus illã antiquam ita Ptolomæi aſtrolo
giam abiicit Albumaſar adeo ut in eis libris legi nihil dicat qđ uel rationi uel experiẽtiæ
conſonum inueniatꝰ. Contra Auenrodan nullũ fuiſſe loquutum in aſtrologia cum ratio
ne ait præter Ptolemæum: & ꝙ ſi inſpexeris dicta aliorũ inuenies ea multũ a ueritate re/
mota dicta uero Ptolomæi nullo modo poſſe falſa reperiri. hebrei quoqꝫ hebreorũqꝫ pri/
mus Abraam Auenazra diſſentit a Ptolemæo/& Albumaſarẽ ſæpe lacerauit/immo totũ
eius librum qui latine cenſetur de magnis coniunctionibus abiiciunt atqꝫ repudiãt. Si ue
ri igitur erunt ſequaces Ptolemæi nonne & ueteres arabes eorũ ſectatores neceſſario mẽ/
tiuntur: & ſi libri illi quod iſti iactant/in omniũ erant admiratione/quare uera prode//
bant: nonne neceſſario & riſui fuit Ptolemæus & Albumaſar ſuo quiſqꝫ ſeculo. & alii ſimi
liter ab illorum decretis omnino deuiantes & tamen ita fuiſſe ſemper comperies ut apud
omnem gentẽ/apud omnem ætatẽ uiri fuerint ſemper qui uera prædici dixerint ab aſtro/
logis/quod non ueritate dogmatũ ſed caſu contigit: nec unquam defuiſſe qui fallaciam
iſtam non ludibrio/atqꝫ contẽptui/aut etiam odio habuerint. Sed quicquid de priore ſæ/
culo fuerit ſane hac noſtra tempeſtate profeſſorũ ueritate dogma confirmari non poteſt
cum & malos plurimũ auctores ſequantꝰ/& bonos non intelligant tum ita negligenter
obean iſtud munus ut neſciant multa quæ ſcire eos oporteat: plura etiã omittãt quæ ſint
conſideranda & labori parcentes & ad pecuniæ quæſtus ꝓperãtes. Quod ſi docere hic
potius aſtrologiam ꝙ confutare inſtituiſſem funderem manum ad errata iuniorum pro/
fitentium hanc artem. ſed non hoc meum conſilium. Annotare tamẽ fortaſſe aliqua fue
rit operæ precium quo magis fiat manifeſtum non poſſe eos uera prædicere etiam ſi ueriſ
ſima eſſent dogmata aſtrologorum.

Pto. aduer/ſus aſtrolo/gos ægipti/os.

Diſſenſio in ter chal. ægi ptioſqꝫ aſtro lo.

Diſcordia i/ter græcos a ſtrologos.

Diſcordia A rabum inter ſe & cũ græ/cis.

Diſcordia hebreorum cum græcis & Arabꝰ

## Cap. VII. De ignorantia aſtrologorum noſtre ætatis.

Nota.

P Rænunciata hominum iſta uel ſunt uniuerſalia ut cum ex ſchemmate an/
ni: ex defectu ſolis & lunæ/ex congreſſionibus ſyderum ſuperiorum/ futu//
ra in uniuerſum bona aut mala prænunciant: uel ſunt particularia qualia
ex propria unuſcuiuſquæ genitura de priuato illius fato aliquid diuinant.
In primo genere nihil efficatius defectu luminarium a quibus ut pote uniuerſaliſſimis
cauſis uniuerſales maxime inferiorum mutationes eueniunt. In altero nihil habet ma
ius momentum æquatione/quæ de ſpacio uitæ & annorum numero fieri ſolet: in
utroqꝫ mirum quantum aberrent neotorici barbariqꝫ ſcriptores quorũ auctoritas uſuſqꝫ

Ptolo. potiſſimus apud noſtros aſtrologos ſcribit Ptolomæus ſecundo libro apoteleſinatio in defectu ſolis duo in primis obſeruanda locū ſcilicet in quo deficit ſol & angulū qui eum locum proxime ſequitur/ut ſi gratia exempli in nona cæli regione defectus obtigerit/decimi loci angulus obſeruet̃ ſi in undecīa uel duodecīa āgulus orientis quoniā aūt ibi græce ſcribit̃ τονεπομενον κεντρον hoc eſt ſequētis anguli ī uulgata trāſlatōe/habet̃ anguli p̄cedētis unde cōtrarius oīo ſenſus elicit̃ data eſt barbaris erroris occaſio ita ut Ioānes aſtēdēſis in eo opere quē uulgo uocant ſummā anglicam/cui fides præcipua apud noſtros poſt ꝙ ſe longa & argumentoſa torſit queſtione:tandē ex ſententia Ptolomæi definit eū debere angulum obſeruari non qui ſequatur ſed qui præcedat locū/in quo defectus luminaris acciderit:quod eſſe omnino ſnīa Ptolomæi contrariū ex eo patet qđ diximus quare ſcilicet græce eſt ſcriptū hoc eſt ſequentis nō επομενον hoc eſt præcedētis. Sed quia etiā paulopoſt Ptol.explicans ipſe/qui nā ſint iſti anguli:meridianū ſolis & orientem angulum nominauit.

Io.Aſtedenſis. Græcus īterpres.Apo. Ptol. Vbi admonet nos græcus interpres omitti angulū occidentis qui ſequi defectus locū non pōt/niſi ſub terra ſol obſcuraret̃/quod cum accidit nim ſuturorum effectricē habere non putant.Quod ſi præcedēs angulus eſſet obſeruādus & oriens omitti debuit a Ptolomæo:qui præcedere ſolē deficientem niſi ſub terra non pōt/ & occidēs annumerari qui ſiue octauo ſiue nono cæli loco defecerit præcurrere ſemper eā & antecedere inuenietur:Ex hoc autem errore/tota prædicendi ratio cōmutatur/cū nihil in prædicendo magis reſpiciant/quā naturam & ſtatū ſyderum cum loco luminariū tū illi angulo p̄dominantiū:qui cū alius erit atq; alius:erit etiā alius aliuſq; dominator.Et pro diuerſa dominantis ſyderis natura uaria īmo cōtraria fiet ſemper de futuris euentis pronunciatio: Super ſpacio uitæ præuidēdo ꝙ nihil uideant iſti diuinatorculi paucis oſtendam.

Haly Abenzagel. Hylegh. Haly Abenzagel oraculum aſtrologorū huius ætatis/quarta parte operis ſui/ ex ſententia ait Ptolomæi quinq; eſſe hylegh:Ita enim ipſi loquunt̃:Solem:lunā horoſcodum:partē fortunæ:& locum plenilunii uel nouilunii/ꝓxime antecedentis. Preter autem hæc quinq; planetas cōſiderandos in illis quinq; locis/& ius/& auctoritatē/obtinentes.:

Alchochoden. Ptol. Euidentiſſimus error aſtrologorū. In ꝓximo capite de eo loquens quod uocāt Alchochoden/eſt aūt annorū dator Ptolomæus inquit Alchochoden faciūt planetā qui plus auctoritatis habuerit ī hylegh ſiue eum reſpexerit/ſiue nō reſpexerit/& ita deinceps multa iterat ſæpe de hoc Alchochoden ex ſententia Ptolomæi/noſtri aſtrologi qui hunc & alios barbaros ſequunt̃ in eodē errore uerſantes. Quiſnā ſit Hylegh.quis ſit Alchochoden/ex ſnīa Ptolemæi in omni genitura perſcrutant̃.At uero apud ipſum Ptolomæū tam eſt nihil omnino iſtud Alchochodē ꝙ eſt nihil hyrcoceruus atq; chimera lege oēs eius libros lege oēs īterpretes lege ēt barbaras trāſlatōes nec dictionē aut dictionē ei reſpōdentē/apud eū inuenies.nā iſtaquidem opinio/aliud faciens in genituris Hylegh.aliud uitæ annorūq; largitorem/quē appellāt Alchochoden poſteriorū eſt:Ptolomæus nec eo antiquiores tale aliquid unꝗ opinati ſunt:ipſe loca primū enumerat/que uocat aphetica/Arabes Hyleg ialia:latine dicere poſſumus dimiſſoria ſic dicta ab eo ꝙ īde uitæ curſus quaſi excarceribus dimiſſiōis initia ſortiat̃:& ſunt nota illa ſupra terram uel occidēti uel horoſcopo aliqua affinitate cōnexa:Tum aphætas hoc eſt dimiſſores ipſos conſtituit qui ex illis locis quaſi carceribus ſuo ut ita dixerim aflatu uitæ impetū largiantur quos eſſe uult ſolē:lunam: horoſcopum partem fortunæ:& prædominantes in illis locis erraticas ſtellas .Præter hos quibus hy

ſeghii omnes numerãtur nullũ aliũ facit annorũ diſtributorẽ quanq̃ quod hi quos dixi/
mus aphetæ largiũtur & acumulari & exhauriri poſſe putet/cõmertio fœlicium ſyderum/
uel infœliciũ:barbari & noſtrates præter iſtos Aphætas quos ipſi Hylegh uocãt aliũ eſſe
credunt ex ſentẽtia etiã Ptolemæi: qui uiuẽdi ſpacia decernat/quem uocãt Alchochoden
de qua re ut dicebã nihil uſquã ipſe Ptolemæus:ex cuius tamẽ opinione de eo ipſi multa
quærunt/diſputãt/& definiũt. Nec ſolũ errant in hoc unde tota rei ſumma depẽdet. Sed
in ipſorũ etiã hyleghiorũ numeratione cũ inter ea Haly locum noui lunii aut plenilunii — **Haly**
precedẽtes poni dicat a Ptolemæo: Quod tamẽ ſiue nocturna fuerit genitura/ſiue diur/
na/faciendũ nunq̃ cenſet Ptolemæus. Quid ꝙ iſte Haly accuſat Ptolemæum quaſi ſe/
cum pugnantẽ gloriaturq; magnopere ſuper hac Ptolemæi taxatione/in qua neminẽ ſi/
bi unquã ait aduerſatũ:& deo ſecretoꝝ reuelatori gratias agit ingẽtes.pugnare aũt ita cũ
dicit ꝙ octauũ locũ inter hylegia nõ enumerat/quia horoſcopum nõ reſpiciat. In Alcho — **Error Haly**
chodẽ tamen deligẽdo nihil putet referre reſpiciat hylegh an nõ reſpiciat/qd deſipis bar
bare:aut quid ſomnias:Vbi apud Ptolemæum Alchochoden legiſtis/ſed ſcio quid eũ cæ
teroſq; deceperit.Ptolemæus inter hylegia planetas ponit in reliquis locis hylegialibus
dominãtes:iſti rem eſſe eos diuerſam putãt ab hylegiis:ut reliqua quattuor ſol/luna/ ho/
roſcopus/& pars ſortunæ:cui & ſalſo nouilunium pleniluniũq; addiderunt ſola hylegii
haberẽt rationẽ:planetæ eorũ locorũ dominatores annos decernerẽt. Et quoniã Ptole/
mæus de dominãtibus planetis nuſquã dixit/eſſe neceſſariũ ut hylegia aſpicerent/ mirati
ſunt/cur illa duo quæ.ſ.ipſi duo eſſe putant:hylegh.ſ.& Alchochoden aſpectus ſocietate
copulãda nõ exiſtimauerit:cũ nulla ſit tamen culpa Ptolemæi ſi inter ea quæ unum ſunt
ſocietatẽ aſpectus nõ quæſiuit.Non enim apud eũ unquã cum ſol aut luna erunt hylegia
lia/aliis erit planeta præter ea uitæ diſpoſitor:ſed tunc utitur dominatore planeta cũ in
annorũ donatione reliqua hylegia auctoritatẽ non habẽt:quod cũ eſt nullũ poteſt relin
qui uitali planetæ cõmertium cũ aliquo hylegiorũ ꝙ præter eũ.ſ.nullus inueniat: quod
neſcio quomodo iſti ex uerbis Ptolemæi nõ intellexerint aut nõ ex eis aliquis hoc depræ
henderit.Sed ita in hunc errorẽ gregatim omnes abierint ut non ſit qui Alchochoden &
hyleg ex ſentẽtia Ptolemæi nõ requirat. Vide quomodo ſunt uera dogmata aſtrologorũ
& quomodo ꝑdicere iſti uera de uitæ ſpacio poſſint.præſertim cũ his quæ diximus errori/
bus maximus acumuletur ꝙ numerũ annorũ etiã ex opinione Ptolemæi præſcribũt pla/
netæ qui ſit uitæ largitor iuxta illud apud eos uulgatum annos tot eſſe ſolis maiores/ tot
minores/tot medios/tot lunæ/tot martis/atq; ita de ſyderibus aliis: cũ tamẽ Ptolemæus
& ægyptiacã iſtam reiiciat opinionẽ/nullã eam dicens habere rationẽ/ & ubi de uitæ ſpa
cio loquitur/nõ ex natura planetarũ/ſed ex numero partiũ circuli equatoris annos dinu
meret / iuxta locũ uitæ hoc eſt diuiſorẽ: & lætalẽ alium ſiue interimentẽ interceptarũ/ ad
quẽ ſcilicet primũ laſſeſſentis iam uitæ curſus grauiter offendat natũ ut cũ aphetes inter
finitorem & faſtigia cæli fuerit collocatus inambulatio illa ſeruetur quam græci uocant
ακτινοβολιαν: hoc eſt radioſam proiectionem cum autem a faſtigio declinauerit ad occa/
ſum utroq; uerſum ducta utamur perſenſione quam uocant ωριαιαν nos dicere horariam
poſſumus:quæ omnia ita neſciũt noſtri aſtrologi/ut hæc etiã ſi legant/monſtra audire ſe
putaturos equidẽ nihil dubitem/& nos tamẽ illorũ prædictionibus nimis miſere creduli
neſtoream nobis ſenectã ꝓmittẽtibus Dominice uocis obliuiſcimur iubentis eſſe paratos

qui nec diē obitus noſtri/nec horā ſciamus/ſi breuē uitā fuerint cominati/torquemur an/xii dies & noctes:& unius rabulæ uox omnē nobis eripit uitæ iocunditatē. Inquit Haly ſi planeta fortunator fuerit in horoſcopo addet ex ſentētia Ptolemæi annis uitæ/ānos ſuos minores/& tamē ut mox dicebā apud Ptolemæum nulli ſunt planetarū anni/ uel maio/res/uel medii/uel minores/& de ānoꝝ additiōe loquēs Ptolemæus/aliā oīno uiā ſequit̃/uſus horarū partitione:quā ille puto nō intellexit ſed nō oportet ſingula ꝓſequi alioquin in immenſum liber exceſceret. Iam in ipis quæſtionibus quas uocāt interrogationes nō/ne etiā ita inſigniter errāt ut ex uno errore tota reſpōdendi ratio peruertat̃:nulgatū enim quaſi proloquiū eſt apud eos ſeptimū thematis locū hoc eſt occidentē dari rei quæſitæ. Et tamen Ptolemæus hunc locum/non conſulenti/aut rei de qua conſulitur:ſed ipſi qui cō/ſulitur. Mathematico precipit dari:quod & mathematici indoꝝ obſeruabant: adeo ꝙ cū occidens & dominus occidentis male ſe haberent quæſtioni non reſpondebant: erro/rem ſcilicet metuētes. Sexcenta hoc genus haberē coꝝ errata quæ referrē niſi illud potius ſpectarē ut tota profeſſio errare declararet̃. Nam nuper Ptolemæi libros cum barbaris & latinis auctoribus conferēti fuerunt fere omnia uerubus confodienda.

Cap. VIII. De indiligentia aſtrologorum noſtre ætatis quæ tanta eſt ut etiam ſi ue/ra eſſet aſtrologia ueri ipſi eſſe non poſſent.

Iam uero indiligentia quāta/paucos enim inuenies etiā ex his/ qui ſupputā/di habent rationē(qua tamē eorum maxima pars caret)qui ut ueram poſitio nem ſyderum aſſequātur ad effemeridas nō confugiāt: quod & quodā loco teſtatur Bonatus his uerbis ſapiētes inquit iſtius artis utunt̃ Almanach / ſic enim arabes uocāt ephemeridas: hoc autē qui faciūt & perperā dicerē & omittere multa eſt neceſſariū:unde oīs prædictionū ueritas infirmetur: fere enī ibi nunquā de latitudine planetarū ulla ſignificatio:qua ignorata ubi nō errabit:ubi non mentiet̃ aſtronomus: Si uera iſtius artis decreta exiſtimamus: maximā enim habere uim putaut ſydera in iniciis duodecim cæli locoꝝ cōſtituta/præſertim in cardinalibus:at in illis cū erunt non eſſe/& cum nō erunt eſſe putabit/qui ſolā eam quæ in rectū progreſſionē obſeruans declinatio/nem ad latus ſyderū non ꝓſpexit. Cum enī ſtella uel ad aquilonē urget/uel ad meridiē/& ſerius oritur/& uelocius ſemper ea parte ſigni in qua eſt collocatur: atq; ita interdū pu tabis ſupra terram eſſe planetā qui erit ſub terra/& iam occidiſſe qui ſupra finitorē cōſpi/cuus etiā apparebit. Quod cū in omni prædictiōe errorē pariat magis tamē eos tum fa/ciet excidere a ueritate cum nataliciā horam ex conceptionis hora inueſtigabūt quia ſi lu nam proximā eſſe contingat occidēti/poterit putari iam occidiſſe quādo erit adhuc ſupra terrā:& contra nondū eſſe demerſam cū latebit ſub oriente: quod ab hora conceptionis per multos etiā dies faciet aberrare:planetarū radiationes latitudine ignorata quis recte determinauerit. Quis in ambulationē ſyderis alicuius ſic enim græce dicit̃ uulgo dire/ctio nūcupatur recte dimetietur:Cum omnis ſemper utroq; uerſum a uia ſolis ſyderis de/clinatio uel locoꝝ aliquot annis rei euentū/uelociorē faciat/uel tardiorē:hinc in ſtellis nō erraticis diſponendis quātus etiā lapſus cum uulgo eo loco collocētur ad quem recta in lineam progreſſione ferūtur. Cum qua autem cæli parte in uariis regionibus/uel occi/dant/uel oriātur/uel iniciis etiam reliquarū domorū affulgeant omnino nō conſiderent quid ꝙ & locum planetarū parum ſæpe ex fide oſtendūt ephemerides/ non ſolum uitio

Bonatus.

librariorũ/ſed ſæpe auctoris:qui aut parũ diligens fuerit/aut parum peritus.Mitto ꝙ alii
aliis utũtur aſtronomi tabulis/interdũ parum exactis/ aut cũ quidẽ etiã ille ſuũ ſibi fecit
diariũ a ueritate parũ ab errãtibus hac autẽ tẽpeſtate magnopere.Sed tabulas Ptolemæi
iam omnes reiiciũt.Alphonſi pars magna doctiorꝝ ſequũtur/in cuius radicibus euidentẽ
iam cõſtat eſſe falſitatẽ.Sed nec minus ſomniculoſi horoſcopo in deligẽdo:& duodecim
reliquis locorum cæleſtiũ initiis capeſſendis.Vidi ergo multos & peritia nõ mediocres &
boni etiã nominis in iſta ꝓfeſſione neſcio qua ſua uti tabella pro diſtribuẽdis duodecim
domibus(ſic eas uocant(quocũq; cælo natus ille fuiſſet/ cuius geniturã erant inſpecturi.
Quod ſi aliquãdo nolunt eſſe diligẽtes notata climatis differẽtia/quam ſolã eis Alphõ
ſus oſtẽdit:uix ultra exactius aliquid perſcrutabũtur.Iam declinatiões ab equatore/& cir
cunferẽtias planetarũ/& ſublimationes uarias in circulo breuiore/uel in ecentrico motuũ
latitudinaliũ uiciciſſitudines/in genituris diiudicãdis/quis nũc obſeruat:de equãdis die/
bus q̃ multa neſciũt:q̃ multa perperã dicũt iuniores.Quæ oĩa ideo dicimus ut fiat mani
feſtum nõ poſſe ex fide prædictionũ iſtam ꝑdicendi artẽ confirmari:cũ etiã ſi ueriſſima cõ
ſtet rõne:artificũ tamẽ uitio hoc eſt uel ignorãtia uel negligẽtia ueritas de futuris ſciri nõ
poſſit.ut ſi id nõ pſuadetur aſtrologie ſidẽ nõ adhibendã:pſuadeamus ſaltẽ iſtis ut dicit
in epigrãmate αςτρολογοις αλογοις aſtrologis ne fides adhibeatur.

Cap.IX. Raro euenire qui dicũt aſtrologi quod tũ externis tũ domeſticis exẽplis oñdit

a T ſane ſi ueri eſſent/etiã nõ oĩno/ſed magnopere/nõ ſolũ nõ eiecti ciuitati/
bus:& apud prudentiſſimũ quẽq; ludibrio ſemper habiti: ſed ſummo in ho/
nore apud omnẽ etatẽ/apud oẽs gentes fuiſſe. Tanta.ſ.eſt hominũ curioſi/
tas ꝑſciendi futura/ꝑſertim quæ ad ſe attinẽt:& de his qui hoc preſtãt tanta
in re etiã opinio & exiſtimatio:& tamẽ erectas ſæpe ſtatuas/decretos publicos honores/
& philoſophis legimus/& medicis/& poetis/& imperatoribus/aſtrologis quotiẽs legimus
ſed legimus eiectos.irriſos in fabulã etiã populi uerſos/ ita ut fabularũ allegoriæ que de
ſenſu uitaq; cõi plerũq; ducũtur taxationẽ iſtius uanitatis apud ueteres continerẽt.Qui
enim Homerũ allegorice exponũt per illã Ichari fabulã qui facticiis pẽnis cælo tenuiore
ſe cõmittens in mare ꝑcipitatus eſt/aſtrologos aiũt deſignari:qui pẽnis temerariæ ꝓfeſſio
nis in cælũ ſe ſubſtollẽtes cũ de cæleſtibus ſuis dogmatis quibus ſublimari uidentur quid
ſint ꝑdicturi/in pelagus ruũt mendaciorꝝ:& quid aliis egemus uel teſtimoniis uel cõiectu
ris:cũ ipa hoc nobis quotidie experiẽtia teſtificetur in re ꝑſertim in qua ſicubi poteſt ma/
xime poſſe debet aſtrologia ꝑſtare/ueritatẽ aeris.ſ.mutationibus ꝑdicendis/pluuia/ ſicci
tate/eſtu frigore/uentis/grandine/terremotu/in quibus adeo falſi quotidie deprehendũ/
tur/ut nullius fere nunq̃ diei ſtatus eorꝝ ꝑdictionibus reſpõdeat.Obſeruaui hyeme iſta in
ſuburbana mea uilla:in qua hæc ſcripſimus inſignẽ omnẽ ſingulis diebus aeris mutatio/
nem/ipſis interim ãte oculos poſitis decretis aſtrologorꝝ ita ſalubre mihi ubiq; faueat cæ
lum/ut in dierũ ſupra centũ atq; triginta iugi obſeruatione nõ plus ſex aut ſeptẽ tales ui/
di dies:quales in eorꝝ libris futuros ante ꝓuideram.meminit puto adhuc Pãdulfus collẽ Pandulphus
nutius meus iuris quidẽ cõſultus:ſed in oĩbus litteris ingenioſſiſſime eruditus q̃tum no/ collenutius.
bis Bononiæ riſum:ſup iſta re dederit quidã mathematicus qui nos ea die copioſſiſſimos
hymbres iubeat expectare quã totã luciſſimus ſol & clariſſimã & ſereniſſimã reddidit.
Ambroſius in Examerõ cũ ante inquit dies aliquos eſſet ſermo de pluuia quæ fore utilis Ambroſius.

diceretur/ait quidã ecce neomenia dabit eã: Attamẽ nullus imber effuſus eſt/ donec pre/
cibus eccleſiæ.ſ.himber datus manifeſtaret: nõ de initiis lunæ eum ſperandũ eſſe: ſed de
ꝓuidẽtia miſericordiaq; creatoris. Hæc ille: Ex cuius uerbis & uanitas aſtrologiæ/& effi/
cacia religionis re ipſa comprobat̃. Poſſunt igitur qui ſunt rationũ minus capaces & ſuã
fidẽ iſtis hominibus mancipauerũt hac ſe uia aſſerere in libertatẽ/ut de aeris ſtatu identi/
dem eos interrogẽt: de quo cum falſa eos dicere fere ſemper inueniẽt: facile animaduer/
Salubre do/ tent ſi de nubibus etiã nebulones iſti tanta mentiũtur: multomagis in hominũ & popu/
gma. lorũ ſatis diiudicãdis falſa prædicturos: cum hic.ſ.prædicãtur & quæ cælo ſubiacent mi/
nus & quæ difficilius longe laborioſiuſq; præuidẽtur. Quod ſi quæ ſuper hominũ geni/
turis quottidie mercẽnario uaticinio fabulãtur quis examinauerit. Videbit etiam multo
plura mentiri q̃ cum ſuper aeris qualitate reſpondẽt: & niſi dum minutatius alioꝝ proſe/
quor ineptias: inepti ego uitiũ mihi metuerẽ/afferrem multas/& uiuentiũ/ & iã uita fun/
ctorũ genituras/fœliciũ infœlices/& infœliciũ oppido q̃ fœliciſſimas: in qua re ſane tã
nihil mẽtior q̃ ſcio diuinam ueritatẽ cui preſens expeditio militat mendaciis noſtris nec
egere nec delectari. Sed contẽtus ero domeſticis quibuſdã exemplis quibus præſertim ad
monitos uelim: qui diuturnã a mathematicis uitæ promiſſionẽ habẽtes euangelice uocis
Pinus Orde. obliuiſcunt̃/monẽtis nos uigilare ne dies domini occupet imparatos/pino Ordelapho
Lucretia ſo/ principe foroliuienſi cui Lucretia ſoror nupſerat: quo ãno obiit/omnimodã uite incolu
ror. mitatẽ fuerat polliſſus Hieronymus mãfredus aſtrologus noſtra ætate ſingularis: a quo
Hierony/ tamẽ nihil mirandũ minus præuiſam aliorũ mortẽ: qui nec ſuã ipſe præuiderit: nam cum
mus ꝓxima eſtate uita ſit functus: in iſtius tamẽ ãni publico uaticinio qui.ſ.ei fuit fatalis: mul
manfredus. ta & mira ſequẽti anno dicturũ ſe non ſemel pollicebat̃. Qui neſcio oppignoratã fidẽ
aſtrologus. quomodo reluet: niſi forte de cælo uerius nunc terrena deſpiciat q̃ de terra olim cæleſtia
ſuſpiciebat. Petrus attendalus iuuenis ingenioſus qui Heleonoram habuit uxorẽ Galeo
Petrus attẽ/ ti fratris filiã/obiit anno ſuperiore ſubiti & inopinati morbi moleſtia necatus: cum nihil
dalus. Hele ei tamẽ tale aſtrologus prædixiſſet cui maxime ille credebat: ſed ſecuritatẽ uitæ ꝓmiſiſſet.
nora neptis Conſtãtia Antonii fratris uxor amãtiſſima: quæ Rome ab hinc bienniũ publico fere lu/
ex fratre. ctu totius urbis uita exceſſit: nõne uanitatẽ iſtius artis nobis teſtificata eſt. Quæ quo ãno
Cõſtãtia fra/ deſideriũ nobis ſui reliquit: nõ ſolũ ꝓſpere ualitudinis: ſed fœliciſſime etiã uitæ ab aſtro
tris uxor. logo promiſſionẽ acceperat. Quod illa nihil oblita cum iam animã agens collacrimã/
tis uiri a quo unice diligebat̃ manũ teneret. En inquit q̃ uera uaticinia aſtrologorũ: Con
tra ipſi Antonio fratri deus bone quæ mala/quas moles moleſtiarũ/quãtum periculoꝝ/
hoc anno aſtrologia inmitabatur. Et tamen nullã ille cæloꝝ expertus iniuriã/ uixit ſoſpi
te familia: re ſalua: ualitudine integra/nulla uel infortunii/ uel periculoꝝ quaſſatione ia
ctatus. Et ne forte mentiri ſolum noſtros putes aſtrologos ſcias idẽ etiam ueteribus acci/
Seneca diſſe. Seneca quodã loco lacerans Claudium Ceſarem ſceleſtiſſimũ: introduxit Mercuriũ
apud deos illius mortẽ procurantẽ: & ut obiter iſtam conuellat natiuitatẽ/inter alias cau
ſas quibus mercurius mortẽ perſuadet imperatoris. Cõmiſeratione inquit hoc etiã chal/
deorum faciatis/qui iam tot annis illũ efferunt: prædicebãt.ſ. mathematici ſingulis ãnis
Claudiũ moriturũ nec tamẽ ille moriebatur. Quod cum legerẽ uenerunt in mentẽ no/
ſtri diuinaculi qui romanũ pontificẽ ipſi quoq; ſingulis annis efferunt. Scribit Cicero/&
Pompeio/& Craſſo/& Ceſari a chaldeis prædictũ neminẽ eorũ niſi ſenectute/ niſi domi/

niſi cum claritate/eſſe moriturũ. Quare & mirũ uideri ſibi inquit orator prudentiſſimus quenq̃ extare: qui credat his quorum p̄dicta quottidie uideat re & euentis refelli.

Cap. X Cur aſtrologi aliquando uera prædicant.

ſ Ed eueniunt tamen interdũ quæ prædixerunt. At cum multo ſint plura quæ non eueniũt. cur incidiſſe eos caſu in ueritatẽ non arbitremur: Quid ꝙ nulla eſt ars tam anilis/tam uanæ ſuperſtitionis: que nõ eodem argumẽto uera cõprobetur. quia aliquãdo. ſ. accidat quod ex ea prædictũ ſit. Neq; enim ulla eſt quæ hoc nõ aſſequatur/etiam quã tu te ipſe tibi temerariã ſortuitãq; cõfinxeris. Quare dicant mihi qui rõne iſta mouẽtur/putent ne omnẽ artẽ diuinatricẽ uerã an multas potius uanas & falſas: Si multas falſas/probabo ego illas ueras eodem argumento: quia interdũ. ſ. eueniat quod præuũciauerint. Si omnes ueras/pugnantia eos credere demõſtrabo: quia de eiſdem rebus diuerſæ artes diuinatrices idem non reſpondẽt. Expertus enim ego ſum ſepe/atq; centies: cum ſuper eadẽ quæſtione figurã mihi/ & geomanticam interpunxiſſem/& aſtrologicã deliniaſſem/alium mihi in notis/alium in ſyderibus euentũ apparuiſſe. Quod ſiquis forte nõ credit/experiatur ipſe & ſuper eiuſdẽ hominis facto cõſultet/Chiromantẽ Aſtrologum/& Geomantẽ/& uidebit fere ſemper nõ idem in manus lineis deſignari/quod uel ex notis geomãticis/uel ex planetis aſtrologicis/pronũciabitur. Et ſi euentũ rei reſpiciat ueritatem ibi magis inueniet ubi minus ſperabit. Siue ꝙ ibi plus poſſit caſus ubi minus eſt rationis: ſiue ꝙ in illis ſpiritalis improbitas libẽtius nos ludificet. Aſtrologoꝝ prædicta multiplex tamen adiuuat fallacia: Cur ſepius apotheleſmaton fide nõ tam probẽtur q̃ probari multis uideãtur. Nam ſi de præteritis eis eſt dicendũ/ ut oſtendãt talia eueniſſe/qualia cælum ſignificabat: nihil eis deeſt ad irretiendos animos imperitorũ: quoniã nulla ſyderũ eſt poſitio/nulla genitura/in qua & proſperæ & aduerſæ ſignificationis multiplex conſtellatio nõ inueniatur. Cum præſertim nõ pauciora ipſi ſibi finxerint in celo q̃ ibi ab initio ſydera deus formauerit· quare ſemper habebũt in præteritis rebus: unde poſitionẽ tueãtur: raro enim non inuenient in planetis quod uolent: tam multis eos modis & fœlices faciunt & infœlices/plus in cæleſtibus. ſ. iuris habentes q̃ in terrenis: ita eis ſemper cæli locus uel ſigni bonitas/uel malicia/uel alterius ſtellæ radiatio/uel cũ ſole amor/cum horoſcopo odiũ/uel amicicia ſuffragabitur: aut ſi tandẽ illi non ſatiſfacient/auxiliũ implorabunt a ſtellis/non erraticis: in quibus ipſi nunquã nõ errant: aut ſi nec ipſe ſatiſfacient/ſatis præſto erunt eis: uel indorum imagines: uel partes

Aſtutia aſtrologorum

ægyptiorum: uel antiſia Firmici: uel dodecathemoria chaldeoꝝ: uel fictum omnino aliquid ab eis: in quo tanto magis quaſi ſuper occulto dogmate glorientur: quanto magis & falſum erit & commenticiũ. In futuris prædicẽdis minus habent occaſionis ad fallendũ: quanq̃ nec in his deſint: nam & multa coniiciunt terram potius ut dicitur q̃ cælum obſeruãtes Euripidis illud recordati: Qui bene coniiciet is uates optimus eſto:

Euripi ſnia.

& generaliter quædam enunciãt: que non poſſunt fere non euenire: aut nõ putari ſaltem non eueniſſe. & ambigue proferũt/more oraculorũ multa/ſemper aliquid excipientes: quo poſſit illud quod eſt prædictũ/uel minui/uel augeri/uel impediri: ut ſi euenerit nõ dicas nõ prędictũ ſi non euenerit/nihilominus ueri exiſtimetur. Explicitum particulare certum/ab eis raro audies quicquã: & cum tale aliquid audent: uel quod eſt rariſſimũ caſu probãt: uel quod eſt frequentiſſimũ experientia refellũtur. Sed accidit quod de templo ille dixit Apollinis

Eulogiũ de Apoliſ tẽplo

Aug. ſnīa ſup uerīſ aſtrolo. p̄dictiōibus.

ut bene dicta memoriter celebrētur: errata nemo recordet᷑: qm̄ & hæc ſciri nolent qui eis fauēt: & qui contēnunt tam hæc q̄ꝫ illa oīno neſciūt. Nō eſt aūt p̄tereundū quod dicit Auguſtinus & ratio pſuadet occulta demonū afflatione quā neſciētes patiuntur/ aſſequi eos interdū ueritatē quam alioquin non aſſequerētur: quod fieri putandū ſi mirabili prædictione/ particulariter aliqui factum dictūue pronunciauerint: quod nec ipſam artē aſtrologiæ p̄ſtare poſſe teſtatus eſt Ptolemeus. Sed mirabitur aliquis quomō hoc neſciētes patiātur: & tamē quicquid prædicunt afflatiōe tamē demonica prædicere illa eos putemus. At uero hoc fieri multis modis poteſt: de quibus aſtrologos in re ſimili admonebo. Eſt enī cōfeſſum apud eos alium eſſe alio magis ſortunatū aſtronomū/ in aſſequenda ueritate: pari in utroq; ingenio doctrina & diligentia: hoc igitur eſſe ſortunatū dicant mihi ipſi quid ſit: ſi non alia uia ueſtigant ueritatem q̄ ex dogmatis artis: quæ qui æquæ aut melius etiam tenuerit/ non erit tamen in ueritate prædicenda æque ſortunatus. Porro hoc aliud non eſt q̄ qm̄ fere ſemper ſuper eadem re uariæ conſtellationes: & ſuper eadem conſtellatione pugnantes uel diuerſe auctorum opiniones occurrunt/ flecti cælitus animum prædicētis/ in ueram ſentētiam multa tētando incidere imprudēter in ueritatem: hoc igitur idē etiam poterit occulta & latens demonis inſpiratio a qua quis actus agi tamē ſe non percipiat: quod cum ſit: qualiter fiat nō eſt nunc latius explicandū: Sed neq; hoc ſolum demones poſſe diuina poteſtas & ſapientia ſinit: ſed illud etiam ut quod ſalſo prius fuerat prædictum opere implectēs ipſi/ uerum efficiant/ nullam decētius ſumma iuſtitia penam exigente/ q̄ ut quæ diuinæ ueritati ſuperba ingenia non ſubduntur/ nebulonis deinde unius & ſycophante mendaciis/ & fidem/ & libertatem/ obliget ſuam. Sed puto ſatis multa iam diximus/ cur aliquando iſti nugatores uera aliqua effutire & ſpargere uideātur: q̄q̄ ut a principio dicebamus non eſt in hac re magnopere laborandum quando quæ temere uel aſtute uera prædicunt præ his quæ mentiuntur teſte Phauorino pars ea mileſima nunq̄ inueniatur.

Diſputationū Ioannis pici Mirandulæ aduerſus aſtrologos libri ſecundi finis.

## IOANNIS PICI MIRANDVLAE DISPVTATIONVM ADVERSVS ASTROLOGOS LIBER PRIMVS.

Caput primū Quid libro p̄cedenti actū ſit & quid deinceps agendū: quoue ordine.

SOluimus populi quæſtionē ſciſcitantis identidē ſuper aſtrologis: unde reſponſis illorum fides: ſi profeſſioni nulla ſoliditas: Dixi quæſtionem populi qua. ſ. accurati doctioreſq; nō utātur. Quibus notum nec ſæpius euenire quæ dicāt: ſed raro quaſiq; dixeris ex accideuti: Nec ſi eueniant colligi tamen neceſſario ueram artē: ſicut nec ideo neceſſario falſam q̄ꝫ in prædictis ſepiſſime mentiūtur. ſi quidem poſſunt ex præceptis ueris pronūciari falſa: non tam ob artis omnimodā falſitatem/ q̄ opinabilem cōiecturalemq; incertitudinem ut artificis omiſerim uel ignorantiam uel indiligentiam. Sicut contra uera de ſalſis non uerita/

te dogmatis:ſed aſtutia pronunciantis ſiue fœlicitate/ſiue caſu/ ſiue occulta promotio/
ne prænoſcentium numinum quæ prædicunt/ſiue aliis de cauſis:quas ſuperiori libro ſa
tis explicauimus. Quod ſi cui perſuaderi non poteſt/reuocet ad memoriā quāta paulo
ante ſuper incuria:ſuper erratis aſtrologorum ætatis noſtræ utinam citra odiū inuidiāq;
deſeruimus:nec poterit(niſi falli cupit)adduci:ut quotiens ueritatem aſſequuntur/ putet
eam ab illis inuentam potius q̄ repertam/omnino litem hanc dirimet ſequēs tractatus
in quo demonſtratum cum fuerit quæ de cælo ꝑdicunt ea cauſas ubi uel ſigna non habe
re quibus efficiantur uel indicētur:aut ſi fiunt inde:fieri tamen aliter q̄ aſtrologi ſentiāt:
aut ſi eo quoq; modo:non tamen ab his cauſis in cælo neque ab his rerum in terra pri/
mordiis:tum ſi dentur hæc omnia certe non hæc primordia: non illas cauſas ab homi/
nibus poſſe deprehendi:uel ſi deprehendi forſitan poſſunt: nondum tamen eſſe depre/
henſas hoc totum inquā cum fuerit demonſtratum/puto fuerit bonis ingeniis extra con
trouerſiam ſi quando ad ueritatem aſtrologus offendat in nullam hoc cauſam non ue/
rius poſſe redigi q̄ in ueritatem profeſſionis. Quæ tam multis uidelicet iam nominibus
falſa:nec ullis ueri rationibus nixa:ſed commētitia/præſtigioſa propterea que ſua natu/
ra mendax liquido apparuerit:igitur confutationem iam ipſam aggrediamur id primum
excutiētes quod totius negocii ſummā habet:an efficiat cælum quæ de cælo pronunciāt
iſti diuinatores. Id quod ita tractabitur a nobis ut hoc quidem libro defendamus agere
cælum in nos tantum motu & lumine præter hæc fruſtra occultiores afflatus alios cogi/
tari tum a lumine illo ſyderum & motu non aliud cōmunicari materiæ patienti q̄ motū
lucem/& calorem/calorem inq̄ & corpora conſumantē in fluxu generali:& ad uitam ui/
tæq; functiones capacia uitæ corpora diſponentē. hoc ab omnibus fluere ſtellis:q̄q̄ nō ſit
confeſſum omniū ad nos etiā planetarū defluuia prouenire. quicq̄ uero ꝑter ea largiri ſy
dera rebus inferioribus:nec ratione ꝓbari/nec experimētis cōuinci:nec auctoritate ꝑſua/
deri procerū philoſophiæ. Quin hec oīa obſtare ne præter hos cōmunes influxus perti/
nere cæleſtium uim ad ſublunaria corpora aliquo pacto intelligamus. Quare peculia/
res rerum ꝓprietates etiam corporeas/ſiue quæ ſpeciem/ ſiue quæ rem particularē conſe/
quātur a ſtellis originem non habere/præterq̄ ratione principii uniuerſalis/ ſed a ꝓpriæ
natura ipſarum rerum cauſiſq; earum proximis & cognatis. Atq; ipſam hanc noſtrā opi/
nionem non aliis magis q̄ quibus utuntur aſtrologi contra nos argumentis aſſeueratam
probabilemq; reddemus quod cum fuerit ſatis explicatum/tum ad eum tractatum quar/
to libro deueniemus/ut ſi demus aſtrologis uires occultas ineſſe radiis præter lucis effe/
ctum atq; caloris unde homines reliquaq; natura uarias ſortiri dotes & poteſtates pecu/
liariter poſſint:eas tamen non ineſſe illis quas exiſtimant uires/nec ab eis quæ de cælo di
uinant/apertiſſimis rationibus/& conſenſu philoſophorum theologorumq; omniū qui/
cunq; illuſtriores indubium faciamus. id quod ubi confectū ſatis uidebitur ſingulis retra
ctatis quæ de ſyderibus uaticinantur adiiciamus & illud relinquemuſq; teſtatiſſimū quæ
non fiunt a cælo/a cælo non ſignificari/hoc eſt quorum cæleſtia cauſæ non ſunt eorū nec
eſſe ſigna. Quare nullam eſſe rationem quāobrem ꝓuideri de cælo poſſint Nunc ꝓſtatu
ri quod primū propoſuimus uideamus quibus nos petāt qui omnia ſtellis quaſi euincta
duci gubernariq; contendunt ut mox eadem non repellamus ſolum/ ſed in aduerſarios
ipſos ui maiore q̄ uenerint ope diuina freti propellamus.

Caput II Quinq; rationes quibus astrologia roborari poſſe uidetur.

r Ationes quibus astrologi pſuadere conātur mutatiões quaſcūq; ſublunaris mūdi/ſed & rerū omniū diuerſitates/tū fortuitos caſus & hominū mores ingeniaq; pendere de ſtellis hæ potiſſime ſunt. Theologoꝝ & philoſophoꝝ una uox eſt mundū inferiorē adeo per cælū gubernari: Hoc Ariſtotelis uulgatiſſima illa ſentētia docet neceſſario mundū hūc inferiorē ſupioribus motibus eſſe cōtiguū: ut oīs eius uirtus inde gubernet̃. Sic Aurelius quoq; dixit Auguſtinus p corpa ſubtiliora groſſiora hæc/ regi atq; moueri. Quis igit̃ inquiūt dubitauerit mutatiões quaſcūq; rerum terrenarū a motibus fieri corpoꝝ ſuperioꝝ: Quod uel ipſa quoq; demōſtrat experiētia uarietatis anni tēporibus ex acceſſu ſolis ad nos atq; receſſu: unde niuentiū quoq; omniū habitus & cōditio uariat̃: dū temperat arua cælū: dum uariat fruges redditq; rapitq;. Sed in diurna reuolutione: ſol aeris qualitates īmutat: plus minus tum meridie/mane/ueſpere/calefaciens/ exſiccatis humori frigoriq; dereliquēs luna quātas habeat uires in oīa corpa pſertim fluxiora quis ignorat! Eſtus hæc oceani faciēs aſcendēs atq; deſcendēs: pontū mouet & terris īmittit & affert: ſed & ſummerſa fretis concharū & carcere clauſa ad lunæ motū uariāt aīalia corpus: Criſimi dies a medicis obſeruati lunæ ſoliſq; motus ſequūtur. Luna plena naſcēte/diuidua præſepe cieri tēpeſtates & in corporibus agitari uidemus humores. hinc paſtoribus: nauticis: agricultoribus obſeruationes multæ de lunæ motibus acceptæ: multiplicīq; experiētia multis retro ſæculis cōprobatæ. Cur igit̃ ſi luminariū manifeſtiores impreſſiones: & in permutādis inferioribus auctoritatē perſentimus/ceſſare reliquas ſtellas & inefficaces eſſe credamus: nec eoꝝ uires ad nos quanq̃ occultiores puenire/quibus ſubdita illis corpora uariis modis afficiātur/ Quarū gnari atq; prudētes/ſecretiora quedam de futuris cuētis poſſint pcognoſcere/q̃ quæ medici/paſtores/agricolæ/nautici/ pdiuināt.

**Ariſtoteles** · **Auguſtinus** · **Tertia ratio**

Preterea nemo pene negauerit aeris habitū tempeſtateſq; de ſyderū ſtatu poſituraq; uariari cum & calor & frigus & ſiccitas & humiditas/& quæcūq; in ſublimi fiunt impreſſiones a cæleſtibus motibus & influxibus generentur. Quod ſi terræ uiſceribus incluſi ſicciores halatus terram mouēt/ſi cauſationes in aere ex quattuor illarum qualitatū uel exuberantia uel defectu/ſi caritatē annonæ uel humiditas nimia facit/uel ſiccitas: cum aut fructus legūtur/aut ſeruntur: inuicem fertilitatē ſtatus aeris modicus & opportunus: Quis negabit a ſtellis non modo tempeſtatum mutationes & terre motus. Sed peſtilentias quoq; & morborum uaria genera in hominibus in pecoribus: ſalubritatē regionū: & fertilitatē ſterilitatēq; puenire: Tum ſi conſtamus nos quoq; ex iiſdem qualitatibus & corporis tēperatura mores ingeniaq; uariātur/integra tamē libertate cur nō fieri poteſt ut ppenſiones in nobis ad iram/manſuetudinē ad effectus alios bonos & malos/a ſyderibus fiant/bilē/ ſanguinem/pituitā/artam bilē/uel ſuſcitātibus uel frenātibus/quos humores affectus illi plerunq; comitātur: Cur nō pariter ſiccæ calidæq; cælorū impreſſiones bilē exacuentes in nobis/ad litem/iurgia/contumelias/inimicitias/excitare poſſunt: Vnde bella/cedes/uaſtationes: unde imperia regnaq; mutātur: poſt hæc ita colligit Ptolemæus/ſi faciunt ſtellæ diuerſitatem corporis & animi/deriuatur hæc deinceps ad ea quæ ſunt quidem extrinſeca/ſed habēt cum illis affinitatē qualē cum corpore uxor facultates: cū animo dignitas & honores: hæc eſt pcipua ratio Ptolemæi nec omniū effectricē ſyderū uim probat aliter ullo loco q̃ ex efficiētia primarum qualitatum quas producēdo cætera quoq; producant

**Ptolomæus.**

cõſequẽter: quare nec alias affert cãs q̃ hæc quidẽ Saturnus/ hæc iuppiter/ illa uero Mars operet̃/ q̃ q̃ iuppiter ſit planeta calidus & humidus: Saturnus ſiccus & frigidus: Mars ſic/cus magis & feruidus/ hoc de ſtellis erraticis: hoc de non erraticis pariter ſentit ex natura primarũ qualitatũ erraticas/ ex erraticarũ natura iudicãs nõ erraticas: uerũ .n. uero poſſet alii relictis primis qualitatibus/ ad occultas uires eminẽtioreſq; cõfugere/ quas ineſſe cæleſtibus plurimas & efficaciſſimas ãbigi nõ cõuenıat. Si quidẽ in terrenis quaſcũq; ſingulares & excellẽtes dotes intuemur eas cæli ſolemus munera exiſtimare/ quæ nõ elemẽtares de quibus illa corpa coaleſcũt qualitates: ſed infuſã illis potius uirtutẽ cælitus conſequãtur. Quanto igitur magis nõ carebũt huiuſmodi uiribus & ꝓprietatibus nobiliſſima illa corpa luce tã clara/ mole tã uaſta/ agitatiõe tam rapida/ aut quo nõ pacto ſi cũ motu & lumine tranſmittũtur ad terrã nõ erũt mirabiliũ apud nos effectrices: Poſtremo curſus humanarũ rerũ de quibus aſtrologoꝝ potiſſime diuinatio cæli fatiq; ꝑtãtem uel uolentibus undiq; pſuadere uidet̃ in quo uarietas ipa familiaris & frequẽtiſſima: tũ multa ſupra uires noſtræ mortalitatis fieri uidemus/ multa p̃ter rõnem & meritũ: plurima p̃ter ordinẽ & inſtitutũ cõditionis hũanæ: q̃ cãs alibi q̃ in cælo nullas hẽre poſſe uidẽtur. hic habilis ad philoſophiã/ ille naſcit̃ ad poeticã/ alius litteras aſpernatus uel ciuile negociũ uel arma libẽtius fœliciuſq; ptractat. Unde iſta uarietas ingenioꝝ: Eſt qui diuitias nihili faciat eſt qui aĩam lucro uẽdat: hic ſobrius/ ille nequã: hic audax/ ille meticuloſus unde rãta in moribus diſſimilitudo: Alexãder orientẽ tã cito uicit q̃ uidit: unde ĩpetus tãtæ fœlicitatis Quæ ius Ariſtoteli p̃ceptori illius: quæ Platoni: prius Pythagoræ Socrati cæteris naturæ ſecreta reſerauit: hæc rõ maior q̃ ut de terra pullulaſſe credãtur. Illa rurſus aſtrorũ fortuitis curſibus qs nõ aſcribat: hoĩem innocentẽ cõdẽnari nocentẽ p̃miis affici: induſtriã plurimoꝝ/ ſolertiã/ ingeniũ/ doctrinã mẽdicare. Alioꝝ ignauiã/ nequitiãq; locupletari/ Pyratam cedibus cruentatũ inter mille picula maris & terræ/ randẽ domi inter ſuos/ & ſenectute/ uita fungi: hoĩem tutiſſimũ & paratiſſimũ uel a nolẽtibus imprudẽter gladiis obtruncati: tũ portẽta ingenioꝝ quedã & mõſtra uel fetidis gaudẽtiũ/ uel ut ſemel dicat̃ a legibus exorbitantiũ hũanitatis. nõne illã ſibi uim quandã/ neceſſitatẽq; fatalis potẽtiæ teſtari uidẽtur: hæc ſunt illa quibus cũ plena ſit uita mortaliũ/ pſuadẽt multis iſtas bonoꝝ malorũq; uiciſſitudines meritas uel ĩmeritas tanrãq; rerũ uarietatẽ a ſtellarum motibus fieri quarũ impulſibus fragilis & caduca mortalitas ægre aut nunquã luctari poſſit.

Ratio q̃rta

Ratio quita

Alexander

Ariſtoteles

Plato

Pythagoras

Socrates

Cap. III Retorquetur prima ratio atq; oſtẽditur cælum cauſam eſſe uniuerſalem neq; ad ipſam indiuiduorum uarietatem referendã.

n Os iſtas rõnes aſtrologorũ nedum labefactare/ ſed exaugere ſtuduimus ne quid ſe defraudatos expoſtularẽt. primũ autẽ illud lectorẽ ſcire uolumus ẽt ſi rõnibus his cõcederentur nõ ꝓpterea ſeq ut aliqua poſſit eſſe aſtrologia qd' ſequẽtibus libris ĩnoteſcit. Sed adeo illis nõ cõcedimus/ ut ex iiſdẽ locis ualida cõtra eos argumẽta ſummamus: nã quod ad primã attinet rõnem ſimul atq; dixerũt aſtrologi/ motũ omnẽ inferiorẽ a cæli motu dependere/ ſtatim dogmati ſuo contradixerunt: cum inde illud ſequatur/ tritum apud philoſophos/ eſſe cælum uniuerſalem cauſam effectuũ inferioꝝ: cauſa autẽ uniuerſalis effectus nõ diſtinguit/ neq; cur hoc fiat/ aut illud quæritur ab ea/ ſed a proximis cauſis/ quæ uariæ & differentes ſunt pro effectuum differẽtia & uarietate. & cũ ex his alia aliud faciat/ uniuerſalis cauſa. cũ oĩbus oĩa facit. Quod

Conceſſis rõnibus aſtrologoꝝ nõ ſequi quod cõtendunt

Retorquet̃ prima ratio.

cū maniſeſte appareat ī rebus natura ſpēq; diuerſis/ mirū quō nō intelligāt multo magis idē credendū de uarietate indiuiduoꝝ/quæ quāto magis & ꝑticularis eſt & a materia plurimū trahēs originē/minus referri pōt in cām maxime & formalē & uniuerſalē: at qs non uidet cælū cū equo equū generare/cū leone leonē: nec eſſe ullā ſyderū poſitionē ſub qua de leone leo/de equo equus nō naſcat̄: Cur nō eadē rōne cū diuerſis parentibus diuerſos cælū pariet filios/licet eadē ſimiliue cōſtellatiōe. quod ipa expientia cōprobat̄/ cū interdū eadē hora natos/& ſub eadē inclinatiōe cæli/fortuna tamē/ingenio corpe diuerſiſſimos uideamus. Quo loco plagā aſtrologus uitare nō pōt. Solēt.n. cū ꝑtus geminoꝝ illis obiicit̄ ad nigidianā rotā cōfugere/in qua nō eſt bis eundū locū atramēto deſignare/ ſed & hic male ſe explicāt cū nō poſſint ipi tā rapidi momēti aſſequi differentiā/ex qua tñ ſit tāta ut uolūt differētia fati: quare dū efficiētiā cæli conātur defendere alios incidūt laqueos/ut de illa. ſ. efficiētia ſciam ſe habere nō poſſe iuiti cōfirmātur/tū nos & illis geminos nō obiicimus quoꝝ cū alter exeat poſt alterū quæ ītercedit morula/an ſulam eis ꝓbet aliqd reſpōdēdi. Sed natos ſimul eodē momēto ex diuerſis parētibus ītra eādē tū eiuſdē regiōis & latitudinē & lōgitudinē/de quoꝝ genitura idē thema cæli deſcribere/eadē ꝓnūtiare debet aſtrologus tā de his q̄ poſt natalē horā euenīet/q̄ quæ ītra matris etiā aluū illis cōtingerūt: ut ſicut eadem hora nati/ita eadē cōcepti ab illo exiſtimētur. De his inquā qd reſpōdebit aſtrologus: cū eadē. ſ. oīno cōſtellatio nō idē tamē utriuſq; fatū apparebit: An poterit aliud dicere niſi inſaniat/q̄ afflatus illos ſydereos uirtute & ꝑtāte uniuerſales a ꝓximis & ſecūdis cauſis determinari & diſtingui: Quod ſi eſt quō illi de oī indiuiduorū uarietate expoſita ſyderū hora genituræ reddituros ſe cām pollicet̄. q; hic niueus/ille niger/hic breui/ille ꝓcero corpe/hic tardo īgenio/ille ſolerti: hic oībus gratus/ ille moleſtus: hic ad philoſophiā/ille fatus ad marcaturā: hic diues: ille egenus: hic breuis uitæ/ille lōgæuus/q̄ tota ſub eadē ſpē uarietas indiuiduoꝝ lōge minus a cælo eſt/q̄ quæ ſub genere eodē diuerſitas ſpēꝝ ut nūc leo/nūc homo/nūc aſinus /nūc elephas patiat̄/quæ ſicuti oīa ſpecificā ꝓximarū cāꝝ differētiā cōſequūtur ita illa indiuidua uel ſeminū differentiā cōſequūtur ſi corporeas qualitates/uel ingenii educationis arbitrii/ ſi aīales/ uel facultates parentū/ꝓpriæ electionis/prudētiæ/occaſionū ſi fortuitas externaſq; cōſideremus.

Cap. IIII. Cælum qualiter motu agat & lumina & elemētoꝝ metheorologicorum mineralium uiuentiūq; uniuerſalis cauſa ſit.

q Vanto igit̄ cauſa uniuerſalis ꝑticularibus cauſis diuinior & eminētior tanto nos ſicuti uerius ita honorificētius de cælo ſentimus q̄ aſtrologi quæ rō uniuerſalis efficiētie quo magis illuceſcat tū qd efficiat cælū quid nō efficiat clarius explicet̄ altius exordiēdū de natura cæli dicere deq; eius actiōibus erga corpa inferiora. Cælum corpus naturale eſt oīum corpoꝝ naturaliū pfectiſſimū. Corpus naturale tā motus q̄ ſenſibilis q̄litas cōſequūtur/pfectiſſimo igit̄ corporū naturaliū pfectiſſimus quoq; motus & ſenſibiliū pfectiſſima congruūt nullus motus pfectior orbiculari/nulla qualitas pceptibilis ſēſu luce pfectior. Erūt igit̄ hæc cæleſtis corpis ꝓpria. Quare ī marceſſibili quoq; ſbā cælū q̄ñ motus eius & q̄litas cōtrariū nihil hēnt/ſed & qm̄ pfectiſſimū corpus primū quoq; loco. ſ. ſupmū eē debet cui primus ēt motus debeat̄. Eſt aūt qd̄ primū ī uno quoq; gñe cā reliquoꝝ ſub ea ſerie cōtētoꝝ/licet nō oīa eādē cāe hēant rōnē. Quare qd̄ primo motu mouet̄ reliq̄ mota mouet nec illo ceſſante cætera mouebnut̄

q; aerē ſic foueri ut futurus frigidior ſit ſi nullus oīo ſol/nullā aeris partē illuminet: ſed
hoc ip̄m ſi quicꝙ̃ eſt/ꝙ̃ ſit fere nihil oculi tactuſq; renunciabūt aſtrologi ſi quas ſibi ſom/
niauere uirtutes quibus tota terræ moles nihil obſtat ſaltē nec in ſomno ſic delirēt ut nō
concedāt has uirtutes īprimi nobis purius & efficatius cū per aerē tm̄ ambiētē nos effun/
dunt᷑/ꝙ̃ cum brutæ terræ dēſiſſima craſſitudo tota illis eſt ꝑforāda/quod qñ nō cōcedūt
quis eos defenderet ab inſania.putāt.n.ſyderū uires duodecimo loco qui ſupra finitorē
proximus oriēti ſe ſe tollēs una tm̄ manſione diſtat a ſummo torpidas & ceſſatrices & im
becillas:eaſdē in īmo terræ uigoris & efficaciæ plurimū habere:ſed eorū errores poſtea/
nūc tm̄ quid decerni debeat ex rōne tractamus:diximus de motu uniuerſali. Motu ꝓprio
planetæ nūc ad auſtrū feruunt᷑/nunc ad aquilonē/qđ & facere ſtellæ credunt᷑ hærentes:

An luna re/cipiat radi/os aliorum planetarum ſicut ſolis.

iunioꝝ ſnīæ:facit idē ſol nō ꝙ ab occupata ſemel orbita deflectat/ſed ꝙ illa obliqua /nūc
proximū eum nobis/nūc remotiorē reddit:ꝓximū in aquilone/remotū in meridie/unde
alia naſcit᷑ uarietas influēdi/ſi quidā maior efficatia radiis inclinātibus ad nos/minor ſe
cedētibus uerſus auſtrū p̄ter:hæc aut ſimilia his quecūq; cogitant᷑ in actiōe ſtellarū diuer
ſitas/uana ꝓrſus & irrationabilis:qualis apud aſtrologos ꝙ eandē ſtellā pro locis duo/
decim/ꝓ ſignis que p̄tercurrit/pro ſtellis uel hærētibus uel errātibus/quibus certa rōe co/
pulat᷑ interuallis quos aſpectus uocāt/affici aliter atq; aliter putāt:& diuerſiſſimas ad īflu
endū uires adipiſci/cōtra quē errorē totus ſe liber ſextus accinget hic tm̄ ꝑ initia capitis
huius auctoritatē illis ꝑipatheticorū obiiciemus negātiū in ſtellis mutationē aliā ꝗ̄ ſitus
preter ꝙ̃ in luna:nā ſi mutationē dūtaxat corruptricē & nocētē excludūt nō oportuit lu/
nam excludi qñ nec ipſa ſic mutat᷑ a ſole.ꝙ̃ꝙ̃ nec a noxiis/ut uidebimus/aſtrologi mu//
tationibus ſydera liberāt labefactātibus & ſi nō ſubſtantiā uires tñ eorū & facultates ſed
hæc poſtea:illud ambigat quis de luna recipiatne planetarū aliorū radios ſicut ſolis ap
paret.n.ꝓbabile ꝓpterea ꝙ ſua natura ſuſceptaculū potius incidētis lucis ꝙ̃ lucida ſed &
omniū infima uideat᷑ ad hoc minus potiſſimū eſſe ꝑata uerū nec maiorū auctoritas nec
ipſe ſenſus accedit ſi quidē coeunte luna cū ſole ſi tūc iouis aut martis radiis opponat᷑ un
de reddere nobis illorū lumen plenius debet nihil tñ habere radiorum & lucis agnoſcit᷑
tetigimus hāc queſtionē qm̄ ſi de cæteris quoq; lumē hauriret fierēt erga nos planetæ effi
catiores hac etiā ratiōe ꝙ lunæ copularent᷑/trāſmiſſa per eā ad nos uirtute que per ſe mi/
nus forſitā huc attingeret.ueꝝ ſi fieret hoc fieret aliter oīo ꝙ̃ aſtrologi putāputāt.n.eius

maxĩe ſyderis ad nos radios lunã traiicere cũ quo ſimul inuenit᷑. Ego uero quãto lõgius a ſydere luna digredit᷑ tãto plus luminis ſyderis eius cõicari nobis per eam non dubito: tanto minus quanto minus diſtant minimum aut certe nihil cum nihil diſtant moueor euidenti experientia ꝙ iuncta ſoli nec ſolis radios ad nos tranſmittit mole corporis eius maxime negotiũ faceſſente: quãto minus igit᷑ radios alioꝝ: & ſolaribus longe tenuiores & remotiores a luna: unde quantũ fallant᷑ qui fortunatã diẽ & geniturã credũt qua luna cum beneficis ſtellis cõgrediat᷑/infortunatã qua cũ malis cũ nõ aliud ſit illis cõgredi lunã q̃ illorum influxus ꝑ denſitudinẽ lunæ nobis intercipi: forſitan aũt & illud habet rõnem ut in permutãdis inferioribus habeat nõ nihil ꝓrogatiuæ planeta. matutinus ꝓpter eaq; exoriens ante ſolẽ ſibi uendicet aerẽ priuſq̃ a ſole totus occupet᷑. Sed hoc ſi quid eſt haud magnũ habere momẽtũ põt. Reſtat examinãdũ an ex mixtura radioꝝ noua uis coaleſcat effectrix operis noui qđ ſinguli ſeorſum radii nõ efficerent. Plotinus negãt hãc radiis accidere poſſe tempaturã ut coꝝ coalitu noua uirtus ſiue forma noua diſſultet: puto quoniã radii nõ corpora ſicut liquores/nec affixe corpibus qualitates. quatum more nec in corporibus ſuſcipiunt᷑ ut. ſ. uel inficiant᷑ inde uel ex habitu ſuo quoquomodo permutet᷑: Quo circa uериſimile ſit iſti philoſopho nõ uſu uenire radiis qđ plurimis qualitatibus/ut ex aliqua concretione ſiue mixtura in aliã formã ex omnibus coaleſcentẽ aliquando cõmuttent᷑: præſertim cũ hoc nõ ſine interritu cõfluẽtiũ ad idẽ ſimpliciũ particulariũ q; qualitatũ/ſoleat euenire: quẽ in radiis nõ facile qs cogitabit. ꝙ ſi demus aſtrologis radios cõmiſceri uel calores a radiis ꝓfluentes. illud aſſeueramus radios oẽs miſceri ſemp/nõ aũt quaſi eẽ aſymbolos q aliis per eos quos nunc uocant aſpectus minime fœderent᷑ quare mixtura præſentis horæ/momenti/anni/mẽſis/diei nõ uariat ab alterius tpis radio ſa mixtione præterq̃ his de cauſis qbus uariari ſyderũ actiones expoſuimus: ut ſit aliud. ſ. noctis: aliud diei tẽperamentũ: aliud recedentibus aſtris ad meridiẽ: aliud inclinantibus ad aquilonem: unde ſola caloris exoritur intenſio atq; remiſſio.

Cõiunctionẽ lunæ cũ ſyderibus iſortunatã potiuſq̃ fortunatã eẽ

An ex mixtõne radiorum noua uis coaleſcat

Plotinus

Caput XII Quæ effectuum uarietas in cælum redigi poſſit & quæ non.

c Ogitemes oĩum radiorũ mixtionẽ in aere/in ea eſt aliqd quaſi dixeris ſubſtãtiale/aliqd quaſi accidẽtale: ſubſtantiale eſt eẽ unũ lumẽ ſiue unũ calorẽ ex oĩbus cæli luminibus uel congregatũ uel reſultantẽ: & hoc quidẽ ꝑpetuũ & ĩmutabile eſt. Sed ꝙ hic quidẽ radius in eo nũc ſit intenſior/alius ſit remiſſior accidẽtale ẽ/mutatur ꝙ ſubinde ꝑ cæleſtiũ corpoꝝ iugi mutatione. Ratio diſtinctionis iſtius noſtræ facile patet. &. n. in cælo qđ ſcimus huius caloris eẽ principiũ/aliqđ ſubſtãtiale dici põt: ſicut ſubſtantialia dicimus eſſe quæ ſubſtãtiã rei cõſequunt᷑ inſepabiliter/talia ſunt ĩmarceſſibile corpus/& primũ oĩum corpoꝝ circularis figura/motus in orbẽ: & cũ ſuo calore lumẽ oĩa uegetãs: & ſiquidẽ ꝓprias habẽt ſydera ptãtes ſunt illæ ẽt uires ſydeꝝ ſubſtãtiales. Eſt aliquid rurſus in cælo & ſtellis ſicut uariabile/ita accidẽtale/ut in oĩbus aſtris ſola mutatio ſitus atq; in luna uiciſſitudo lucis. Quđ igit᷑ in mixtura ẽ radiorũ ſubãlia cæli cõſequẽs/dicimus ſubſtãtiale: qd accidẽtalia accidẽtale/ut cõplecti quidẽ ſaturniã ptãtẽ & iouiã & ſolarẽ cæteraſq; ſimiliter ſubſtãtialiter ſit in ea. ſed has habere intẽſores uel remiſſiores illas: ꝑ radioꝝ uarietate accidẽtaliter dicit᷑. Adiutus igit᷑ Socrates iſta uirtute ſupiori q̃ nõ eſt uirtus utiq; mutabilis alioquin ſemp nõ adeſſet agentibus oĩa cauſis ut adeſſe cõſpicit᷑ adiutus inq̃ ab ea generat hoĩem quatenus homo eſt: & hũc hoĩem quatenus hoc ſemine

In mixtione radioꝝ ẽ aliqd ſubſtãtiale & aliqd accidentale

Subſtãtialia in cælo

Accidentale

& ex hac materia generat:quare ad hãc effectus ſubſtãtialẽ cõditionẽ ſiue naturã ſiue ca/racterem indiuiduũ ſpectes indifferẽs quelibet cõſtellatio eſt:ꝙ uero ex cõſtellationis di/uerſitate/hoc eſt uario ſyderꝫ ſtatu habitudineqꝫ ad terrã plus minuſue caloris in aerem effundit᷑:& ꝓ alia radiorꝫ mixtura noua calidæ lucis ꝓportio menſuraqꝫ diſſultat hoc eſt ꝙ accidentale in cæleſtibus accidẽtalẽ quoqꝫ in effectis rebus facit diuerſitatẽ ut ſiquis di/cat in plenilunio fieri meliorẽ cõceptum & creſcente luna plus augeſcere fœtũ. & ſub tẽ/perato cæli ſtatu melius affici ſemina ꝓptereaqꝫ meliorẽ quoqꝫ ſobolẽ ꝓcreari hoc genus illa diuerſitas qua de cæleſtiũ uaria poſitiõe in ſubſtantiis generãdis eẽ põt:quã accidẽta lẽ dicimus & aduentitiã qm̃ ut declarauimus ipa ꝓpria ſubſtãtialiſqꝫ nota cõcepti fœtus de ſuo principio proximo ſubſtanſtialiqꝫ materia ſua depẽdet/tũ ad accidentales quoqꝫ proprietates plus accidẽtia ſeminis & materiæ faciunt:utpote cognatiora ꝓximiora inti/mioraqꝫ q̃ꝫ extrinſeca diſpoſitio aeris ambientis:id & experientia quotidie manifeſtat/ita ut ſi quis pro parentum ſeminibus filius non effingatur/& inde ducat ſuam ſimilitudinẽ

Ariſtoteles.

monſtris enumerandum dicat Ariſtoteles.Proinde nihil nobis obſtiterit uniuerſales tã/tum cauſas ſydera facientibus & effectus diſtinctionem quærentibus a cauſa ſecundaria/quod uaria ſyderum diſpoſitio pro mutationibus aeris corporum uel genitorum iam uel generandorum uariare diſpoſitionem aliquo modo poſſit/quando ut diximus hæc acce dens extrinſecus & generalis ualde mutatio eſt.Ea uero quæ pertinent ad ſubſtantiam ꝙ qualitates intimas magis & propius a ꝓpriis indubie trahit originẽ proptereaqꝫ de cælo prouideri nullo modo poteſt:& hoc quidem uerum in corporis rebus quæ perfecta ſub/ſtantia ſunt/quibus omnibus adſunt efficientes proximæ cauſæ: uel quod illis ꝓportiõe reſpondet ut in his quæ generant᷑ ex putrefactione & mixtis inanimatis de quibus in q̃r/tæ rationis ſolutione dicemus.Sed enim aeris mutationes ad calorẽ & frigus humorem/qꝫ & ſiccitatem nulla media cauſa facere cælum poteſt:quas ideo tamẽ uniuerſaliter facit quoniam ex ſe tantũ ſalubriter calefaciens facit cætera ex accidenti pro cõditione mate/riæ ſicut uno eodẽqꝫ calore dureſcit limus & cæra liqueſcit & ſub eodem ſole lintea dum lauant᷑ albeſcuut & lauantis interim facies denigratur:Cæterum quoniã hæc accidenta/lis mutatio eſt plurimũ in ea poteſt:id quod in cæleſti conſtellatione accidentale uoca/uimus:hoc eſt ſyderum poſitus & habitudo/unde uis radiorum intendit᷑ atqꝫ remittitur: ꝓptereaqꝫ plus minus in aerem calor inualeſcit.ſ.ob hoc ipſum pro uario ſolis flexu ua/riant quattuor anni tempora & oriens atqꝫ occidens:aſcendens atqꝫ deſcendens eaſdem fere facit in die quatuor mutationes.Sunt autem inter has primas corporum qualitates: & inanimata mixta medium quaſi locum ſortitæ metheorologicæ impreſſiones:quarum etiam efficiens cauſa cælum inferiora materia ſunt:unde plus earum diuerſitas q̃ corpo/rum pfectorum a cæleſti diſpoſitione dependet.Sic ut uere & autunno fere fiũt tonitrua/æſtate grandines/hyeme niues & pluuiæ minus autem q̃ abſolute ipe quatuor qualitates quandoquidem has facit radius in materiam lapſus ſua uirtute illæ mouentur quidẽ ra/dio:ſed de materia inferiore concreſcunt.Quapropter pro illius plurimum conditione uariantur ut in tractatu tertiæ rationis latius explicabimus.At perfectæ ſubſtãtiæ que nõ ſolum materiam ſed & propriam habent efficienrem cauſam quicquid (ut ſæpe idem re/petatur)ſubſtantiale propriumqꝫ ſortiuntur/a propriis habẽt cauſis cælo per immobilem ſuum influxum ut uniuerſali cauſa cooperãte/permutabilẽ uero,nõ nihil extrinſecam ali

quam generalemq; ualde mutationem faciente: de qua tamen aſtrologi dicere nihil etiã
poſſunt: quippe que nec a cauſis cæleſtibus quas finxerũt: nec ab hora natali: ſed ab aliis
principiis pendeat ut poſtea declarabimus: nam nunc quidem id tantum inueſtigamus.
quid efficiat. ſ. cælum quid non efficiat. Hæc igitur intelligens quæ diſſeruimus. Aurelius
Auguſti. non uſq;quaq; dixit abſurde putari poſſe ad ſolas corporum differentias afflatus
quoſdam ualere ſydereos nõ aſſeruit: ita eſſe non accuſauit aliter ſentientes: ſed eleuauit Auguſtinus.
culpam ſic opinantiũ eam nõ tam abſurdam opinionem q̃ nõ uſq;quaq; abſurdam eẽ ꝓ/
nuncians id quod tamen de quibus etiam corporum differentiis eſſet intelligendum ex/
plicaturus adiunxit: ſicut in ſolaribus acceſſibus & deceſſibus uidemus ipſius anni tẽpo/
ra uariari & lunaribus incrementis atq; decrementis augeri & minui quædam genera re/
rum: ſicut echinnos & chõcas & mirabiles æſtus oceeani. Hæc illius uerba in quibus ni/
hil uides annumeratum quod ad perſectæ alicuius ſubſtantiæ faciat generationem qua/
rum diuerſitates q̃ꝙ̃ maxime corporales ad ſtellas referri non debere: ſed proximas cau
ſas ſtatim admoniturus adiecit: quid tamen ad corpus q̃ꝙ corporis ſexus. & tamen ſub ea/
dem poſitione ſyderum diuerſi ſexus gemini concipi potuerũt. Hæc ibi paulo ante ſupra
confirmans eadem ſententiam probauerat Hyppocratem ex propriis & ſecundariis cau
ſis rationem reddentem ꝙ duo fratres ſimul ægrotarent ſimulq; conualeſcerent. Poſſi// Hyppocra/
donium uero non probauerat ad conſtellationis parilitatem id referentem acceptabi/ tem.
lior inquit multo coniectura medicinalis quoniam parentes ut erant corpore affecti Poſſidonius.
dum concumberent ita primordia conceptorum affici potuerunt ut conſecutis ex ma// Verba Aug.
terno corpore prioribus incrementis paris ualitudinis naſcerentur: deinde in una domo quinto de ci.
eiſdem alimentis nutriti/ubi aerem/& loci poſitionem/& uini aquarum plurimũ ualere dei.
ad corpus uel bene uel male accipiendum medicina teſtatur/eiſdem etiam exercitationi/
bus aſſuefacti/tam ſimilia corpora gererent/ut etiam ad ægrotãdum uno tempore eiſdẽ
cauſis ſimiliter mouerentur/ad conſtitutionem uero id cæli ſyderumue referre quando
concepti ſiue nati ſunt neſcio cuius ſit inſolentiæ: Hæc noſter Auguſtinus cuius ipſa uer/
ba prætexuimus. ꝙ multi id tantum ex eo intelligẽtes uſurpatũ ſæpius a noſtris/ non ab/
ſurde corporum differentias ad afflatus ſydereos pertinere/putant opinatum Auguſtinũ
omnem effectuum corporalium diuerſitatem eſſe a cælo/proindeq; de illis Auguſtino cõ
ſentiente aſtrologos poſſe uaticinari/parum memores nihil tam dici merito poſſe corpo
rale/q̃ꝙ corporis ipſius temperamentum: cuius tamẽ cauſis in cælo quærentes inſolentiæ
titulo taxantur ab Auguſtino.

Caput. XIII Solem multa operari quæ ab aliis ſtellis fieri aſtrologi putant.

p Rimam aſtrologorum argumentationem retorquẽtas in eos declarauimus lõ
ga digreſſione/ſed neceſſaria quid in nos ageret cælum & cæleſtium actio quõ
uariaretur ſiue ſtellas ipſas ſiue materiam ſuſcipientem cõſideremus. Vnde pa/
lam factum eſt eſſe cælum cauſam uniuerſalem nec effectuũ diſtinctionẽ preſertim prin/
cipalem ſubſtantialemq; inde eſſe petendam. Nunc ordinẽ conuenienti quaſi gradu fa/
cto per ea quæ diſputauimus ſecũdæ rationi ſoluendæ manus admoliemur: quoniam. ſ.
deprehendit̃ uariari diſpoſitiones inferioꝝ corporum ad ſolis & lunæ uarias ad nos ha
bitudines idem aliis de rebus & planetis contendebant eſſe credendum nã uices inquiũt
quatuor temporum ꝑ ſolares anfractus & oium corporum ſtatus cum ex illa uiciſſitudi/

ne/tum pro lunaribus incrementis decrementiſq; uariatur quid igit᷑.duo.ſ.ſunt quæ col/
ligi putant ex his:primum ut ſicut echinnos/cōchas/oceeanum /corporum humiditates
ad curricula lunæ uidemus īmutari/generaliterq; terrenā molem pro ſolis annua reuolu
tione pariter & diurna/ita de cæteris quoq; rebus aſſentiamur eas ſtellis cunctas ab illis
gubernari.Alterum ut manifeſta ſolis & lunæ poteſtas in permutanda ſublunari mate/
ria/cogat idem nos credere de radiis aliorum ſyderum/hoc eſt illis quoq; q̄q̄ occultiorē/
uim tamen ineſſe magnā in permutandis rebus & multipliciter afficiendis. Nos neutrum
colligi palam faciemus quin hæc ipſa quæ pro ſe afferunt/fauere potius aliter ſuſpicanti/
bus/ꝙ priuſq̄ fiat obſeruationū illarum oīum ex principiis iam cōſtitutis rationem red/
demus/ut pateat ſicut argumentis ita nec experimētis nos adduci de ſyderum efficientia
cæleſtiumq; uirtutū mutatione ſentire aliud q̄ ꝙ hactenus ipſa naturali ratiōe duce ꝑſcri
pſimus.Nec interim ceſſabo multas aſtrologorū fallacias/multa obiter eorum errata ſu/
gillare.Exordiamur igit᷑ ab operibus ſolis/uariat anni tēpora ſolis acceſſus atq; receſſus
hoc nos etiam iureiurando ſi oporteat aſſeuerabimus.At hoc ipſum zodiaci facit obliqui
tas nō natura ſignorū hoc eſt nō ideo flagrat ī leone ſol:quia ſignum leonis/aut ſolis do
mus/aut calidum ſignum/ut fabulantur aſtrologi:ſed ꝙ in eo ſol cōſtitutus & proximius
ad aerem noſtrum:& ꝑ ſeſquimēſem ꝓximior ante calefecerat.alioquin & in cancro fer/
uentiſſimus eſt cum nō ſit tamē/etiam apud eos/ſolis domus aut exaltatio cancer/ nec ſit
igneum ſignū/ſed aquaticū:ſic in ariete fere mundum inſtaurat floribus euocatis auctiſq;
ſeminibus:quia tūc primū rediens ad nos fœcundum cōmodumq; teporē corporibus in
ſpirat.Aſtrologorum uero fabulamētum eſt ſolis exaltationem arietem eſſe quaſi nō ad
alios populos idem in libra faciat arieti aduerſa:qđ apud nos facit in ariete.Dum.ſ.hinc
recedens accedit ad illos.Totius igitur uarietatis quæ cum tempore euenit ſola cauſa eſt
ſolis ad terras quas habitamus maior minorue diſtantia:unde plus minus ab eo caloris
participamus/hinc quoq; uere tonitrua fiunt:qa cum ꝑuenerit ſol ad arietē diſſoluit᷑ aeris
calore hyemalis humiditas:unde multa ad aerem ſurſum tollitur euaporatio:ſeges.ſ.nu
bium:unde tonitrua fulminaq; ꝓueniunt.ꝙ ſi aſtrologi quoq; intelligunt quæ iſta demū
uel ſomnolentia uel fallendi cupiditas.ut qua natura illius ſigni hoc eſt arietis operare/
tur/ arietem eſſe definiant ſignum ſuſcitans pluuias atq; tonitrua quare lunam quoq; in

Quare uere fiūt tonitrua

ariete tonitrua facere/nō dicerent ullo pacto ſi poſſent aut uellent animaduertere id non
pro ſigni eius uirtute/ſed ſolis ad ſignum id peruenientis actiōne cōtingere Pari fallacia
ſcriptum a Ptol.in libris apoteleſmaton lunam in ariete ſi facit morbum præcipue face/
re uitiliginē quā αλφουσ græci dicunt uulgo morpheam:in cancro mentagrā quā lichēas
græci uulgo impetigines:in libra lepram in capricorno lentigines:tractum enim hoc ab
aeris ſtatu quando per illa ſigna ſol defert᷑:hoc eſt a ueris qualitate quo tempore ſol eſt
in ariete.Aeſtatis cum eſt in cancro autumni cum libram/ hyemis cum percurrit ſignum
capricorni:ſiquidem conditionibus horum temporum illa morborum genera quadrāt.
Veri uitiligo quæ facile tunc inuadat occupetq; ſuppremam cutem ob humores capotiſ/
ſimum anni parte redundantes æſtati mentagrā quæ de ſicciore materia accutioreq; pro
uenit.Autumno lepra ſiquidem atræ bilis infectio exiſtimat᷑ lentigines hyemi quæ de fri
gidioribus ſuperantiis humidioribuſq; generantur.Extrema igit᷑ tarditas quod a ſole fit
aerem magis uel minus calefaciente pro uarietate ſui ſitus: adſcribere ſignis ſub quibus

per ea tempora ſol defertur. Aut ſi hoc intelligunt quaſi tamen non intelligerent putare alios quoq; planetas in hiſdem ſignis eadē opari: cōcludamus ſtatā in temporibus anni/ diuerſitatem non aliunde q̄ a ſolis occaſu receſſuq; fieri pro obliquitate ſignifieri ꝙ ſi nec æſtates æquæ feruent omnes nec hyemes rigent pro materiæ poteſt diſpoſitione contin/ gere quæ momentū habet in aere maximū teſtimonium ſenſus & Ptolomæi: nec eam ad cælum referre neceſſe eſt/preterq̄ uelut ad uniuerſalem cauſam omnis rei corporæ ut ex metheorologicis Ariſtotelis libris intelligere licet: ſic ꝙ in eadem æſtate ſit aliis diebus calor intentior aliis hebetior: nec hoc ipſa tamen exigat poſitura ſolis. mutatio facit in/ ferior uel excitatus. ſ. uentus alicubi / uel inundatio pluuiæ: uel hoc genere quodpiam aliud quod a nobis procul ita fieri poteſt/ut cauſam ipſi non uideamus cuius uim cum effectu ad noſtrum uſq; cælum reddundantem nihilominus experiamur. Quod ſi pla/ netæ ſunt aliis alii calidiores: & quicunq; minus calent poſſunt ex accidenti diſſolutis hu moribus nec aſſumptis pluuias generare nebuliſq; pretexere cælum: unde deficit calor i/ tenditur frigus/contra qui feruentiores ad ſiccitatem caloreq; conducere nō abeſt a prin cipiis noſtris ut ad aeris mutationem uarii ſyderis dominatus aliquid faciat: modo non alium hic dominatum intelligamus q̄ ut nobis proximior aut radiis rectioribus nos illu minat. Verum quoniam ſi quid peruenit ad nos a ſtellis ſuperioribus id omnino perte/ nue eſſe ſuſpicamur: preſertim quod ad ſenſibiles iſtas pertinet qualitates: tum cauſæ tē/ peſtatum ſi quærantur in cælo plerunq; non inueniuntur: ſiue de ſtellis ex aſtrologorum ſæntentia ſiue philoſophorum/ut definiuimus ſentiamus. Videtur hoc totum quod actio nibus luminarium detrahit & adiungit/ad materiam potius eſſe referēdum/ipſa uero lu minaria alterum ſolo ſitu/alterum etiam permutata luce permutat neutrum pro ſignorū natura quæ percurrunt pro locis quibus inſident pro planetis quibus configurantur ut ꝑ conſequentia manifeſtabitur: quare quod mare perſicum ſole uirginem ingrediente flu/ ctibus agitetur & æſtuet/precipue uero cum peruenit ad ſagittariū: rurſus placidum ſit & nauigabile ſole ad piſces delato/& preſertim ad geminos/contra indicum ſub uirgine & ſagittario tranquillum ſub piſcibus & geminis nauigabile ſit/nō de qualitate ſignorum ſed de ſitu ſolis conditioneq; materiæ prouenit. quod aſtrologi quoq; confitent̄/proinde utilis fuerit nec ſuperſtitioſa nauticis obſeruatio horum temporum habita maris ratio/ ne quod nauigant a quibus etiam obſeruati dies quibus abſtinendum nauigatione pre/ dicant: ſi quam habent a cælo cauſam/aliunde habere q̄ a ſole non poſſunt: quoniā ſta/ ta de illis & ꝑpetua obſeruatio eſt quare ad ſolem tantum referri poteſt: cuius iiſdem tē/ poribus eadem fere omnino ſemper eſt habitudo: ad alias conſtellationes nullo modo quæ nunq̄ eadem iiſdem corporibus inueniūtur: uerbi gratia: ſuſpecti dies nauticis ſem/ per Martii primus. vii. xv. xvii. xix. &. xxv. Aprilis ſex. quītus. vi. xii. xx: Februarii ſextus. xii. xv. xvii. xix. xx. hac illi inuariabili obſeruatione ſemper utuntur aiuntq; per hos dies ma/ gnas maris plerunq; fieri mutationes uel ad trāquilitatem uel ad tempeſtatem quare du bii cum ſint euentus/ſecurius agent qui abſtinent/ne forte in malum mutatio eueniat.

Quare non æſtates æque calidæ

Nauticis que utilis nō ſuperſtitioſa tēporum obſeruatio.

¶ Hoc igit̄ ad ſyderum poſituras quas aſtrologi notant obſeruariq; precipiunt redigi nō poteſt/cū per eaſdē anni partes illæ ſimiles non reddeant/ſed diſſimilime: quia illos ip/ ſos dies gubernatoribus ſemper ſuſpectos interdum innocuos nauigationi fœliciſſimoſ/ q; pronunciabit aſtrologus: & quos illi nō multum cauent periculoſiſſimos/ut eam horā

uario ſtatu ſolis atq; planetarũ mixta ſe illi agmina repreſentabunt. Quapropter nau/ tã huiuſmodi regulas uti ſuis principiis inimiciſſimas nõ probabit. quæ cum diutina ex/ perientia & ſublimis artis uſu quotidie comprobentur aſtrologorũ uanitatis fidem locu/ pletiſſimã faciunt: poſſunt aut duplicem habere cauſam alteram a ſole. alteram ab aqua: ut ſicuti noſtri corporis humores ſuos habent periodos quibus mouentur/ita habeat ſu/ os oceanus: a ſole quoniã ſecundũ ſui ad nos acceſſus receſſuſue momẽta & maris & cor porum omnium immutare diſpoſitionem euidenti fide cognoſcitur illud autem admo/ nendũ eſſe lectorem oportet hanc temporũ uarietatem ab his qui rem ruſticam & nauti/ cam ſcribunt per occaſum & ortũ ſtellarum fixarũ denotari ut arcturi uergiliarũ/ hyadũ cæterarũq; ſimiliter: nõ ꝙ ipſe ſint quarũ influxus caueãt uel expetunt. alioquin nec aſtro logi hoc dicerent qui per ſe illas preſertim niſi cardines teneant/eſſe uolunt inefficaces/ ſed ut magiſtris illarum artiũ illi teratis in doctiſq; uiſibile ſignũ ſit quo tempus illud di gnoſcatᷣ quod neq; perpetuũ ſimul & cõſpicuũ inuenire melius q̃ in emerſu occaſuq; ſtel larũ uiderentᷣ. Poſtea neq; quod apud rude uulgus plus auctoritatis & obſeruantiæ cõci/ liaret: qđ ſcribitᷣ a medicis ægritudines hyemales æſtate ſolui/æſtiualas hyeme/ iterdum & quæ hyeme inuadunt uere: quæ ue uere decedere ſub autũnum: & quæ deniq; quocun/ ꝙ anni tẽpore fiunt diuerſo terminari: qm̃. ſ. horum tempororũ qualitas diuerſa pro ſolis ad terras uicinitate atq; diſtantia. Quod aũt de luna dicunt ſub criſimis diebus id uanũ & irrationale. ſed hoc poſtea cũ de luna dicemus. Ab eiſdem ſolis progreſſionibus eſt af/ fectio uaria reꝝ cũ expertiũ uitæ/tum inuentium oĩum ſub inclinationibus cæli diuerſis: quod nõ omnes eadem terræ ferãt/& populorum mores habitudoq; corporum uaria ſit in regionibus uariis: nec preter ſolem alias opinari conſtellatiões/alia ſigna/alioſue pla netas quibus illa loca ſubiaceant nos oportet/fertur ſol ſemp inter cancrum & capricor/ num. Quare quicũq; inter circulum æquidialem & æſtiuale ſolſtitium habitant calidiſ/ ſimã neceſſario habitãt regionẽ. qui uero ſub aquilone poſitu ſunt cũ a ſole plurimũ ab/ ſint/frigidiſſimã/medii iter hos tẽperatam. Et quoniã dextra cæli pars oriẽs eſt efficatior ibi uirtus ſolis q̃ in occidentali/hinc reddi ratio oĩum poteſt quantũ pertinet ad cæleſtem cãm quæ de rerum ꝓprietate feruntᷣ. Nam gẽmæ aromata quæq; talia hoc genus plus cæ leſtis caloris deſiderãt/ad orientẽ auſtrumq; producuntᷣ/paríterq; leones & tygrides ele/ phantes iiſdem terris feruntur & quæ alia calorem exigũt aĩalia potentẽ: ut generentur/ ut uiuant/& in ſuo uigore permaneant/ſolus homo ubiq; terrarum naſcitur & ſeruatᷣ ob amplam naturæ ſuæ ſub multiformi habitu latitudinẽ/ſub qua homo ut differret ab ho/ mine ui ſpecifice differentiæ uanam dederit tamen aliquibus etiam philoſophis ſuſpitio nem. Qui igitur meridianam incolunt partem quanto calidiorem aerem ſpirant tanto ſunt intus frigidiores quare timidi ſunt/effœminati/& quod antiqua hodiernaq; experiẽ tia probatur nati ad ſeruiendum. Fiũt autem hæc quia calor immodicus ita corpora cla/ xat: ut caloris inteſtini maximam partem euocet atq; abſumat: unde ad ſumma corporis eductus penatraliaq; deſerens in cute nigredinem/in corde relinquit timiditatem. Con/ tra/qui ſub frigido cælo degunt boreã uerſus animoſi fortes & candidi/ ratione contra/ ria. Vtraq; uero gens ſiue quæ plurimum eſt ſub ſole: ſiue quæ longius dimouetᷣ ab eo pã rum humani habet: & parum ſociabilis eſt ob caloris & frigoris exuperantia: per quam a mediocri recedit temperamento/in quo noſtra natura potiſſimum ſita eſt. Sed & utraq;

Duplex põt eſſe cã mali/ tie illoꝝ die rum

Hõ ubiq; na ſcitur

Merediona/ les

Boreales

gens immanis & agreſtis cum ob eam quam diximus cõmunem cauſam: tum altera qui
dem quia ferox/altera quia meticuloſa. Non igit̃ quod aſtrologi græci fabulant̃ quia ex
tremis climatibus noxii planetæ ſaturnus marſq; dominant̃: ideo populi illi ĩmaniores:
nec quia meridianis ſaturnus: ideo timidi & uitæ breuis: quia uero mars aquilonaribus/
ideo bellicoſiores. Figmentũ hoc in quo nec cæteri concordant aſtrologi qui nõ preſici/
unt martem aquilonaribus: ſed lunam. Nos nec marte utentes neq; luna propriam ex ſo
le reddimus rationẽ conditionum utriuſq; gentis: quam præter aliam ſomniare ſibi/nu/
galis potius eſt ꝙ̃ philoſophi. Dominat̃ ut dicunt etiam ſaturnus in india: & tamen ibi
longeui ſunt: cur igitur breuiæui meridionales ob ſaturni frigiditatem exuberantẽ: cur ti
midi. nã & ibi gignunt̃ ferociſſima bruta/licet omnia tamen in ſeptentrione ſcribit Ari
ſtoteles eſſe uiriliora: ſed humana mediocritas extrema ægerime patit̃ & qua ratiõe uen
tres hyeme calidiores ꝙ̃ in æſtate/ita illi ſub nimio ardore intus frigeſcunt/uixq; exacto
uitæ anno trigeſimo ſenectute conficiunt̃ ut narrat Auicenna. Aquilonares ſub gelida ſe
de penitiſſime feruent in principibus membris concluſo calore multoq; ſanguine & groſ
ſiore/tanto auſtralibus robuſtiores/quãto illi ſpirituũ ſanguiniſq; ſubtilitate ingenioſio/
res euadunt mediæ nationes nec inopia ſanguinis/nec craſſitudine hebetes ſicut pruden
tiores & ſapientiores ita facti ad principãdũ & ut ſic dixerim magis homines ſunt. Hæc
de caleſti circulatione generalis uarietas incolarũ terræ cui peculiares admodum multæ
ex ſublunari diſpoſitione terrarũ aeris & aquæ dum alia ſcilicet uel paludibus in uia uel
ſtagnantibus aquis regio ſemimarcida nebularũ identidem caliginoſis noctibus obſidet̃
alila uentis peruia aſperitatibus uel editior montibus. Tenui iam te his plus ꝙ̃ oporteat
tranſeunt hæc a terris ad aerẽ & habet ipſe aer ex ſe ſuas proprietates alias ſcilicet alíis lo
cis ut Panetius ait nõ de cælo petitas/ſed de ſuis principiis habuit/& ſuas: quæ quidẽ diſ
crimi a in afficiendis corporibus plus minus aere poſſint in ambiguo eſt permutare hæc
habitatores ipſis ſtati ſuis afflatibus patet per ea quibus ueſcunt̃/quæ pro ſola aquarũ ae
riſq; conditione uel noxia uel ſalutaria fieri nemo eſt qui neſciat: hinc prima ob cæleſtem
a ſole impreſſionem corporũ eſt diuerſitas quã alia ſtatim de uictus ratione conſequitur
At ingeniorũ morumq; uarietas & a corporis habitu pendet/& ab ea educatione aſſuetu
dinis fundamento/quæ naturæ uiribus ꝓximat. Accedunt leges quibus in ea re plurimũ
eſt momenti adeo ut feras nationes mãſuetiſſimas reddere ſi rite ferant̃/& contra fortiſſi
mas eneruare & ex optimis reddere malas ſi ſunt malæ facilime poſſunt/unde arbitrii li
bertas contra omnẽ naturæ neceſſitatem euidentiſſime declarat̃: Infames olim galli fue
re amoribus puerorum/ſi Ptolemæo etiã credimus & Ariſtoteli/quod ita nunc ſcelus be
neficio chriſtianæ legis & ſanctiſſimi principis Ludouici regis exorrent ut ſub cælo nul/
la natio magis. Nec tamen oportet unius populi niti exemplis/cum orbis fere totius/euã
gelica predicatio/mores/& inſtituta mutauerit/quæ a primis fuerant edita. Poteſt au//
tem ad artes magiſteriaquæ capeſcenda regionis qualitas multum quã quis ſcilicet pri/
mum ſortiatur ut uel mercaturæ nauigationiq; ſe dedat opportuna mari ciuitate: uel lit/
teris accademiæ proxima: uel militiæ ſi in feſtis finitimis/aut ciuilibus intus factionibus
agitetur: Sunt quos fertilitas copiaquæ deſides homines & uoluptarios facit exiguitas at
quæ ſterilitas laborioſos induſtrios diligentes: uerum enim uero dicet aliquis forte aſtro
logoꝝ nos hæc nõ negamus ſed aſſerimus tecũ ac ꝑdicamus: uerũ eſſe ꝑterea locis alias ꝑ

Error aſtro/
logorum
græcorum.

Panetius

Vnde inge/
niorũ & mo
rum uarie/
tas.

Exemplum.

Qualitas
regionis mľ
tum facit ad
artes capien
das.

Reſponſio
aſtrologorũ

prietates/ex uidelicet priuatis influxibus peculiariq; conſtellatione contendimus pro tri/gono:pro planeta:pro ſigno cui regio ſubeſt:pro cæli diſpoſitione ſub qua ciuitatis iacta fundamenta/ſub qua eius imperiũ/aut rex/aut tyrannus inuaſit. Vera igitur ut ſint que tu dicis non ſequitur ut uera quoq; noſtra eſſe non poſſint:Sed nec ego ex his quæ comme/moraui egregiſſimi diuinatores illud confici puto ut non poſſint eſſe quæ fingitis: ſed ut intelligamus ita plene per ea quæ diximus cauſam reddi poſſe omnifariæ diuerſitatis & locorũ & gentiũ/ut querere alias cauſas minime neceſſariũ ſit. Nam quas uos ſupra aſtrologi introduxiſtis & falſas & fabuloſas eſſe ſequentia demonſtrabũt: uerũ diſputantibus nobis aduerſus ea ad quæ populorũ regionumq; ipſi diuerſitatẽ refertis futurum erat ut quæreret aliquis quæ nam igiť eſſet cauſa tantæ uarietatis/pinde prius ꝙ falſas euertere/mus ueras demonſtraſſe cauſas oportuit ut hinc illa ueſtra nõ neceſſaria intelligant᷑ que poſtea ut ficta & impoſſibilia redarguenť. Sic nec cæli illum uiuificũ calorem de quo ſu/pra tam multa diſeruimus: nec ſolis efficatiã ideo introduximus ut ueſtra conuelleremus nec illud item ex ſyderũ ad nos diſtantia propinquitateq; radios intendi atq; remitti. Sed priuſꝗ cõmentitias ueſtras nugas refelleremus oſtẽderemuſq; abſurdiſſime mutationem pro locis ſignis aſpectibus ſydereæ poteſtatis: a uobis fingi notum facere uolui. quicquid cæli uis efficit in nobis auctoritate philoſophorũ/teſtimonio ſenſus iudicioq; ratiõis id totum per cõmunem influxũ luminis ſaluberrime calidi de perpetuo moto corpore iugiter emanantis fieri ſufficientiſſime poſſe. Quare alias fingere uirtutes ſeu ſtellares influxus ad corpora eſſe ſuperfluum poſt quæ deinde facilius declarareť quas uos finxiſtis credere non iam ſuperfluum eſſe ſed inſanum:

Caput. XIIII. Lunæ uis quomodo uarietur: & dies quoſdam lunæ citra ſuperſti/tionẽ obſeruari.

Opinio Ptolemæi de o/perationib; lunæ.

Oſtendimus ex operibus ſolis aſtrologorũ dogmata non neceſſario probari Idem de operibus lunæ faciendum: Ptolemæus in apoteleſmatis lunã dicit ab interlunio quouſq; diuidua ſit humiditatis ãplius effectiuã eſſe inde ad plenitudinem uſq; caloris: a plenitudine ſiccitatis donec item ſit diuidua. tum ad coitum uſq;. frigiditatis. ita illã in prima orbis ſui quadra ueris & aeris in ſecũda æſtatis & ignis: in tertia autũni terræq;: in quarta hyemis atq; aquæ naturã habere: & horũ qualitates tẽ/porũ in corporibus tunc maxime excitare. Per bella magis iſta diuiſio/ꝙ naturalis & ue/ra: quando quidẽ caloris iſta conditio/ut cum eſt debilis/humiditatẽ nec moueat: ut qui ſcilicet uix ſentiatur cum efficaciæ non nihil habet/ſoluere adoriať ſoluatq; diffuſius quo potentior eſt niſi eatenus inualeſcat: ut ꝙ fluere facit humiditatem/abſumat: nam exſicat tum ille non humectat. At lunæ calor ut pote ualde tenuis/haud ita unquam intenditur/ut exſiccet: ſed intra fines eos excreſcit/quibus humefacit corpora calore/nõ arefacit: quo fit ut quo plus luminis habet luna plus efficiat humiditatis ueluti & plus caloris: inuicẽ ſicut lumine deſtituiť/ita pariter & humefacit minus: & calefacit. potius ergo uens natu/ram qualitatemq; ſequetur a primo quadrangulo ad pleniluniũ: ꝙ ab interlunio ad quadrangulum ipſum primum ſiquidẽ ueris natura humida definiť: nec poteſt a ſecũdo quadrangulo ad coitum hyemẽ repreſentare: atumnũ a plenilunio ad ipſum quadrangulũ ſi quidẽ autumnus ſiccus/hyems humida eſt: luna uero poſtꝙ fuerit plena donec ſemiplena eſt humefacit: & inde ad coitũ uſq; deſiccat/ut ſcilicet eius humectatione ceſſante: qua

Confutatio.

re tum etiam duratura ligna ceduntur: Multo igitur rectius ipſe Ptolemæus in lib. centũ enunciatorum dixit a primo lunæ quadrangulo (ex quo ſcilicet a congreſſu ſolis abſceſſit fluere corporum humiditates ad ſecundum uſq; quadrangulum in reliquis uero temporibus decreſcere. Quod quidem præter rationem quam diximus ipſa quoquæ experimenta teſtantur: nam creſcente luna humidi fit acceſſio decreſcente fit imminutio. quia nõ lucis tantum hoc qualitas ſed motus eius quoquæ ad augmentum uel decrementum/operatur: quo circa/cum ſole digreſſa incipit exoriri donec media illuminetur/plus humefarit calefacitq;: ꝙ cum tantumdem poſſidens luminis ſecunda dichotoma tendit ad congreſſum: quare ſcilicet illic lumẽ augeſcit/hic deficit. hæc eſt tota lunaris aſtrologia: a medicis: ab agricolis: a nautis utiliter & naturaliter obſeruata Nam in uniuerſum quidẽ plãtationi commodum exiſtimauerunt tempus adoleſcentis lunæ/ꝙ largiore ſemina humore cibata/ipſa quoquæ uelocius adoleſcant: decreſcentis uero cedendæ materiæ quoniam tum omnis materia ſiccior atquæ attenuatior eſt quare non tam facile marcet carieq; cõficitur. Contra ſi qua tollitur luna lumine aucta quare tunc humor exuberat/facile putreſcit atq; corrumpitur. Qua propter iure laudat Heſiodus nonam lunæ diem arboribus conſerendis ſicut & decimam tertiam. quoniã ut ait Plutarchus inſitas uis radicibus pleniore iam lumine ſpargitur: eandem incommodam ſeminibus iaciẽdis/facit quod iactũ ſemen pluuias magis deſideret ut computreſcat & germinet. Porro decimam ſextam negat idoneam plantationi quia deficiens lumen gemmina ſatis non euocet. quare qđ Virgillius dixit ſeptima poſt decimam fœlix & ponere uites & quæ ſequuntur: haudita poſſit intelligi ut decimam ſeptimam diem ſignificet: nam hæc uitibus ponendis minime fœlix lumine deminuto. Sed aut primam ſeptimam quæ ſit poſt decimam meliorem ideſt decimam quartam iudicauit/qua & plena luna non infœliciter uites ponuntur: aut quod rationi conſonat magis duos dies laudauit ſeptimam & decimã/ſed decimam magis: quare poſt decimam inquit ſeptima fœlix eſt. Sic enim ſe res habet. Si quidem die ſeptima luna diuidua ſatis caloris humorumq; radicibus plantarum ſuppeditat: ſed idẽ facit uberiuſquæ dies decima. Omnino decima ſeptima preterꝗ imperite & falſo/ denotari non potuit: cum ſit illa non ponendis arboribus ſed cedendis magis idonea quod Heſiodus quoquæ tradit/ob eam ſcilicet quam diximus cauſam humidi decreſcentis. Quare tunc ædificandis nauibus ligna parantur quas oportet perennare diutius. Quod autem tunc quoquæ comportari fruges in aream iubet græcus poeta/hanc habet rationem: ut ſcribit Proclus/ꝙ ſoleant poſt plenilunium uenti ſuſcitari quibus a grano palea ipſa / glumaq; diſcriminetur. Sicut autem in his diebus operum cauſa & ratio facile cognoſcitur: ita poſſunt alii lunæ dies certis operibus eſſe commodiores/ratione non ita manifeſta: licet de naturalibus illis quoquæ quæ diximus principiis orta. Si quidem tanti luminis portio cũ re aliqua conſonare poteſt congrua portione/quæ diſſonabit ab alia: quo forſitã generæ illa ſunt quot caſtrari Heſiodus ſexta luna præcipit agnos: octaua boues & ſues. duodecima mulos ſextam & decimam ſextam maribus gignendis oportuniorem ꝗ fœminis: decimam uero fœminis: uerum magis caſtrari uitulos attumno luna decreſcente iubet / ratione nota: quare emaſculandis metuunt fluxus humiditatum/propterea & ſiccum tempus / & ſiccam lunam deſiderat. qua de cauſa caſtratum prohibent etiam multa potionæ: ſic euidens: ratio cur ſextam & decimam ſextam maribus gignendis:

Ptolemæus: in libro centum enunciatorum.

Experimẽta.

Cur creſcentis lunæ tempus plantationi commodum.

Cur decreſcẽtis materiæ cedendæ

Verificatio quorundam dictorum Heſiodi

Plutarchus

Declaratio cuiuſdam loci Virgillii

Proclus

oportuniorem ꝙ fœminis dicat Heſiodus: fœminis uero decimam quartam: quoniã ut eſt ſæpius repetitum a nobis: creſcit humor cum lumine. quare plena luna ſtillabunt excrementa generationis humidiora/unde proles fœminea magis ꝙ maſcula. Ad hũc modum alia rediges ad naturales cauſas ab Heſiodo tradita. qui tamen non nulla licet admodum pauca/miſcet ex uetere ſuperſtitiõe: ſed nihil uſquam quod aſtrologis faueat gubernatores. Item ex his uicibus aduenticii luminis in luna dies multos citra ſuperſtitiõem obſeruare utiliter poſſunt: quãdo plurimum poteſt illa uariatio lucis in aeris habitu permutando: quare prudenter in nouilunio & plenilunio nauigationibus abſtinent: quando per hæc ſolent tempora tempeſtates plerunquæ ſuſcitari. Ipſi quoquæ medici recte cõſulunt ægris dies obſeruantes in auctu crementoquæ lunæ ne fluentes plus minus eos lateãt humiditates/in affecto præſertim corpore/quod propria ui deſtitutũ: magis ſit oportunum iniuriæ peregrinæ. Nam gratia exempli adoleſcente luna uenam incidere Contra uentoſa re deficiente potiuſquam adoleſcente: rationem forte habebit. cum inciſio uenæ expellat uentoſa atrahat. Quaræ ebulientibus expanſiſquæ ad extrema corporis per initia menſis humoribus plus forte ꝙ oporteat attractæ materiæ educeretᷣ: niſi quis dicat artis opera ſemper eſſe fœliciora quæ cum naturæ progreſſione concordent. Sed hæc medicorum iudicio relinquantur. quæcunquæ uero præter hæc obſeruauerint ea uanitatem habent manifeſtam. ut ſequentibus patefiet.

Nautæ

Medici

## Caput .XV. Aeſtus maris in aliam cauſam ꝙ in lunam referri poſſe in quãtam & ſi referantur nihil inde iuuari aſtrologiam.

Opinio ſaracenorum ex mente Adelandi

d

E fluxu maris atquæ refluxu multiplex quæſtio eſt cum omnibus uideatur hoc a luna procedere Adelandus ex opinione ſaracenorum cauſam acceſſus maris atquæ receſſus hanc & narrat & probat. Nam cũ ipſa inquit maris ſibi brachia puta quæ interiecta terræ dirimit moles/obuiare atquæ confluere impetu concito properent: ſit tum montibus interpoſitis tum ipſius terræ ſitu: ut ab eodem curſu/dum deficiunt referantur utquæ inde quo & paternus ac naturalis impellit motus: loci ipſius poſitu reuocentur. Luna uero in cauſa non eſt: alioquin eueniret hoc idem in maribus torridæ zonæ uicinioribus: cum nec magis abſint a luna: ut quamobrẽ illius uim non perſentiant: nec humide minus undæ natura putantur: & tamen nulla ibi reciprocatio: quare ſcilicet deeſt cauſa quam diximus concurrentium partium/mole terrenı ſitus hiantium. Hæc illius ſententia non magnopere abhorrens a ſimilitudine ueri: quando naturali propenſione feruntur elementi cuiuſquæ partes ad ſuam integritatem. Quid igitur mirum. ſi diſcluſæ loco terris interiacentibus partes occeani/dum concurre rę geſtiunt/littora feriant accedentes: & obiectu repulſæ pariter retrocedant: qua cauſa ſublata (quod in auſtrali pelago euenit) uidemus hos hæſtus non apparere. Ita quiſpiam dixerit hunc accedendi recedendiquæ modum naturalem eſſe aquæ non quatenus aqua eſt: ſed quatenus ptes habet elementi principalis/obiectu molis terrenæ direptas & ſeparatas. Quæ rõ ſi cui nõ ſatiſfacit/audiat aliã: confitẽtur aſtrologi nõ euenire tales recurſus in omnibus aquis/ẽt marinis: ſed in his tm̃ quarũ terra profunda dura/motibus crebris aſpera/& inæqualis: aq̃ uero multa: quæ nec adiectu fluminũ creſcit: nec digreſſu demi

Alia opinio.

nuitur:ſed diuturnam ibi traxerit ſedem denſitudine ſpiſſa. Quo circa conceptaculũ ſi/
at(alumnaquæ uaporum multorum/nec tenuium:nec facile difflabilium:qui de ſuis pa/
rentibus/hoc eſt aquoſa terra aqua terroſa:deq; cæli calore/inducũt amaritiẽ illã notam
atquæ ſalſuginem:has quoniã conditiones/& fontes:& aflumina:ſed & maria quædam
nõ habent:ideo in illis dicũt hos æſtus nõ apparere. Poterit autem cuipiam hinc appare
re ſatis aperta & ſufficiens cauſa/marinæ reciprocationis:ſiquidẽ de tali terra & aqua ua/
pores identidem quales diximus/uentiquæ ſuſcitant:unde in aqua fit uentus atquæ tu//
multus:præſertim ꝙ ex motu impulſuquæ iſto:& uaporum admixtione/caleſcit quare lo
cum quærit ampliorem quo ſe diffundat. Accedit quaſi tertia cauſa motus/reflexio uento/
rum uellicantium aquæ ſumma ad infernas illius partes:qui ſpirantibus inde uentis im/
plicati:proruunt aquas in ſuperna conati: tum aquæ neceſſario dum cruciant/ abundãt
tumeſcuntquæ & reiecte pariter/& pulſæ: Reuolutæ propriam faciunt acceſſionem. Rur/
ſus ubi uis illa diſſolutis uaporibus conflammeſcit:ſubſidunt atquæ ſternuntur:& in an/
guſtiis ſe contrahentes/ab occupatis locis abſcendunt:quæ uaporũ uentorumquæ ge//
neratio/pro natura maris:ſicut perpetua ferme eſſe perpetuaquæ diſſolutio:uidetur iugis
reciprocationis cauſa ſufficiens. Vnde redit frigida quæ prius tepens aduenerat:quod ſi/
gnificat nobis Adelandus. Et poſſunt quidem tuentes iſtam opinionem rationem redde Aboaſar.
re:cur maiora quædam maria non reciprocent:licet adſint: & uenti & halatus: fit enim
etiam illis idem ſane effectus. ſed pelagi uaſtitas littorumquæ ſummotio ſpeciẽ tollit ac/
ceſſus atquæ receſſus:ut id potius uideatur benedictum:aquas uideri hoc:ꝙ alternantes:
hoc eſt fluctuantem potius æſtum ꝙ reciprocantem. Quæ ſi rationi conſonant naturali
ſi conſonant experimentis:cur parum probabilia iudicari debent:aut cur neceſſariũ præ/
ter has cauſas addere lunæ motum/ſecum aquas:deorſum etiam in ſublime trahentem:
præſertim cum non illa reſpondeant/ quæ reſpondere ſit neceſſe:ut cum aucta lumine lu/
na:cum uelocior curſu:cum propinquior terræ:cum declinans ad aquilonem a uia ſolis:
cum in ſignis aquilonaribus poſita:tunc uberiores fiant acceſſus. Contra tenuiores cum Alia opinio
ſe aliter habet ꝙ dicebamus Porro non uidetur qd ita ſentientibus obiici poſſit ꝑter ipã Alpetragii.
aquarum tam in aſcenſu ꝙ in deſcenſu cum luna concordiam: Quaæ(ſi uerum quod ſa
tetur Aboaſar)neſcio quo pacto uel ipſa ſatis obiici poſſit. Scribit enim non eadem ubiq; Quæſtionẽ
eſſe acceſſionis initia atquæ receſſus:etiam ubi nulla de finitore uarietas:ſed interdũ uſu hanc aſtrolo
euenire:ut quo tempore quodam loco recedunt aquæ:alibi tunc acceſſum aggrediantur giæ imperti/
Nec ipſe diſſimulat hoc plurimis cauſam præbuiſſe ſuſpicandi/motus illos a lunæ moti/ nentem eſſe.
bus non dependere. Cuius diuerſitatis ꝙꝙ reddere rationẽ conatur:ut lunam nihil mi/
nus eſſe cauſam defendat. Sequitur tamen inde pro luna capi argumentũ non poſſe. Vn
de potius contradicendi præſtatur occaſio:plurimumquæ hæc intra ſe diſtant: a tempori
bus æſtus euidentes lunarem cauſa confirmari:& ab illis non euidenter confutari. Alpe/
tragius attulit huius motus cæleſtem cauſam:nec a luna:uerum a diurno motu quo mo
uentur omnia. Sed inferiora minus. Ignis enim ſphæra rotatur in orbẽ:Inordinatus mo
tus in aere fit:qui in aqua deſinit in acceſſum atquæ receſſum. Quæ equidẽ omnia poti/
us diſputo quaſi philoſophus cãm inueſtigans ueram iſtius effectus ꝙ ut aſtrologis cõtra
dicã:qñ hic nihil aſtrologicis rebus accedit receditur:ſi acceſſus iſtos atquæ receſſus cur/
ſibꝰ aſtroꝝ alioꝝ:aut lunæ referamus. qm̃ hoc ipm̃ eſt(ut ueriſſime dixit Phauorinus)ma

gis aſtrologi falatia: qui cum uiderint terrena quædã inter homines ſi ita cælaſtiũ rerum
ſenſu atq; ductu moueri: quale eſt ꝙ occeanus quaſi lunæ comes cũ ea ſimul ſeneſcit ado
leſcitq;: hinc uidelicet ſibi argumentũ ad perſuadendũ parauere: ut crederemus omnia re
rũ: humanarum & parua & maxima tãquã ſtellis atquæ ſideribus cuincta duci atquæ re
gi. Nam ſint a luna quod libẽter & facile etiã ipſi credimus: quid aut pro aſtrologis: aut
Opinio Ro/gerii baccõis — contra nos. Neq; enim ut quidã putant hinc intelligit᷑ agere ſydera: nõ modo motu & lu
ce: ſed occultis influxibus: qñ luna ſub imo poſita terræ moueat aquas: ad quas tamẽ tunc
eius lumen ꝑuenire non poſſit Rogerius Bacon in epiſtola ad Clementẽ quintũ pontifi
cẽ maximũ: cãm reddere uoluit ex lumine in hunc modũ. Nã cũ inquit exorit᷑ luna ſuper
mare alicuius regionis cadunt radii lunares ad angulos obliquos quaredebiliores: ſunt
ideoq; uapores exſuſcitãt a ꝓfundis maris quos cõſumere nõ poſſunt (uapores inquã) ãpu
loſis tumoribus aquas ingurgitãtes: ut extendat᷑ a ſuis canalibus ſicut ollæ pulmentariæ
ſuppoſitus ignis aquã euaporat: unde uaſis labra deſpumãt: Quo circa dum iſta durat
attractio uaporũ ebulentiũ fluit ſedibus aqua: Cum uero luna faſtigio proximat fiunt ra/
dii identidẽ quoniã rectiores/id circo fortiores: quanto ſcilicet illa magis aſcendit: qui &
demũ eatenus inualeſcunt: ut diſſoluendis uaporibus pares fiant: ut ꝑpterea inquit Ro/
gerius ſegnior fiat acceſſus ad meridiẽ proximãte luna: qua declinãte ſtatim quoq; aquæ
declinant: ſicut in illa ipſa ola: cũ magis calor inualuit uaporibus abſumptis/ſubſidet li/
quor: & in uaſis ima ſe recipit Mouet aũt poſt hac quæſtionẽ propoſitã quoniã ſcilicet pa
cto tendens ab occaſu ad imũ terræ uim mouendi retinet luna. Nam tunc aſcendũt aque
pariter atque luna/ab ortu ad ſummũ cõtendẽte. Nec tñ: ut confitet᷑: radiorũ uis ulla me
Confutatio baconis. — diam terrã penetrare põt. Hoc igitur ipſe ita diſſoluit. Cælũ inquit ſuppremum: ſiue octa
uum: ſiue nonũ neceſſario denſum eſt: quandoquidẽ terminat uiſum: qui denſo tantũmo
Prima ratio. — do terminat᷑. Proinde lunares radios illuc ꝑtenſos ad partẽ aduerſam reflecti neceſſariũ
eſt. Idcirco ſi ab occidente luna ad imũ terræ mouet᷑ uirtus eius in quadrã aliã cæli uige//
bit oppoſitã facitq; reflexo radio: quod faciebat ab oriente pergẽs ad ſummũ: hoc eſt bac/
conis inuentũ: in quo adeo ſibi placet: ut primũ ſe acceſſus atq; receſſus in oppoſitas quã/
dras rationem reddidiſſe gloriet᷑: cum ſint tñ i eius dictis tot pudenda errata quot uerba.
Secũda ratio — Primũ contradicit nõ dixerim experimẽto: ſed Aboaſari certe cuius ſe facit interpretem:
qui uigorẽ acceſſus eſſe tradit. cũ ad ſummũ cæli luna ꝑuenerit. nec prius remitti ꝙ̃ cœpe
rit illa deſcendere. Contra Bacon quo magis ꝑximat ſummo luna remitti putat acceſſum
Tertia ratio. — diſſolutis uaporibus lumine calidiore. Nec uidit lunæ lumẽ: ita nunꝙ̃ intẽdi: ut matinas
exhalationes/ne dum poſſit cõſumere: ſed nec ſuſcitare tantas quãtis opus eſt in commo
uendis acceſſibus. Quod ſi perneget cõtumacius: illud fateat᷑ oportet uel inuitus: aliquot
Quarta. — dies circa nouiluniũ nullos futuros æſtus occeani: ſiquidẽ eo tẽpore aut nullũ: aut adeo
tenue lunæ lumen: ut nulla poſſit quauis impudentia/dici par procreãdis in mari tot ua/
poribus/hiſdẽq; etiam diſſoluendis. Poſtremo cur nõ fortiores radii deſcendẽtis ꝙ̃ aſcen
dentis. Cur deſcendens reuocat aquas/effundit aſcendens: curq; nõ imbecilliores a ſum/
mo parũ declinantes/ꝙ̃ tunc primũ exorientes: cur ibi receſſum/hic acceſſum facit. Siqui/
Quinta. — dem queadmodũ ipſe ſentit radiorũ uigor intenſiore calore reprimit acceſſum: quoniam
eorũdẽ debilitas auget. Deniq; quis credat reflexis radiis lunæ/ſub terrã decurrẽtis/ ineſſe
uim tantã/ut poſſint etiã ſuſcitatos uapores abſumere: aut ſi id nõ poſſunt/quæ cauſa re/

ceſſus luna delata ſub ſinitorẽ fundamẽto bacconis: quãobrem luna decedẽte decedant/ quæ accedãt ex oriente: Habeat ergo Baccon hæc ſua ſibi commẽta: nos ſi pertinet ad lunam talis effectus/ ad eius id motũ referamus: quem tacito naturæ conſenſu occeani motus imitatur: quare aſcendit cum aſcendẽte: deſcendit cum deſcendẽte. Quod qui dicit Thomæ placuiſſe uidetur in libro de occultis operibus naturæ: Nec putemus hos æſtus auctionẽ aquarũ eſſe uel imminutionẽ. Sed ꝙ ipſe exprimũt uoces acceſſum atq; receſſum nõ aucti uel ĩmuniti: ſed extendẽtis ſe maris aſcenſu: deſcenſuq; contrahẽtis. Dicimus autem hæc de noctis æſtu atque diei: nam ſi qua maria ſunt (ut eſt ſcriptũ a quibuſdã) poſita ſemper in acceſſu dum augetur lunæ lumẽ: a coitu ſcilicet ad pleniluniũ. rurſus in receſſu cum diminuitur a plenilunio uſq; ad coitũ: non ſequũtur illa lunæ motũ in ſphera: ſed motũ ut ſic dixerim: luminis in luna/ decreſcẽtis in ea pariter/ & creſcentis: cuius uariatio poteſt eum quoq; qui ſit quottidie nõnihil uariare. Sed non conſentiũt tradite ſuper hoc obſeruationes: Nam & ægyptii & qui nauigant ad occidentẽ: a meridie primi diei mẽſis lunaris: ad undecimũ uſq; diem uigorari dicebãt acceſſum: ab undecima ad decimã octauam/ parteq; diei ſequẽtis/ debilitari. Inde ad uigeſimã ſextã rurſus intẽdi remiti ſubinde uſq; ad menſis initiũ. Quotiẽs autẽ acceſſus maior/ minor receſſus: & cõtra cõmutata ratione. Sunt alii qui dicant uerũ hoc deprehẽdi in fluminũ aquis de fontibus decurrentiũ quæ memoratis diebus aliis extendũtur/ aliis contrahãtur ad capita. De mari uero proditum aliter ab oriẽtalibus: qui nec inter ſe conſentiũt: nã ſunt qui tradunt primo ultimoq; deccano menſis: acceſſus ĩminui: medio/ creſcere: quod eam habere uidetur rationẽ: ut plenicore lumine creſcant: defectiore decreſcãt. Alii nõ eſſe pluribus diebus perpetuũ: ut uel augeſcãt acceſſus: uel deficiant: ſed aut una aut altera die fieri: ſiue cũ intendũtur: ſiue cũ remittũtur. Aboaſar quattuor facit uices in hunc modũ primã poſt coitũ cũ recedere incipit luna quouſq; fit ſemiplena: tum ait acceſſum ĩminui ea ꝓportione qua diſcedit a ſole luna: ut cũ uenit iam ad quadrangulũ debiliſſimi ſint: ſecundã inde uſq; ad pleniluniũ quo tẽpore gradatim intendũtur: ut ad ſummũ ꝑueniat: luna plena: tertiã a plenilunio donec iterũ ſit diuidua/ decreſcente ſimul acceſſu cũ lumine: quartã inde ad coitũ: Tum uero uehemẽtiores ſubinde fieri acceſſus ita ut coheũte luna ſint uehemẽtiſſimi. Sed hoc nullã habere poteſt rationẽ: ſiquidẽ luminis hæc differẽtia (quod ad propoſitum attinet) multũ/ paucum/ lumen: creſcens/ & decreſcens. Si uel multa uel creſcente luce fit acceſſus quarta fallitur obſeruatio: ſi pauca uel decreſcente ſecunda. Si multa ſed decreſcente fallitur tertia. Si pauca creſcente fallitur prima. Verũ quæcunq; potius recipiatur harũ traditionũ patet nihil nos cogi nouã cõminiſci poteſtatẽ in luna præter motũ & lucem: quare mare cõmoueat/ quando proditæ omnes in acceſſibus maris receſſibuſq; diuerſitates: uel a motus diuerſitate ſcandentis ſyderis uel declinãtis: uel a lucis damnis & incremẽtis euidentiſſime cauſam habere poſſunt.

Opinio alia

Thomas

Aboaſar.

Cõtra Aboa

Caput XVI Galeni ſentẽtia de creticis diebus eos ad lunã referentis confutatur.

c Riſimos quos latine iudicatorios dixeris ad lunam referri tam falſo ꝗ ſuperſtitioſe equidem nõ dubito: quod latius eſt declarandum. Galenus auctor inter medicos iſtius opinionis/ tertio libro de diebus creticis duplicis meminit

lunaris influentie:quarũ altera ſit a ſole cuius accipit luna lumen:altera a ſignis obliqui orbis quæ motu proprio ſingulis menſibus permeat luna. Tum ponit ex ſentẽtia aſtrologorũ quaſiq; experientia comprobatũ:in oppoſitis locis/atq; quadrangulis magnas a luna cõmotiones excitari:quod tã in habitudine eius ad ſolẽ:q̃ etiã ad ſigna nulla ſolis habita ratione/uerũ eſſe contendit:ad ſolem qnoniã cũ ſit luna diuidua(ſit autem in quadrangulis fere locis a coitu)rurſuſq; cũ impletur:quod in oppoſitis locis eſt:aeris ſtatum & tempeſtates ĩmutet. Ad ſigna per hunc modum/ut quicquid cœperit poſita luna:uerbi gratia:in tauro ſemper accidat in ea re mutatio/cum peruenerit luna deinceps ad leonẽ/ad ſcorpium/ad aquariũ:quæ ſunt loca tauro tetragona uel aduerſa. Confirmat hoc auctoritate agyptiorum aſſeuerantũ ſi in alicuius gẽitura ariete(quod pro exemplo ſit)ſtellæ fœlices inſederint/natum bene ſe habiturũ quotiens luna aut taurũ/aut quadrata ſigna uel oppoſita permeauerit:contra male ſi infelices. Hinc putat Galenus creticorum dierum cauſam fieri euidentiſſimam. ſunt enim præcipue cretici ſeptimus & quartus decimus:peruenit autem luna ſeptima die ad ſignũ ab illo quartũ:quod tenuit incohante morbo:decima uero quarta ad ſignũ oppoſitũ/cum ſeptem & uiginti diebus & tertia fere diei parte/reſtitutionem ſuam abſoluat. Cum igitur luna in his locis quadrangulis.ſ. & aduerſis citet cõmotiones/efficit per hos dies ſeptimũ.ſ.& quartũ decimum:quibus ad ea loca peruenitur. ut morbi quoq; tumultus excitetur. Ad ſalutem quidem ægreditudine proſpera ad mortem pernicioſa. Quoniam uero putauit Galenus cũ is diem uigeſimũ creticum eſſe non uigeſimũ primum quod credidit Archigenes elaborauit reddere rationem quomodo ipſe quoq; uigeſimus dies/ſeptimus eſſet. Et primũ hoc nec abſurda nec difficili probatione monſtrauit. Nam curſus quidem lunæ diebus ſeptem & uiginti octo horis adiectis cõſummatur. Quod ſi in quattuor ebdomadas partiaris erit ebdomada quælibet ex diebus ſex horis uiginti: Quare ebdomade tres dies habebũt uiginti horaſq; duodecim/quo circa uigeſimus primus dies hoc eſt ebdomadicus tertius in lunari curſu/partim ad uigeſimũ diem naturalem/partim ad.xxi.pertinebit. Nam eius horæ.xii.uigeſimum terminabunt.reliquæ primũ & uigeſimum incohabunt. Atq; ita fiet cretica cõmotio die uigeſimo proueniente luna ad ſecundum quadrangulum/ in ebdomada.ſ.tertia. Rurſuſq; eandem non effugiet rationem/ſi ad uigeſimam primam naturalem diem differatur/quod in acutis ſolet ægritudinibus euenire:ſicut illud in diuturnioribus horũ autem ambitu quidem per pares:illarum per impares numeros diſcurrẽte. Hoc poſtq̃ dixerat ipſe Galenus quod deinde quaſi proprium inuentũ retulit aponenſis/nouum commentũ excogitauit per quod non paria faceret cum Archigene cretico influxu ad diem utranq; pertinẽte. Sed colligeretur uigeſimam totam eſſe creticam/uigeſimam primam non eſſe. Sic igitur commẽtus eſt tempus quo ad ſolis coitum luna redit dies uiginti nouẽ: hore duodecim:qui fere uulgo menſis exiſtimatur. Demamus dies quibus luna non apparet obruta ſolis radiis:qm̃ tum uim permutãdi inferiora non habet: reliqui erũt dies uiginti ſex horæq;.xii. Fere enĩ tres dies occulitur:atq; hos dies quod eſt ſpaciũ lucentis lunæ diebus adiiciamus quibus peragrat ſigna quos.xxvii.& horas.viii.cõputat:erit ſumma dies quĩquaginta tres & horæ uiginti: quorũ medietas dies uiginti ſex & horæ uiginti duæ. Hoc ſpacium cogitauit Galenus menſura non irrationabili poſitioni dierum creticorũ:quod ĩpſum uideret dimidium ſolum dierum quibus luna cum permeat zodiacum/tum a ſole

illuminatur quaſi tum bis in ſe lunaris influxus poteſtates complecteretur: & quæ .ſ. eſt a ſignis: & quæ a ſole: quarum utraq; fieri commotionē in morbis eſſet ueriſimile. Dictus hic poſtea numerus a poſterioribus ex Galeni auctoritate menſis medicinalis: ſicut eum qui ex diebus uigintinouē coniunctionis: qui ex diebus uiginti ſex/horiſq; duodecim manifeſte uiſionis: qui ex uiginti ſeptem & tertia diei parte peragrationis menſem uocāt. Ex hoc autem inuento quod uolebat Galenus aſſequebatur aduerſus Archigenem. Nam ſi totus menſis dies .xxvi. horæq;. xxii. erunt ebdomade huius menſis ſingulæ ex diebus ſex horiſq; decem ſeptem & dimidia parte horæ: quare medietas menſis dies tredecim & horæ undecim: ſeptime igitur diei naturalis primæ horæ uſq; ad decimam ſeptimam/ad ſeptimam quoq; medicinalis menſis diem ſpectabunt: Propterea q; erunt creticæ: reliquū diei ad octauū medicinalem diem pertinebit: decima quarta dies naturalis undecim tā/tum habebit primas horas ex poſtremis decimæ quarte medicinalis: cuius antecedentes horæ tredecim cum decima tertia die naturali computabūtur. Tertiam uero ebdomadā medicinalem cum ſit ebdomada quelibet dierum ſex horarum decem & ſeptem cum dimidia: patet terminari in uigeſima die naturali: tantū quattuor horis & dimidia parte horæ ſupercxcreſcentibus: quæ in uigeſimum primum referuntur. Atq; ita conficitur quod Galenus in primis optabat: & cuius gratia hoc totum commentū fabricatus eſt: ut dies uigeſima longe magis ꝙ uigeſima prima ebdomada: conſequentiq; ratione cretica putaretur. Hunc ſibi gratis laborem ſumpſit Galenus. Neq; enim oportuit nam ſatis ex mora ꝑ peragrationis zodiaci dies uigeſima cretica defendebatur: præſertim cum non neget ipſe uigeſimam quoq; primam eſſe creticam: quin & plerunq; in acutis morbis: neq; uero nos iſta rettulimus ut inter Archigenem Galenūq; arbitraremur/præſcriptum egredientes: ſed ne cum referri dies creticos ad lunam non poſſe demonſtrauerimus ſiue receptā a ſole/ſiue a ſignis uirtutem in ea conſideremus: putaret quiſpiam non plene ſatiſſactum quod mixtum quaſi quendā influxum Galenus introduxiſſet: qui præcipue dies creticos excitaret. Non enim hoc aut Galenus forſitan fecit/ aut ſi fecit facere tamen rationabiliter potuit. Nam ſi cum illo dicamus lunā in quadratis loco alicui primordiali ſignis & oppoſitis cōmotiones ſuſcitare: rurſuſq; cum quadrangulis & oppoſitis ſolis radiis illuminatur: non poſſumus hos a luna euentus expectare præterq̄ his tēporibus/ quibus altero illorum modorum ſe habet ſi de illis ſcilicet cauſis euentus expectatur. Nā ſi utroq; tempore parit tales effectus pro cuiuſq; temporis habitu/& conſtellatione/credamus tn̄ fieri utriuſq; conſtellationis uirtutem in eo tempore quo nulla illarum conſtellationū inuenitur/non alio argumento/q̄ ꝙ tempus illud medietas ſit ſumme utriuſq; temporis ſimul cōnumerati: non ſcimus nos eſſe: non ſumus etiā interim oreſtes. Quare ſi Galenus in hebdomadis iſtius ſui menſis medicinalis & eius medietate/uim iſtam excitatricē eſſe putat: non autē in hebdomadis aut medietate menſis quo uel a ſole luna illuminatur/uel zodiaci ſigna percenſet/inuehit nobis/cum uis illa excogitati menſis ad aſtrologicos nullos īfluxus redigi poſſit/hoc eſt nec ad quadrata uel oppoſita ſigna nec ad quadrangulares oppoſitaue lunæ cum ſole figurationes. Nam ſeruari conflariq; hominē uirtutem in eo tēpore quo iſta non ſunt/nimis ut dixi abſurdū & commentitiū: nec qui defendere Galenum uoluerunt ſimulq; creticos dies lunæ curſibus coaptare promiſſis ſtare potuerūt: ſed nunc quidem hoc: nunc illud tuentur: nunq̄ utrunq; ſimul: queratur enī Prima ratio.

cur quartadecima dies cretica ſit/ad lunæ curſus pagrationiſq; mẽſem ſe recipiẽt. Quoniã per eam diem ad oppoſita ſigna luna deueniat. Hæc ratio parti menſis medicinalis quadrat. Siquidẽ hebdomada eius ſecunda in diẽ .xiii. naturalẽ recedit: ſuperſuntq; ex ea horæ .xi. tm̃ ad quartã decimã pertinẽtes. Eſt enim ut diximus hebdomada quælibet mẽſis Galeni dierũ ſex/horarũ dccẽ & ſeptem cũ dimidia: quare dies decimatertia plus cretica erit dicenda ꝙ quartadecima: cũ illa horas tredecim creticas: hæc tm̃ undecĩ habeat: hic ergo relicta uirtute mixtionis & factitii mẽſis/ad peragrata zodiaci ſpacia confugiẽt.

Secunda rõ. Contra ut uigeſimũ diem creticũ faciant menſe Galeni non peragrationis utũtur. Sed & ſiquis ægrotet pridie ꝗ luna coeat habeatq; diẽ ſeptimã creticã: quomodo id erit ex influentia poteſtatis/tam a ſole receptæ/ꝗ a ſignis: cũ maximã partẽ eorũ dierũ ſicuti non uiderit ita ſolari uirtute luna nos non affecerit auctore ipſo Galeno. Neceſſe igitur erit hic quoq; eos ad ſigna ſe cõuertere: quorũ ſolus influxus ex quadrati uirtute creticã illi ſeptimam diẽ fecerit.

Tertia ratio Mitto ꝙ oĩno factitius ille Galeni menſis nec naturæ moneta percuſſus. ita enĩ excluditur quaſi tres dies luna ſemper a ſole obtegarur. Sed & mane quãdoq; cõſpicitur priuſꝗ ſol exoriatur: & ueſpere eius diei nouaculari facie: quod & experientia indicat & teſtatur Alphraganus: tum de ſpacio quoq; lunaris motus ita determinat: quaſi ſemper eodẽ paſſu moueretur: nõ autẽ ualociore interdũ: interdũ tardiore: quod in aſtronomicis ſupputationibus demonſtratur. Habeat igitur ſuum ſibi Galenus menſem quẽ ne nobis importunius ingerat concedamus illi quos mauult dies eſſe creticos Archigenẽ repudiantes: eos ego nullis lunæ curſibus regi firmiter aſſero. Siue acceptam a ſole/ſiue a ſignis uirtutẽ æſtimemus: nam ea quidẽ quæ a ſole ſolida & naturalis (ut declarauimus) ſed ad eã cretici dies pertinere non poſſunt/niſi nos morbi ſemper in nouilunio aggrederẽtur: alioquin nec diei ſeptimæ luna dimidia: nec quartadecĩa plena reſpondebit: in quibus quadrangularis & aduerſa ſolis configuratio ciet humores. Reſtat ea quæ a ſignis. Hec uero cũ nulla eſt/ut ſequẽtia declarabunt: tũ ſi qua foret ad creticos dies nullo modo ſpectabit id quod ipſi dicunt. Nam ſi argumẽtantur ab experientia die ſeptima fit cõmotio. Rurſuſq; quartadecima & per hos dies in quadratis eſt ſignis luna uel in oppoſitis ex hac igitur ſignorũ permutatione illæ ſequũtur cõmotiones. Nos cõtra ſic: die ſeptima fit cõmotio rurſuſq; quartadecima: nec per hos dies plerũq; uel in quadratis eſt luna locis uel oppoſitis. Non igitur de hac ſignorũ permutatione cõmotio illa ſuſcitatur: utra pars ucrioribus nitatur aſſumptionibus nemini dubiũ: cuius lunares motus penitus non ignoti.

Reflexio argumenti Nam cũ inferiora perineans epicicli uelocius luna fertur/ſexta die ad quadrata ſigna pertingit: & decimatertia interdũ ad oppoſita. Cũ uero ſuperiora tardius circũfertur nõ priuſꝗ die octaua uel nona quadrãgulari ſit loco. Quod ſi reſpondeãt ob hanc cauſam interdũ illas quoq; dies creticos fieri: aliquid dicerẽt ſi cũ lunæ curſus eſt tardus: tũc octaua uel nona die cõmouerẽtur humores. Cũ uero uelox ſexta: cũ medio quodã modo ſe haberet ſeptima. Verum non hoc obſeruatio docet: ſed uſu frequẽter euenit ut luna quidem pigriore ſeptima det iudiciũ interdũ & ſexta: cõcitatiore uero differãtur cõmotiões ad octauã & nonã: quod aduertẽtes plurimi medicoꝝ pernegarũt hũc ordinẽ in morbis a natura ſeruatũ/a lunaribus curſibus depẽdere: Nec eis qui aliter prodiderũt quicꝗ induxit ꝗ uel amor aſtrologicarũ rerũ/uel auctoritas Galeni. Quæ tamẽ in hac re quantũ habeant ponderis mox dicemus.

Falſo opinionem. Falſo autem quidam ex neotericis hoc quoq; Auicennã &

Hippocratē opinatos tradunt. Nā Hippocrates quidē nuſq̄ ſuper hoc uerbū: Sed hunc Galeni alcri
potius ordinē rettuliſſe nixus ad numeros quos libēter obſeruare natura ſoleat: id quod bi
Celſus Aſclepiadeſq; notarūt/Auicēna cū meminiſſet opinionis referentis hæc ad lunā: Hip.& Aui.
multa inquit in his dictis ambiguitas. Tum quæſtionē reiecit: ut cuius pſcrutatio ad me/ Celſus.
dicū non ſpectaret: quin illi potius eſſet impedimēto. Valeat igit̃ Galeni auctoritas apud Aſclepiades
nos ubi decernit̃ qui dies cretici ſint/quoq; pacto tractādus æger/cū uel apparēt uel pui/ Qualis Ga
dētur. Nam hoc medici officiū in qua pſeſſione præcelentē Galenū uereq; diuinū cū do/ le. in litteris
ctorum conſenſu pbamus: & admiramur. At cum cauſa inueſtigatur eoꝝ dierū q̄ altioris quibuſq; i re
hoc opus philoſophiæ/nō modo piudicii: ſed nec maioris teſtimonii loco ſentētia fuerit bus eidē ſit
Galeni. Quando quod Moſes ægyptius & Auicenna/magni uiri: magniq; in medicina credendum.
Galeni fautores tradunt/plus ramis ſcientiarū reliquarū q̄ radicibus inheſit. Sane ridet̃ Moſes
a dialeticis figura eius quarta ſyllogiſmoꝝ/& in philoſophia tam ſæpe perterret̃ & uali/ Auicenna.
diſſimas nō perſentit rationes ut philoſophicū in eo iudiciū deſideretur a multis. Nō po
teſt intelligere/quonā pacto ſuperſtite anima & īmortali ceſſet ab opere: cerebro tamen
nō diſſoluto/ſatigatūq; a ſe ait hac quæſtione platonicū quendā: quaſi naue ſoluta ſuper
ſtes nauta nō ceſſet a nauigatione. Nec intelligit quod a philoſophis demonſtratur/uni/
uerſales rerū notiōes ab intellectu tm̄ noſtro comprehēdi/nec a brutoꝝ etiā ingenio: in
tēporis cognitione quid hæſitet nō eſt tēporis huius narrare. Neq; eni hic de Galeni phi/
loſophia/tm̄ hæc delibauimus quo Moſeos & Auicēne iudiciū ſuper eo cōfirmaremus: ſi
mulq; caueretur ne cui illius auctoritas imponeret in accipienda ſuperſtitione. Nā in hac
ipſa de qua agitur aſtrologia parum illū peritū/lunaris motus ſupputatio docet. Nec eū
defendit aliter Apponenſis q̄ q; eius ætate nondū cæleſtiū motuū ratio ad liquidū fuerat
explorata. Sit igitur illa fides in medicina quanta maxime eſſe poteſt: quod ad doctrinas
alias attinet cautius agendū cum homine meminerimus. Examinandūq; diligētius quæ
tradiderit/an experiētie/an rationi/an ſentētiis conſonēt alioꝝ. Et quidē quæ de creticis
prodidit diebus ea parū rebus ipſis conſentire pbauimus: eadē nec rationis habere colo/
rem palā fiet inſpiciētibus. Nā quæ ratio lunā cum ad ſignū ab eo loco quartū peruene/
rit uel ſeptimū in quo fuerit inuadēte morbo ſuſcitare in humoribus agitationem: Gale/
nus negat rationē ſe dicturū: ſed ægyptioꝝ ptendit auctoritatē: nos illi ſextū ſuū de ſim/
plicibus medicinis librū ad memoriā reuocabimus: In quo delirii notat ægyptios: quorū
quoq; cur apud nos uacillet auctoritas poſtremis duobus libris innoteſcet. Hūc illud di
xerimus obſeruari per hos lunæ curſus corpoꝝ mutationes fideliter ab ægyptiis non po/
tuiſſe quibus nō erant lunæ curſus fideliter cōperti: Primus eni Hipparcus in Rhodo in
ſula certius illos obſeruauit/licet non attigerit tamē ueritatē cui propius acceſſit deinde
Ptolemæus: quanq̄ hyſpanoꝝ rurſum aſtronomoꝝ deſyderiū nō impleuerit: Neoterici Rō Neoteri
rationē excogitarūt nō modo nō conſentientē ueritati/ſed nec poſitioni quā tuētur: nec
Galeni dictis quæ ſequunt̃. Eſt autē huiuſmodi: Signa quadrata uel oppoſita contrarias
habēt qualitates: Quadrata uel utraſq; uel agentes ſaltē: ut aries quidē a cancro diſſidet
utraq; qualitate quādo aries ſignū calidū & ſiccū: cancer humidū & frigidū: taurus a leo
ne non utraq;: nam ſicco conueniūt: ſed agente qualitate diſcordat/frigido tauro/calido
leone. Diſcordāt item ſigna oppoſita ſemper altera qualitate ſaltē: tum decantatū dicūt
ab aſtrologis quadrangulas & dyametras radiatiōes cōtrarias eſſe atq; pugnātes: his po/

ſitis ita colligunt/cum peruenerit luna ad loca illis quæ tenuit inuadēte morbo inimica/ cōſequi ut inter morbū atq; naturā pugna exoriatur: At nos ſuppoſitis quæ dicunt ita eos alloquemur: cur creticos dies luna faciat hanc eſſe putatis cauſam: quoniam ſi in tauro/ uerbi gratia/ fuit cum naturā morbus occupauit/ debet cum ad locū contrariū uenerit cō trarium effectū facere faciet: igitur ut natura contra morbū aſſurgat: unde pugna & iudi/ dicium ad alterutrā partem uictoriæ declinātis: erit autem in loco contrario cū peruene/ rit ad leonem uel ad ſcorpiū: ſed ad leonem die ſeptimo ueniet: ad ſcorpium quarto deci mo. Per hos igitur dies bellicum canet morbo atq; naturæ. Sed cur non idē faciet die ter/ tia ueniens ad geminos plus a tauro leone diſcrepātes: Cur non duodecima aut decima tertia ueniēs ad libram/ cum qua rurſus taurus minus cōſentit ꝙ cum ſcorpione: Cur nō decima quinta ſubiens ſagittarium diſſidentē a tauro/ ſicut ſcorpius diſſidet atq; leo: Scio quid reſpondebunt/ nō eſſe inter hæc ſigna aſpectus colligationē: ſed non alio aduci ego eos uolebam: nō ut iſtam aſpectuū rationem nullam eſſe obiicerem quod libro ſexto ſu/ mus facturi: Sed ut oſtenderemus etiam ſi ſit aliqua/ non tamen deſeruire propoſite quæ ſtioni. Nam illa quidem inter duos planetas obſeruatur: quorum radios non putant ad complendū eum poſſe conuenire/ ſiue concordent ſiue diſcordent: niſi talibus inuicem ſi bi interuallis conſugerētur/ exagono/ trigono/ quadrangulari/ atq; diametro: At uero hic lunam planetis aliis non cōfiguramus: ſed id ſolum aduertimus ut ad locum contrariū deferatur illi quem prius occupabat. Quāq; autem poſitam ſtellam in geminis ſtelle po ſitæ in tauro negabunt aſtrologi per aſpectum colligari: non tamen hunc locum eſſe illi contrarium denegabunt. Quod ſi facit effectum primo contrarium luna quia ad locum contrarie deuenit qualitatis: cur ſi in ſigno frigido & ſicco morbum excitauit/ in calidis humidiſq; collata naturam aduerſus morbum non excitauit: ſiue illud ſignum ſextum ſi ue ſecūdum/ ſiue alio numero quem malueris computetur: Ridiculum hoc omnino/ nec quod ab homine dici poſſit ueritatem potius ſpectante ꝙ defendēte poſitionem. Quod ſi contendant in his aſpectibus uim conſiſtere: debent ex conſequenti illud quoq; conce dere/ lunam cum ad trigona ſigna peruenerit morbum confirmaturam: quoniam ſicut quadrata ſigna diſcordant/ ita trigona concordant. Cur igitur ſi tetragona ſigna ſuſcitāt naturam ex contraria qualitate ad ſignum ægritudinis/ eadem ratione trigona ex cōcor/ di morbum non excitabūt: Ad quæ cum luna undecima die fere deferatur erit undecima noxia ſtatuenda: quæ tamen a medicis inter ſalutares creticas numeratur. Deniq; erit ma niſeſtiſſimum conſideranti traditas creticorum dierum obſeruationes a medicis ex lunæ motu rationem habere non poſſe: nam malas quidem commotiones his fieri diebus di/ cunt: ſexta: octaua: duodecima: decima: decima ſexta: decima octaua. reddant horum ra/ tionem ex luna ſi poſſunt: nam ſexta quidem & octaua ſæpius fieri bonas conueniret ut dicebamus/ proueniente per hos dies ad tetragona luna. Sed cur omnino male decima uel duodecīa: quibus nō fit luna in locis aſpectu aliquo cū ægritudinis ſigno colligatis. Cur ſalutaribus anumeratur decima ſeptima/ atque trigeſima: Sed & quæ ratio penes lu/ nam quæ qua ternos quoſq; dies uim habere citra uigeſimum: ultra uigeſimum ſeptenos non quaternos ut uigeſimum ſeptimum: trigeſimum quartum: & quadrageſimum pri/ mum/ quem cum exceſſeris/ uigeſimi cretici inueniantur: ut ſexageſimus & octuageſimus tum centeſimus ac uigeſimus: cur inde circuitum menſium & annorum: que omnia

ſicuti nõ habẽt a luna cãm ita nec habere poſſunt a ſole/nec ab alia quãq̃ cõſtellatiõe: cũ nõ ille ſtatis diebus ſtatæ quoq; uel ſimiles/uel cõcordes inueniãtur: ſed uariãt mi⁊ in modũ: nec ordinẽ ullũ ſeruãt qui poſſit huic ordini reſpõdere in morborũ cõmotiõibus a natura maxima ex parte cuſtodita/ut demirari liceat apponẽſem qui malitiã ſextæ diei quã Galenus cõparat tyrãno/ſicut ſeptimã regi redigi ait poſſe/ad hoc ꝙ luna curſu ueloc iori ueniat ad tetragonũ: ſui nimis immemor qui fieri ſalutares in ſeptima die ægrotatiões dixerat ob quadrati naturã: quæ. ſ. morbi ſigno aduerſaret̃. Quomõ igit̃ nũc ex quadrato quoq; malitiæ ſextæ reddit rõem: Patet igit̃ hæc omnia cãs habere alias: ſed feſellit eos ꝙ in ſeptima die & quartadecima uidebat̃ cõuenire: quãq̃ nec ibi ut diximus conuenit. Sed hũc per ſeptẽnarios progreſſum: uidemus alibi quoq; in naturæ operibus obſeruatũ/ ubi nulla ſuſpitio de lunæ motu uel ſolis: ut in ipſis quoque morborũ periodis: cum ſicuti ſeptimo die acute ita diuturna: ut ſcribit Auicennæ: ſæpe ſeptimo mẽſe: ſeptimo ãno: quarto/decimo: uigeſimo primo/ſolẽt terminari. Nec ꝓbo tamẽ qui ſupſtitioſe nũeros hic obſer/uant: ſed ita naturæ dico curſus impleri plerũq; in rebus/nõ ob cõſtellationes ad hæc tẽ/pora comparẽtes (neque enim reperiunt̃) ſed ob occultã ꝓprietatem conditionemq; rerũ illarũ quibus ita plerũq; uſu uenit. Sic enim natura cõparatũ uidemus: ut quo ſcribit ipſe Galenus per dies impares acuti morbi moueãtur. Qui uero lentiores diuturnioreſque ꝑ pares. Redige hæc ad lunam: redige ad ſolem ſtellaſque ſi potes: Cur igitur cõmotionem ſeptima dies in acutis morbis ad tetragona ſigna per quæ luna ſcatatur referamus: cũ nec illud præſertim ſit perpetuũ: Sed & quidã ex iunioribus contra Galeni aliorũque opinionem ad lunam confugientium hoc loquuntur. Siquis luna poſita in ariete/decumbat creticã habere diem octauam debet: quare tũc ad cancrum quadratum lũa deueniat. Reſpõdentque ita quidẽ fieri debere habita ratione motus lunaris: ſed in ſeptima fieri commo/tionẽ propter naturam morbi ꝙ acutus cum eſt/per impares mouetur uſq; ad diem quar/tumdecimum. Poſtremo quæ de creticis diebus uere ſunt obſeruata a medicina/ non ſolum res aſtrologica non firmat: ſed infirmat: ut ſi maximo argumento corporum affe/ctiones a cauſis non dependere quas aſtrologi introducunt. Nam ſi ſtatus in his diebus ordo non eſſet: ſed nunc hæc quidem: nunc illa cretica: rurſuſq; inter creticas alia alio tẽ/pore noxia/ ſalutaris inueniretur: nulla nos ad inueſtigandum cauſam admiratio ſuſcitaret ſola materiæ diuerſitate mutabili nobis ſatiſfaciẽte: ſed cum certi dies nõ ſemꝑ ſed plerũq; tã cretici. & quidã plerũq; ad uitã: quidã ad mortẽ: uidetur hic ordo cauſã deſiderare certã raroq; mutabilẽ. Galenus hinc cõſequi in cæleſtibus eſſe cãm quæ ſunt corpora rato ſtabilique ordine ſe mouẽtia: quia poſſunt effectũ ratũ ſtabileq; ꝑducere. Mihi cõtra uidetur hinc patere de cæleſtibus cãm huiuſmodi etiã nõ poſſe: quoniam ſi inde eſſet alias alii cretici forẽt: nec qui apparet in eis ordo ſeruaret̃. Nã ſi luna marti ſoliue iũgeret̃ citaret influxus cõmotionẽ: ſi ſaturno tardaret. Sed & coitus luminarium diẽ morbi ꝓxime antecedens foret inſpiciendus: tũq; ſi dominus eius loci in quo coiſſet orientẽ teneret/cito fieret commotio: ſero ſi occidentem: ſed & ſydera recto motu ꝓcedentia uel in mobilibus ſi/gnis poſita uelocius: cõtra uel retrocedẽtia uel in fixis locata tardius morbo naturæq; bellicũ canerent: quæ nec cuiq; ægrotanti: quãq̃ iiſdem cõſtellationibus ſimiliter cõuenirẽt: ſed aliter aliis pro genituræ ipſorum conditione. Mitto figuram

cuius angulos obſeruando præcipit Ptolemæus fœlicibus (an infœlicibus radiis deri/

Aide pudendum errorẽ Petri Appo/cõciliatoris

Proceſſus naturæ p ſeptẽnarios

Auicenna

Galenus

Galenus: Dieſ creticoſ ſi ſiãt a cælo non eſſe im/mutabiles.

uentur:ut inde de morbo prænunciemus: quod quidem ignorantiſſimi credunt ad creti/
cos dies pertinere. Quæ ſi omnia medici ab aſtrologis haberent/ non plerumque quos
uoluit ars medica:ſed alias alii forent cretici dies. Nec illud eſſet ſtatum:ut ſexta dies ty/
rannica crudelitate perimeret:ſeptima regia benignitate liberaret. Sed & conſtellationi
bus noxiis ſeptima:& ſalutaribus etiam ſexta annumeraretur. Quod ſi eueniat interdũ
non a cælo eſſe dici debet ubi cauſam quærunt eius quod cum ordine: & fere ſemper con
tingit:ſed in materiam potius redigi debet particularemque aliquam laborantis homi/
nis proprietatem.

## Caput XVII Periodos humorum ad ſyderum motus non eſſe referendos.

ſ Ed nec periodos humorum in febribus credat quiſpiam ad ſyderum motus re
ferẽdos:uti gratia exempli bilis atra diebus duobus ceſſet/quarto ſuſcitet̃ quo
niam ſub ſaturno ſit cuius motus aliis tardior. Nam qua ratione ſanguis ad io
uem relatus ab aſtrologis iugiter putreſcit nulla pauſa: cum non iuppiter tamen omni/
um uelociſſimus:quin potius ſi tempus reſtitutionis æſtimetur omnium tardiſſimus poſt
Primus mo/dus. ſaturnum. Cur item motus rubræ bilis aſcriptus marti:paulo ſegnior atræ motu: ceſſat
enim ſex horis minus:cum ille horis octo & quadraginta:iſpe ſex & triginta ſopiatur:mul
to autem ſaturno uelocior ſtella martis. Preterea decretum eſt aſtrologorum opera ſtel/
larum tardi motus quo tardiora ſunt eo magis eſſe diuturna. Cur igitur ſi pituitæ motus
citius redit q̃ rubræ bilis:nam ille poſt ſex horas:hic poſt ſex atque triginta: quoniam lu/
næ motus excitans pituitam uelocior motu martis coleram excitantẽ. Cur inquam ſi hoc
uerum non diuturnius afficit agitatio colere q̃ pituitæ:ſed illa horis tantum duodecim:
hic autem decem & octo. Debent enim(ſi ſtamus in præceptis aſtrologorum)diuturnio
ra eſſe opera martis q̃ lunæ:ſiquidem huius ualociora quam illius. Quod ſi rurſus hos
omnes periodos ad lunam ſolam uolumus referre:ut pote prædominantem in omẽs hu
mores hæſitabit nihil minus aſtrologica ratio cui nituntur. Nam pituita inquiunt quoni
am lunæ aquæq; cognatione aquarum fere motum imitatur illę fluunt & refluunt mora
Secundum media intercidente:ſed exigua qualis inter rectos motus neceſſario cadit. Sic pituita ſex
tantum horas integras relinquit. Verum potuit ſanguini magis hæc conuenire/ cuius ſi/
cut aquæ continuus æſtus inuenitur in qua morula acceſſum dirimens a receſſu non bene
ſex horarum reſpondet interuallo:quo totus ipſe uel fluxus agitur uel refluxus. At in ſan/
guine maior poterit eſſe ſimilitudo cuius motum intercipi in ſenſibilibus morulis ipſi nõ
pernegant aſſertores huius opinionis. Sed reliqua proſequamur. Atra inquiunt bilis quo
niam a natura plurimum aquæ diſcordat/ita coutrario pituitæ modo mouetur: plurimũ
ſ.ceſſans ad dierum uſq; duorum integritatem. Sed mihi quidem uidetur plus aquam ha
bere cum terra communionis q̃ cum igne ſiue locum aduertas ſiue qualitatem ſiue motũ:
Qualis Pe quibus nulla alia poteſt conditio præpõderare. Erit igitur idem iudicium de humoribus
trus Appo. ad elementa relatis:ut magis a pituitæ motu diuerſus eſſe debeat motus rubræ q̃ atræ bi/
lis. Verum nec illuſtrium ueterumq; medicorũ quiſquã ad has cauſas circuitũ febriũ rettu
lit. Primus hoc tentauit Petrus Apponenſis homo congerere plura natus q̃ digerere:quẽ
quidem indoctiores ubi nugatur magis ibi ſoliti impenſius admirari.

Caput XVIII Infœlicitatem octimeſtris partus ſaturno non eſſe aſcribendam.

d Vm tractamus hæc uenit in mentẽ ſolere aſtrologos infœlicitatem octime/
ſtris partus aſcribere ſaturno: de quo dicendũ hoc loco: ſed breuiter ẽ: ne nõ
redarguta uideat̃ nos cogere: ut uel inuiti cõcedamus hoſtiliſſimoꝝ ſyderũ
radiis nos apprehendi. Quod ut uolens concedo: ita non illud uolẽs iõ apprehẽdi nos
ab illis ut teneamur: quippe illabi de cælo ita ſentiam ut nõ putem ab eo noxiũ quicquã
ꝓuenire. Sũma igit̃ hæc eſt/ fallũtur aſtrologi ſi credunt ideo natos octauo mẽſe non ui/
uere: quia ſingulis uteri gerendi mẽſibus/ ſinguli planetæ præſint. & ꝓpterea qui primo/
idẽ octauo mẽſi ſaturnus dominetur/ planeta frigidus & ſiccus hoc eſt qualitatibus uitæ
contrarius. primũ enim & illæ per manus traditæ planetaꝝ dominãdi uices rationẽ non
habẽt: ut alibi ſuo loco dicetur: & ꝙ octimeſtris partus non uiuat omnino rationẽ aliã ha
bet. Sũt qui opinẽtur fœtum ſeptimo mẽſe conari ut egrediat̃/ & in cõatu ledi: qui ſi octa
uo exit: ut pote nõdũ reſtitutũ ſue incolumitati/ uiuacem eſſe nõ ſolere: ſed Hippocrati po
tius accedo qui tractatu quẽ ſcribit de octimeſtri partu cãm cur plerũq; nõ uiuat/ hãc eſſe
ait ꝙ eo mẽſe difficilis ſit uteri geſtatio. Tunc enim grauius ſe habere pregnãtes: & in ma
trice neſcio quæ pati grauia & incõmoda: & ſi pariant duplici labore oppſſas & partus &
ægritudinis/ infirmiſſimas fieri: unde neceſſario ipſe quoq; fœtus imbecillior factus/ raro
diu uiuat. Atteſtatur huic ſentẽtiæ ꝙ ſi quæ inueniũtur uegetiores ualidioreſque fœminæ
ſolẽt octauo etiam menſe parere uicturos quales in hiſpania inueniri ſcribit Auicenna &
Ariſtoteles in ægypto. Verba ipſa Hipocratis ſuper hac re græca ſubieci: ne quoniã liber
hic: uulgo nõ habet̃ fictũ crederet̃ a nobis περι οκτα ασηριου τη λεγεοιμ φημι: & que ſequunt̃

Hippocra.

Caput XIX Cur naute/ medici/ agricolæ/ uera ſæpius ꝑdicãt q̃ aſtrologi.

t Ria fere erãt in illa ſecũda rõcinatione obiectamẽta: primũ a mutationibus in/
ferioꝝ ex ſolis lunæq; curſibus: unde colligebãt: & actionẽ in nos ſyderũ aliorũ
& mutationẽ reꝝ aliarũ ab illis eſſe cõiectandã. Secũdum teſtimonio bonarum
artiũ medicinæ agriculturæ/ nauigatorie: que ſuis opibus aſtrologicas adhibent obſerua/
tiones. Et horũ ita utrũq; reiecimus ut iſdẽ telis eos repũgeremus oſtẽdentes ut pauloãte
dicebamus: ex operibus ſolis & lunæ: & ex illarum artium obſeruationibus/ potius colli/
gi quod negãt: q̃ ꝙ affirmãt. Reſtat tertium ꝙ ab earumdem artificum uulgi ipſius ꝑdicti
onibus ſumebatur: quaſi nimis eſſemus iniqui: qui nullam futurorum præcognitionem
concederemus aſtrologis totius cæli peritis q̃ rudia magiſteria: & de populo quiuis inter/
dum etiam aſſequatur: ita multa de pluuiis/ de ægritudinibus/ de pecoribus/ de annona
quotidie predici uulgo cum euẽtus fide uidemus. Cur non igitur inquiũt qui cæleſtes cau/
ſas exploratius norunt: & illa rectius: & alia poterunt ſecretiora predicere: hoc eſt ꝙ in
præſentia nobis diluẽdum eſt: immo ut cõſueuimus reiiciendum in eos quod aperte nul/
lo negocio breuiter expediemus. Nam ſi uera prædicuntur ab illis nulla habita tamen ra
tione præceptorũ aſtrologiæ: qui nõ dixerit haud leuẽ eſſe cõiecturã. & illa quæ omittunt/
quæ ignorãt: nõ neceſſaria: ſed ſupflua: nõ ſecretiora/ ſed falſiora: nõ dogmata/ ſed figmẽ
ta. At fallunt̃ aliquãdo inquit Ptolemæus qui aſtrologica neſciũt: quid ꝙ aſtrologi ſæpi/
us: Cõficit̃ igit̃ ut aſtrologi minus aſtrologica teneãt/ q̃ qui aſtrologi non ſunt. Neq; eñ
ꝑõt hoc denegari/ magis ad fidem reſpondere quæ dicũt medici de ægris agricolæ de ãno

na:nauci de tẽpeſtatibus. paſtores de pecoribus:q̃ de iſdẽ rebus ab aſtrologis prædicun
tur. Ratio ſtatim in prõptu eſt: quandoquidem aſtrologus ſigna reſpicit quæ non ſunt ſi
gna: cauſas ſpeculatur quæ non ſunt cauſæ: propterea fallitur. Reſpicit enim cæleſtem di
ſpoſitionẽ quæ cauſa tantũ uniuerſalis nõ efficit uarietatem inferiorum/ niſi pro materiæ
conditone cauſarumque efficientium inferiorum. Tamen nec cæleſtis illa diſpoſitio quã
reſpicit: ſed ficta ab eo in cælo diſpoſitio ꝑuaniſſimas regulas & commẽtitias: nõ natura
ſed arbitrio conſtãs aſtrologorum: ſiquidem ut demõſtrabimus/ nõ hominũ ille pater &
deorum deus in cælo fecit imagines/ſigna/ꝑtes/antiſia/dodecathemoria/ domus/& hu/
iuſmodi/alia quibus utuntur: Sed in cælo mentitus hæc eſt hominũ deceptor/& deorum
infamator aſtrologus. Proptereaq; nihil mirum ſi nullam rem futuram certa ratione præ
noſcere iſta ars poteſt. Artifices autem quos memorauimus ueris & naturalibus proprijſ
que ac proximis cauſis indiciiſq; nituntur: & ideo raro excidũt a ueritate. ſed ueris preſen
tionibus futurorum: & fidem ſuis methodis faciunt: & cum prouentu bonaque fœlicitate
ſuas artes exercent. Lege libros pronoſticorum Hippocratis nũquã illum inuenies ægri
ſtatũ futurum inter ſydera quærere: ut qui ſciret hæc magis ex lotio queri q̃ ex aſtro & de
pulſu uenerarum/q̃ de motu ſphærarũ certius præcognoſci. Periti gubernatores nõ ex io
ue/ſaturno/uenere/marte/mercurio/ꝓuident tempeſtates: ſed de nube: de uentis. de om/
ni aeris conditione: atque eorum hæc ſolers diſciplina exꝑimẽtis ubiq; cõfirmata: de ſpi/
raculo tenuiſſimi flatus: de nubecula uix conſpicua tempeſtatẽ intelligit ĩminentẽ/ cuius
nullũ præſagium/nullum ſignum adhuc patebat oculis aliorum. Nec ſolum uenturã in/
telligãt: ſed qua parte futurum ut excitetur: quomodo declinari: qũo ſupari poſſit ad quæ
ſapiã omnis aſtrologorum prorſus caligabit. Sic paſtores agricolæ: & ipm ſæpe uulgus in
eruditum/ſtatum aeris præcognoſcũt: nõ a ſtellis ſed ab aeris ipſius diſpõne: atq; his quæ
in ſublimi ĩpreſſioĩbꝰ fiũt: quare raro fallunt: aerẽ.ſ.ex aere: ſicut medici agrũ ex agro præ
iudicãtes: hoc eſt ex ꝓpriis principiis: nõ quod faciunt aſtrologi ex remotis & cõmunibus
uniuerſalibus: imo/quod peius eſt/fictis/imaginariis fabuloſis. Quare nemo putet futu
rã agricolationem meliorem/medicinã efficaciorẽ/nauigationem tutiorem: ſi tractentur
hæc ab hominibus aſtrologica percallentibus & obſeruantibus. Quin hæc potius tabes
& abolitio foret illarum artium: dum a certis regulis ad incertas: a ueris ad cõmentitias
euocarẽtur: & permixtionem falſoꝝ dogmatum/omnis iam comperti experimenti ſolidi
tas ueritaſq; labefactaretur: id quod nondũ rationibus intellectis quibus aſtrologiæ uani
tas ĩnoteſcit: ex eo ꝑſuaderi ſatis poteſt: quod inter initia opis diximus: ſũmos earũ artiũ
magiſtros & in illis tractandis apprime fœlices/non modo non adhibuiſſe ſuis operibus
aſtrologicas obſeruationes: ſed eas uel cõtempſiſſe/uel etiã cõfutaſſe. Columella quẽ ali/
bi quoq; citauimus ille rei ruſticæ ſcriptor exactiſſimus quo loco traditurus eſt ꝓcepta tem
poꝝ obſeruãdoꝝ meminit ſuæ lucubrationis aduerſus aſtrologos: & uera inquit hæc quæ
nos pingui minerua tractauimus: falſa uero quæ imprudẽtiſſime chaldei pollicent̃: alibi
quoq; a nobis cõfutata: quare colligẽti ſic Ptolemæo m̃ta præuidẽt de ſtatu aeris agricul
tores: igit̃ nos plura certioraq; quãto illis cæleſtium reꝝ cognitione præſtamus: negabit
Columella eſſe in conſecutione ueritatẽ: qm̃ .ſ.hoc aſtrologicũ ſapere quo agricolis præ
ſtant/non eſt ſapere/ſed deſipere: hoc eſt non plura q̃ illi ſciunt: ſed plura fingunt ma/
gnitudine rerum circa quæ mentiuntur profeſſionis ludibrium prætegentes: quam indu/

bie cum aliis honeſtiſſimo loco uita recepiſſet/ſi tam bonas artes: tam neceſſarias: agrico lationem: medicinam nauigatoriam: redderet meliores: ſed depræhēſa ſæpius uanitas & fallacia a prudentiſſimis legum latoribus: eos cocgit ut ſeueriſſimis interdictionibus illā ciuitatibus eliminarent. ut primo libro declaratum a nobis: ne ſimul & bonas & mentes & artes: occultiſſimis ſuis uenenis inficeret: quæ quantum ab gregariis his quas dictaba/mus artibus in futurorum præſenſione uincatur: uel hinc innoteſcat: ꝙ inter nauticos & agricolas/& paſtores/de eorum pronoſticis mire cōuenit: inter aſtrologos nihil adeo ut nihil dubitet Aboaſar iter capere nō petaſatus: quo die Ptol. aquarꝫ eluuiē denunciauerit

Caput XX Non omnia que ab aſtrologis predicuntur de primis qualitatibus dependere.

Xcutere iam uolumus quæ de primis poſſint qualitatibus dependere: quoniam id tertia aſtrologorum ratio expoſcere uidebatur: & Ptol. non alia uia quæcun/qꝫ fiunt fieri probat a ſyderibus quod apoteleſmatici eius libri declarant: & aſtrologi oēs huc ſe ſemper recipiunt quotiens aut nihil ſuperſtitioſe dici a ſe defendūt quoqꝫ per natu ræ ueſtigia non ꝓcedat: aut nihil rurſus cuius reddi manifeſta ratio nō poſſit. Fere enim ad has confugiunt qualitates quotiēs cur hæc iuppiter/illa ſaturnus: alia alius faciat pla netarum/interrogantur: in quo illos & ſibi & ueritati parum conſona loqui parte opis ea mōſtrabitur qua rationes aſtrologici dogmatis refelluntur/ fruſtra uero perfugiū hoc illos ſibi parare preter ea quæ diximus/ multa quoqꝫ declarent: Inter quæ illud primū oc curnt: futurum ut in fati ſortitione plus āni tempus faciat quo quis naſcatur: ꝗ quæuis a/lia diuerſitas conſtellationis/ſiquidem plus quoqꝫ facit ad intenſionem remiſſionemque primarum qualitatum: ꝗ quæuis alia uel poſitio ſyderum/ uel mixtura radiorum: Adeo ſemper æſtiui dies hybernis calidiores/etiam ſi quantū uis æſtate rigeat/torpeatque ſatur nus. Contra ſemper æſtiuis hyberni frigidiores etiam cum ardet mars medioque furit flā matus olympo. Quod ſi fati differētia oritur frigore & calore ſiccitate & hūiditate plus minuſque uigentibus: Sequitur omnino damnatos etiam ſemper frigido ſato quicunque nati hyeme fuerint præ his qui nati fuerint per æſtatem/præſertim ſi(quod illis eſt neceſſa rio defendendum)plus hanc aeris ſic affecti cælitus qualitatem ꝗ ſeminis & materiæ pro xime conditionem ſequuntur. Præterea ſi tuetur hoc Ptolemæus quod eſt illi pro fundo naturalis aſtrologiæ/ut per primas qualitates reliqua faciant radii planetarum: non de/bet in hominum genituris aut mores aut fortunam aliunde uaticinari: ꝗ ex ea conſtella/tione quæ corporis habitum facit atqꝫ demonſtrat: quando hinc omnia conſequātur. Et pariter in uniuerſalibus uaticiniis una erit res inſpiciēda/quis futurus aeris ſtatus: hoc in ſpecto reliqua patefiēt. Siquidem pro caloris & frigoris/pro ſiccitatis humiditatiſque mo do cætera diſponūtur: At non ita uel alii uel ipſe Ptolæmeus/cum ſæpe quæ de moribus in priuata geneſi: quæ de fortuitis caſibus dicunt/ minime corporis temperamento reſpō dent ea ratione qua ſolent ad hos cetera referri. Nec quæ de tempeſtatibus āni totius his congruēt: quæ de morbus/de peſtilentia/de annona/de bellis pronunciabunt: quare. ſ. a diuerſimis iſta conſtellationibus inueſtigant: quod legēti tū aſtrologicos libros: tū aſtro logorꝫ uaticinia haud difficile conſtabit. Non igitˀ ſuæ ſuperſtitioni faciē hanc prætendāt hōeſtamētūque methodi naturalis: ut eatenus ſe ſubiicere res hūanas ſyderibꝰ dicāt: qua tenus aeris corpiſqꝫ diſpoſitio in ꝗlitatibꝰ primis a cælo depēdet. Nā hoc qdē igrediēs ar/

Prima ratio

Secūda rō

tem aſſerenſq; eã quaſi poſſibilẽ dixit Ptolemæus: ſed in ꝓceſſu explicatuq; dogmatũ nec obſeruauit/nec potuit ſaluis profeſſionis iuribus obſeruare. Alioquin quod dicebã pau/cis conſtaret aſtrologia: cui tantũ de aeris diſpoſitione & habitu corporũ foret dicendũ. Reliqua ex his pauciſſimis datis regulis quis e medio ſibi cõiectaret: Sed & inumera ſunt in Ptolemæi libris & alioꝝ q̃ de materiæ q̃litatibus primis originẽ ducere nullo mõ pñt.

Caput XXI Nec noxas elementorũ: nec dãna noſtrorũ corpoꝝ eſſe a cælo.

e X his quæ modo diximus illud facile reiici poteſt quod tertio loco ad aſtrolo/giæ aſſertionẽ ſupra in mediũ afferebatur. Nam cũ dicitur ſi mutationes aeris a ſyderibus: igitur & peſtilẽtiæ cataclisſmi/& exuſtiones/& caritas anonæ. Negamus: neq; enim ſequitur: immo hæc qui dicit: quid ſit cælũ ignorat: nã quid aliud ipſum in natura tota corporea/q̃ in particulari quolibet corpore ipſa uis continẽs totũ ne diffluat ne diſſoluatur. Quod cor in animali fons uirtutis illius/qua ſeruatur integritas ordoq; mixturæ/& membrorũ inuadentiũ iniuria propulſatur: ſciat igitur qui exceſſus elementorũ unde incendia & cathaclisſmus contingit: Vnde caritas morbi ac peſtilẽtiæ/cælo refert accepta: nõ aliter errare/q̃ qui noſtri corporis morbos/uicia/cauſationes/ in ipſam regentẽ corpus naturæ refert poteſtatẽ cuius eſt illa curare/nõ facere: ſopire nõ excitare. Quæ ſi ſunt uera: patet aliud: item eſſe qualitates primas/aliud qualitatũ primarũ receſſus & de/trimẽta cælitus fieri/niſi negemus aliud eſſe iura & magiſtratus oẽs ciuitatis/ aliud quod in illis delinquitur opere boni principis originẽ trahere. Vt igitur philoſophus dederit quic/quid eſt in elemẽtis ordinariũ & naturale auctorẽ habere cælũ: neſcio tamẽ qua ratione ſit conceſſurus etiã inde eſſe ꝙ deficiũt/ꝙ naturæ preſcripto & legibus uariant/cum ſit potius illud philoſophorũ dogma ꝙ elementa maneãt intra fines/& ſuo iure contẽta negociũ mundo nõ faceſſant a cæleſti eſſe natura regente & moderãte fluxibilẽ & erraticũ nu/

Obiectio

merũ rerũ corruptibiliũ. Sed inquies quãdo mihi conceſſeris alias ſtellas facere frigidi/tatẽ/alias caliditatẽ: nõne ſequitur illud Vt frigidis ſtellis prædominãtibus/ elemẽta frigi/da inualeſcãt: calidis calida: Quod ſi dicitur non eueniat etiã: ut concurſu magno frigida

Prima rñſio:

rum conſtellationũ frigiditas ita aquarũ exuberet: ut eluuionibus terra mergatur. Contra calidis ualde potentibus/fiant exuſtiones. Facilis reſponſio nec una tantũ primũ de do/minatu planetarũ atq; ſignorũ quæ finxere aſtrologi: ut falſa ſint poſtea demonſtrabitur. Quid inquã ita planeta quiſq̃ imperabit cælo: ut in hoc mundo prodigioſa producant

Secunda

præſertim mala: Cum cæli opus ex omniũ luminũ cõſpiratione diſſultet: ita tota illa ſu/periore ſemper temperatur armonia: ut ſicut in ipſa omnia conſonant: ita per eam nihil diſſonet nunq̃ in inferiori mũdo: in quo quotiẽs inconcinnũ aſperũ/diſcors auditur/ad tactum cæli ne referatur: ſed ad quattuor iſtas chordas citharæ ſublunaris quæ de mordi

Tertia

nata materia: impuraq; contactæ cæleſti plectro ad numerũ illas ſemp concordiãq; mo/uente/cõtumaces interdũ inueniũtur. Poſt hæc ſubtilius conſiderandũ eſt: ſi præfecta uariis elemẽtis uaria ſydera ſunt: ideo eſſe præfecta ut perficiãtur elemẽta ipſa: Quare erit quodlibet elementũ tanto perfectus: quãto p̃ſes ſtella fuerit potentior: ꝙ ſi perfectio par/tiũ perfectioni totius nõ repugnat: imo cum toto partes labefactãtur: nõ ꝑtinebit ad ele/menti perfectionẽ: ut natura tranſgrediẽs ordinẽ occupet cætera: Sed tunc erit perfectum cum ab ordine curſuq; naturæ nihil deflexerit: a quo certe deflectere tã poteſt excedẽdo: q̃ deficiendo. Quo circa ſi p̃ſit igni mars/quãdoquidẽ in ſubiectam qualitatẽ fieri nihil

conuenit a ſtella:quod ordini bono naturæq; legibus non conſentiat nõ minus compe
ſcere tumultuantem/q̃ ſuſcitare torpentem cæleſtis præfecturæ officium fuerit. Poteſt igi
tur id concedi ut ſint quatuor primæ qualitates a cælo:nec tamen horum delicta/ tranſ/
greſſiones/tumultus a cælo ſint.ſed a materiæ motibus inordinatis/ cæleſtis diſciplinæ
legibus uſquequaq; non obſequentis: Ut propterea credam nec Platonem/nec Ariſtote/ Plato:
lem in Timeo:uel in Metheoris iſtas elementorum tyrannides temporarias ad conſtel/ Ariſtoteles:
lationum uim ullam unq̃ retuliſſe. Conſtat autem ex dictis non modo noxas elemento Damna no/
rum:ſed & eadem ratione damna corporum noſtrorum/cæterorũq; animantium in cæ/ ſtroꝝ corpo
lo cauſas non habere. Quod quidem & potiſſimum inter omnia corpora/ & ordinis & rum in cælo
beneficientiæ titulis inſigne/nec ea debet efficere/quæ ſunt opera potius tumultuãtis ma cãs nõ habe
teriæ uel deficientis.quare quod de elementis diximus:licet de humoribus itidem dice/ re.
re in noſtro corpore illis reſpondẽtibus:ſi præeſt atræ bili ſaturnus:mars rubræ:alius ſan
guini/pituitæ alius: non aliud magis horum planetarũ opus/q̃ frenare has qualitates &
continere ſub cõcinnam uitæ diſpoſitionem. Nec cum præpotens erit ſaturnus ſuſcitabi/
tur atra bilis:ut reliquos perdat/totumq; labefactet:ſed ordinatius/ compoſitius/ melius
ſe habebit:Idem de rubra dicendum/cum regnauerit mars:quandoquidem illorũ radii
& natura ſua benefici ſint/ac ſalutares/nec agunt inſtar ignis ſed quemadmodum calor
inſitus nobis uegetalis/animæ manu recte operatur ad finem certũ pro ſalute uiuentis:
ita lumina illa uitalia intimæ mentis ſiue animi organa/non ad perniciem unq̃: ſed ad
cõmodum corporum ſubditorum & beneficentiam agunt/ſaturnus in atram bilem(ſiqui
dem illi præeſt)nihil unq̃ non ordinatum:non uiuificũ influet:quare nõ excitabit illã ad
exitium animalis:ſed moderabitur ad conſeruationem.Nec habebũt a ſtellis ſuis humo Mors nõ eſt
res/cũ illæ præualuerint/quo magis & uiolentius agant:ſed quo moderatius atq; uiuaci/ a cælo.
us.Non q̃ mors a cælo:ſed a materia cum uitio proprio/quæq; qualitas ita denegauerit:
ut præfecti ſyderis diſciplinam non ſuſtineat:ſed uel euaget᷑ in modica/uel remiſſa defi/
ciat.At noſtri diuinatores/qui ſe cæli ſicut interpretes ita patronos & defenſores faciunt
non tam morbos irritatu nimio primaꝝ qualitatum:ſed & uitia ipſa cæcitatem: ſurdita/
tem referunt ad ſtellas:&(quod eſt deteſtabilius)etiam ipſa mõſtra:quo nihil dici / nihil
cogitari poteſt abſurdius.nam quid aliud monſtra q̃ peccata naturæ.Hæc autem nemo
unquã philoſophus retulit ad efficientem cauſam/præſertim indeficiẽtem.ſed omnes ad
materiã. Nec ita quiſq̃ delirauit/ut diceret mõſtrificos partus culpa fieri uirtutis informã
tis.Quæ.ſ.dei acta manu nihil delinquat/ſed accuſant materiã ſitu/uel quãtitate uel q̃/
litate male formabilẽ & opifici ſuo cõtumacẽ atq; rebellẽ. At lõge maior inſania cæli uir
tutẽ dãnare q̃ ſeminis. Quæ tanto minus errare poteſt atq; deficere/quanto ipſa natura
potentior/& dominã & artifici iunctior/a quo nõ aliter q̃ per ipſum iſta ſeminaria uirtus
inferior regitur atq; format᷑.Nimis igitur abſurdum putare cæleſtium motus & cõfigura/
tiones(ſi modo uariant iſtæ configurationes efficientiã planetarum aliter unq̃ ire atq; cõ
poni:q̃ naturalis tenor & curſus exigit ordinatus reꝝ inferiorum. alioquin naturæ iſte or/
do cuius tranſgreſſio monſtrũ ubinam ſedet.ubinã habet originem:ſi non hæc in cælo.
aut quomodo ſuã ſatis uocẽ audiunt:quo rem malam/inordinatam non naturalẽ cuius
origo uitiũ & infirmitas/primis aſcribunt naturæ cauſis/omniũ optimis/ordinatiſſimis/
& potẽtiſſimis.Vere ergo dixit Auerrois/qui crediderit martẽ aut ſydus aliud quoquomo Auerrois.

do diſpoſitum nocere corporibus/aliena credere ab omni philoſophia. Sed ita eſt cer//te nulla profeſſio cælo magis iniuria aſtrologica ſuperſtitione: quæ quicquid a nobis fit preter ratione͂ culpa uoluntatis/quicqd in materia euenit præter ordinem uicio temerita/tis/labiliſq; materiæ: id totum ſyderibus ambit imputare: nec putat illorum ſaluã digni/tatem: ſi non illis indigniſſima quæq; accepta referrantur.

Caput XXII Ingeniorum & morum uarietatem non omnino pendere a primis qualitatibus.

u Erum enimuero ſi nõ faciunt ſydera malas corporũ affectiones ipas ſalte͂ cor/porum faciũt diuerſitates: nõ morboſas: nõ uicioſas: nõ cauſarias: ſed intra fi/nes integritatiſq; naturæ media inter ſe temperamenti rõne diſtantes. Sequens enim hoc uidetur oĩo ut ſi primarũ quatuor qualitatũ ſydera ſunt auctores: ut. ſ. a satur/no naſcantur ſiue cõcipiant̃ corpora ſicciora & frigidiora/calidiora ſub marte: humidio ra ſub uenere: atq; ita de reliquis: quã temperame͂ti diuerſitate͂ ſolet diuerſitas ingeniorũ & affectionũ animi conſequi: nõ quibus cogamur: ſed quibus irritemur. Sed hic poſtea lo cus latius pertractabitur. Illud aũt uideamus: an ingeniorum & morum hinc naſci diſſi/militudo poſſit. Nam ut aliquo modo uerũ/falſum tamen aliqua ex parte. Conſequit̃ enĩ qualitatum in corpore prepotentium modus quoq; nõnihil affectionũ/ ut proniores ad iram bilis efferueſce͂s: ſegnes pituita: ſanguis hylariores: triſtes atra bilis efficiat. Sed hoc opdido q̃ generale nec euidentiæ ſemp reſpondet: nec ſatiſfacit occultioribus quibuſdã & maxime propriis ingenioꝝ cõditionibus. Dixi nõ ſemp euidentiæ reſpõdere/qm̃ eſt in terdũ inuenire homines te͂perame͂to corporis q̃ ſimilimos ſtudiis tame͂ (nõ quæ fecit ele/ctio: ſed naturæ ꝓpenſio) diſſimillimos. Vidi ego ſub uirginea facie ferinam imanitatem: ſub truci uultu & aſpernabili: mitem & amabile͂ manſuetudine͂: Alios frontis gratia/oriſ/q; uenuſtate: letitiã perpetuã preſeferentes/intus æſtuare mœroribus: & ſibi eſſe faſtidio. Alios quos tu iudices plane ſaturni eſſe mancipia/hilaritatibus atq; facetiis omnia ſere/nare/quæ poſſunt alias a primis qualitatibus uires germina conſequi conſenſu fere phi/loſophorum: hoc eſt quæ nec primæ illæ quatuor: aut filiæ aut ape͂dices ſunt. Ad quas e͂t multa referri plane non poſſe quæ de morum diuerſitate uaticinãt̃ aſtrologi paulo poſt declarabimus.

Caput XXIII Neq; bella neq; externa a primis qualitatibus pendere.

i Llud uero nimis ridiculum ſi poſſũt ſydera facere frigus æſtum aliaſq; quali/tates poſſe etiã bella. ſeditiões: poſſe urbes euertere/impaq; ꝑmutare. Nec mi/nus poſitioni redicula ratio. Nã excitata inquiũt bili in corporibus regum & principum æſtu animi flagrantiore fiant auidiores iniuriæ uel reponendæ uel inferendæ. Obeatam Italiam & perpetua pace florentem: ſi pituitoſos habere tibi prin//cipes liceat/magnũ hoc bonũ atq; diuinũ paruo conſtare poteſt: unciola una lecti phar/maci bile͂ educentis ſi rite principibus diuidat̃ his qui magis belicoſi totũ nobis pacabit orbe͂. Hæc qs cõfutet potiuſq̃ irrideat. quaſi hæc demũ belloꝝ cã quaſi ne magis auari/tia q̃ ira: nõ cupido: nõ occaſio ſpeſue potiũdi. Nõ ſimultates & odia quæ ſunt apđ aſtro logos a ſaturno potiuſq̃ a marte. Nõ i͂terdũ amor ipe iuſtitiæ bella ſuſcite͂t atq; tumultus

Belloꝝ cãc. quaſi nõ ſepius ſit animis regũ ꝑ bile deus. nunc bonos exerce͂s ad uirtute͂: nũc puniens malos miniſterio ſæpe maloꝝ quos ille carnifices in mundãda repu. & quaſi uiſibiles de

mones habet. Veꝝ hic quãuis deridicula dicũt aſtrologi uident̃ tñ aliquid dicere. At ex/
ternaque ꝓ noſtris humoribus nihilo uariant̃: quomodo referent ad iſtas quatuor quali Externa.
tates: exilia: dignitates: diuitias: egeſtatẽ: liberos: uxorẽ: amicos: inimicos. habent inquit
Ptol. affinitatẽ: cum animo & corpore: ut cũ animo quidẽ: honor & dignitas: cũ corpore
uxor atq; diuitiæ/ Quæ iſta affinitas o Ptolemæe. ut fortuita hæc animi corporiſue cõdi/ Ptolemæus
tionẽ ſequant̃ An q̃d ſoletis dicere. ſi quẽ martis influxus efficit biloſum/ eidẽ & uulnera Quæſtio.
& uiolentã mortẽ infligit: quoniã bilis ardor ad rixas incitet atq; ad arma/ iter quæ mors Solutio.
ipſa familiariter habitat. Verũ ſolet a nobis id maxime ſyderũ opus exiſtimari/ cũ homo
mitis: in ocio degens nulli cõtumelioſus: in pericula tamẽ: in gladios: in inimicitias: fa/
tali ui quadã trahitur quaſi nolẽs: pariter bellicoſus homo/ era bonũq; ut dicit̃ irritator: Confutatio
plenus dierum: illeſus domi obeat inter ſuos: Cur igitur ille martio calore deſtitutus gla
dio tamẽ oppetit/ quod eſt opus martis: hic in pace moritur: q̃ ꝙ marte fere ipſe calidior.
Præterea poſſint huiuſmodi quædã nõnihil ꝓſeferre cõmercii cum his quæ intra nos ſũt:
quare ad habitũ corporis referant̃: illa qua ratione differentiam corporis animiq; cõſe/
quientur: uxor: diuitiæ dignitates: & quæ hoc genere alia ſunt profecto ne ſomniare qui/
dem hoc licet. Quapropter & ipſe Ptol. primo capite libri apoteleſmaton: ubi ſuã ſtruit
rationẽ de ſyderum efficientia: nõ aliud colligit q̃ ꝙ aliquo modo cõſequens erit corpo/
ris. ſ. atq; animi quatenus hæret corpori/ diuerſitatẽ ab aſtris ꝓuenire. De fortuitis rebus
nihil adicit eo loco. ita enim ſcribit. poterit igit̃ dicere quis quocunq; tẽpore ſtatus ambiẽ
tis ꝯ nos aeris ſit futurus. Sed & ꝓprium cuiuſlibet hominis habitũ & temperamentũ intel
ligeet ducto de ſtatu aeris argumento cũ formabatur. Quare dicere poterit quale corpus
& equalem animũ ſortiretur. Tum quomodo ſucceſſu tempoꝝ ſe habebit: preuidens. ſ. fu/
turam aeris diſpoſitionem tali temperatura corpori cõuenientem/ facere ad eius incolu/
mitatem/ uel diſſonantẽ occaſionẽ dare morbi & egritudinis. Hæc ibi Ptol. in q̃bus quẽ/
admodum apparet nulla mentio ſuper externis. Mox uero ꝓximo capite ubi iterat dicta
nectitq; ſequẽtibus exteriora etiã adiicit quaſi de illis quoq; ꝓbaſſet/ forte falli putãs poſ/
ſe lectorẽ cui iam ratio excidiſſet/ ex qua illud deduci cõprobariq; dicebat̃. Quare ſi de/
derimus Ptolemæo mutari materiæ primas affectiones/ humiditatis & ſiccitatis/ frigoris
& caloris/ pro conditione ſtatuq; ſyderum. minime tamen cõceſſuri ſumus eſſe ſydera di
uerſos hominum uariantia caſus.

## Caput XXIIII Occultas uires cæleſtibus nõ ineſſe per quas occultas inferiorum rerum proprietates producant: ſed calorem tm̃ lumenq; uiuificum.

r Eſtat diſcutiendũ an ꝑter effectricẽ uim qualitatum iſtaꝝ occultiores in ſyderi
bus uires eminẽtioreſq; ſint p quas facere multa poſſint quæ p primas illaſ qua
litates facere nõ poſſunt: ſicut ſua quadã ꝓprietate magnes ferrũ trahit: peonia
caducis opitulat̃: & aliis rebus inſunt aliæ ꝑtãtes ipſis materiæ primis affectionibus & no Confutatio
biliores & efficaciores. Hoc ratio quarta cõtendebat aſſerens nullo mõ poſſe uirtutibus
hmõi nõ abũdare ſtellas: ſi (q̃d ab oĩbꝫ fere philoſophis dicit̃) beneficio ſtellaꝝ tales do/
tes terrena ſortiunt̃: tũ cum nobiliſſima corpora ſint/ nobiliſſimiſq; dotibus ꝑdita eſſe ne
ceſſario. Sed neq; nobilitas hoꝝ corporũ: nec ꝙ ab illis occultæ mirabileſq; terrenoꝝ cor
porũ uires eſſe dicant̃: argumẽtũ eſt quo cogamur uirtutes tales/ hoc eſt cẽ aliquã præter
eã quã diximus cũ calore uiuifico ꝑtãtem/ in natura cæleſti ſitas oppinari. Nam ut poſtre

mum hic primitus exequamur/nõ accipiunt recte qđ dicit/ ſortiri cælitus uires inferiora corpora quibus ea faciunt quæ p quatuor primas qualitates effici nõ poſſunt. Fluunt illæ dotes & ptãtes a principiis intimis ipſorũ corpoꝝ. hoc ẽ ab coꝝ formis ſiue dicere mauis eſſentiis: porro cælũ ſicut formã dedit quã motus ille cõſequit: ſic dare illis tales uirtutes dicit. Quarũ tamẽ diuerſitas a diuerſitate fit/nõ cõſtellationis ſed mixtiõis: ex cuius ua/ria ꝓportiõe alia atq; alia forma diſſultat. Atq; hoc ipm ad cæloꝝ ptinet dignitatẽ ſiqdẽ q̃ diuidũt in multitudinẽ apud ordinẽ iferiorẽ/ea ſimplici actu & eminẽtiore collecta/poſ ſidet ordo ſupior. Proinde ſi iſta ſublunaris tã multiformis/tã numeroſa turba corporũ caducoꝝ: infirma/tumultuaria/particularis: anguſta: ad cæleſte corpus æternũ indefecti bile: ſimplex: amplũ uniuerſale refert. Ita rationi maxime cõſentaneũ qcqd uiriũ: quicqd ꝑfectionis in ptes ſectũ & diſtributũ inferioribus eſt/a corpore illo primo ꝓuenire. Om/nes aũt pariter licet tã uarias tã multiplices unica ſua dote luminis & caloris cæleſtia lar giunt. Quæ plus minus ex ſerie ſyderibus cõicata/facit illoꝝ inter ſe ordinem potius q̃ diuerſitatẽ. Nec remotius inquirendũ quæ dos iſta: quæ ſit iſta ꝓprietas: diximus ſæpius illã nec indigere demonſtrãte quæ ſeipam/& alia cũ ſe oĩa ipa demõſtrat: lux. ſ. oibus eui dens: quæ de moto corpore ꝓfluẽs afflanſq; calorẽ indicat fere nobis occultũ myſterium diuinitatis & ptãtem in motu: in luce ſapiam. in calore figurat amorẽ: quibus mouet illu ſtrat: creat: pficit: ſeruat oĩa: primus ille deus: primus oĩum: inquã ſicuti primum eſt inter oĩa corpora cælũ preter hãc triplicis ab uno corpore ordine quodã pẽdẽtis efficaciæ præ/rogatiuã/qd in cælo deſideramus. aut quid illi deeſſe nobis uidet ad ſũmã perfectionem naturæ corporalis & principatũ inferioris mũdi. Multiplicibus inſigniri diſtinguiq; pro prietatibus arrogat: dignitatem imperfecte naturæ: perfecte uero derogat: cui proprium: ut dixi/ſimul collectum in uno poſſidere quod partiario poſſident inferiora diuiſim quod utique priuilegium ſi perpetuo motui corporis & calorifico lumini non conueni/ret utiq;: preter ipſum inquirendum eſſet aliud in cælo quod actu ſimplici ambiret com. plectareturq; uirtutem corporũ quorũcunq; corruptibiliũ. Sed in eo ſi plene hoc reperit alia cõminiſcendi nõ eſt neceſſarius labor. Repitur aũt indubie/ſiquidẽ ſine illo res ulla corporea nec generare/nec genita exercere ſuas optiones põt. Tolle eni ipm cũ ſuo calo/re: nec pæonia caducis opitulabit: nec iacynthus ſanguinẽ ſiſtet: nec reubarbaꝝ bilẽ edu cet. Et ſicut rerum quæcũq; agũt in nos ceſſaret efficacia/ſi caloris itimi noſtri fomẽto nõ excitaret: ita ceſſaret & uirtus corpoꝝ illoꝝ & calor ipe uiuentiũ: niſi cæleſti calore & fo/uerent ſeorſum: & inuicẽ copularent. Actus igit & pfectio uirium quæcũq; rebus terrenis inditæ ſunt: hoc ipſum lumen calorofícũ eſt/quatenus quidẽ calet: ſicut oĩum calor rur/ſus pfectio eſt/quatenus lucet. Et quẽadmodũ nec uideri calores/nec oculi uidere ꝑterq̃ lucis iſtius beneficio poſſunt. Ita nec dotes corporũ quorũcũq; aut cõſiſtere ipe: aut ſe affi cere inuicẽ poſſunt ſi motus illius atq; caloris ope deſtituant. Quare ſicut ad dignitatẽ decorẽq; pertinet cæli: qui pro tanta coloꝝ diuerſitate uno ipſius natiuæ lucis ſplendore coruſcent: ita fuerit ſuæ perfectionis/ꝓ multiplici materialiũ uirtutũ numero unã poſſe/diſſe uirtutem: & illis oĩbus nobiliorẽ: ſicut oẽs colores lux antecedit: & perfectã illarum cõſtitutionẽ ſicut lux oĩum colorum perfecta cõſtitutio eſt: nec plus detrahi putemus di/gnitati cæli ſi particulares iſtas dotes ſtellis abnegamus: q̃ quod ipſũ quoq; cælũ nec fla/uum credimus/nec ceruleũ/neq; praſſinũ/nec purpureũ: quæ ſicut in terrenis ſpecioſa &

Magna lu/cis dignitas

Deus lux ue ra.

neceſſaria uarietas: ita nec poſſibilis in ſyderibus/nec decora.

Caput XXV Si ſua cuiq; ſyderi & propria uis concedatur: eſſe tamen illam uniuerſalem.

i Am ſi contẽdat aliqs ut preter hãc omnibus cõem ꝓprietatem motus luminis atq; caloris/ſuã habeat quæq; ſtella ꝓpriam influẽtiã: nõ magnopẽ: q̃q̃ poſſim illi reſiſtam. Sed admonebo diuerſas iſtas uirtutes: quibus ĩter ſe differũt/ hoc tamẽ cõuenire/ꝙ oẽs uirtutes cæleſtes ſunt. Quicqd aũt in cælo eſt/& ſi cõparatũ uniuerſitati cæleſtiũ particulare aliqd eſt: idẽ tamẽ ad ſublunaria ſi referat̃ (ut maxime ſit anguſtum) uniuerſale eſt. uniuerſale cũ dico/ita intelligi uolo/ut totã corruptibilis mundi pfectionẽ claudat in ſeipſo. alioquin celeſte nõ erit/ut parte iã declaratũ: mox quoq; latius explicabit̃. Quod ſi concedat̃/nihil iuuabũt rẽ aſtrologicã ſyderũ iſte dotes peculiares: ſed erit quidẽ iouis alia q̃ ſaturni ꝓprietas: uerũ nõ ꝓpterea efficiet apud nos aliď iuppiter ꝙ ſaturnus: quare pariter oĩa p hanc ſuã ꝓprietatem uterq; facere poterit. Iouia uirtus differt a ſaturnia nõ negabo. Sed nulla uirtus corpoꝝ inferioꝝ/quã & iouia æque atq; ſaturnia: & ſaturnia æque atq; iouia nõ cõtineat: generet: ſeruet: efficacẽ reddat/ atq; pfectum. Dicam primũ cur ita ſit. De hĩc quomodo ſtet/cũ iſta cõmunione diuerſitas in utroq; & ꝓprietatis & actiõis. Cæli natura nõ uidet̃ aptius ſimul & breuius explicari poſſe/ꝙ ſi dixeris cælum unitatem eẽ omniũ corpoꝝ: ſane nulla eſt multitudo quæ nõ a ſua unitæte depẽdeat: nihil in uniuerſo/quod nõ ab uno quaſi ſontali capite deriuet̃. Et quẽadmodũ in exercitu legio quælibet ad prefectũ ſuum: totus exercitus ad unũ refertur imperatorẽ: ita quæuis ſeries rerũ generis cõmunione ſibi cõſentiens: habet ſuum principiũ a quo deducit̃: a quo fouet̃: regitur: & cõtinetur. Quæ cũ ſint multa principia quaſi multiplex unitas ad ſimpliciſſimã unitatem primi principi poſtremo redigit̃. Eſt autem quemadmodum omnis numerus quodãmodo ĩ unitate: tota ciuitas in rege: totus exercitus in imperatore: ita ſuo in principio ſui quaſi gregis uirtus omnis atq; perfectio. Verum quod in illa gregaria (ut ita dixerim) cõditione: diuiſum: mancum: infectum: interminatum eſt. Viget in capite interminate cuiuſdam unitatis ſingulari cõplexu: purum efficax atq; pfectum. Quo ſit ut nihil conſequẽtis corporis eſſe in capite: & rurſus in capite totũ corpus eſſe dicatur. Ita quod eſt primum inter ea quæ ſunt in effabilis deus & nihil eorũ eſt quæ ſunt: & rurſus omnia eſt eminentia quadam principalis naturæ/& omnimodæ poteſtatis: Corporeum ergo genus a quo principio dependebit/potius ꝙ a primo corpore loco & dignitate. hoc autem eſt cælũ. Vere igitur quod dicebamus/cælum unitas erit omnium corporum/de quo negari poſſint omnia quæ ſint corporum aliorum: & omnia etiam poſſint affirmari: negari quidẽ. quoniã quod in illis formatum uarios habet fines: quod diſcretum multiplex imperfectum/in cælo nec characteres eos formæ. nec eam pariter habet diuerſitatem. Affirmari ꝙ omnia illa ſimul/non poteſtate materiæ: ſed uirtutis amplitudine/& originalis naturæ ſublimitate concludit. Quæ ſi cæli natura eſt/certe nulli nõ cæleſtium uenit: nec ita exiſtimandum/ut totum quidem cælum totam contineat perfectionẽ corporum inferiorũ: pars uero partem. Nullum id foret cæli priuilegium ſed pars quælibet cæli totus eſt mundus inferior: exceptis quæ in mundo ſunt: ſed non ex mũdo. Hoc pytagorici ſignificaſſe uidentur allegorica quadam ſua ſententia qua ſoliti affirmare/totam hanc regionem ſublunarem unam eſſe ſtellam: & in qualibet cæli ſtella omnia

Allegorica pythacoricorum ſnĩa.

eſſe quæ hac noſtra regione uiſuntur:ſic in luna:tum quatuor elementorum : tum ualliũ eſſe montiumque diſcrimina:ſed & ſtirpes & animantia quæcunq; apud nos ſunt : ita in uenere : mercurio : reliquiſque ſyderibus : quo typo certe non aliud nobis declarant : q̃ quod aſtruere uolebamus/nullam eſſe in cælo ſtellam quæ non ambiat totum quod eſt ſubluna : alioquin illæ cæleſti natura non erunt/ ſi non falſe ſuppoſitum atque pro/ batum : nihil uerius dici naturam cæleſtem / q̃ unitatem naturæ corporæ. Tum q; hoc fuerit cælo dignum priuilegium:quod tanta uaſtitate & numero luminum innumera/ bili/ſublunaris demum anguſtiæ bona complectatur. Eſt igitur in uirtute cuiuſlibet ſtel læ / uirtus omnis corporum caducorum:nec hoc differunt diuerſarum ſtellarum uir/ tutes/quod aliis aliæ rebus præſint:cum præſint omnibus omnes. Nec quæ fuerit altior præſtat inferiori latiore complexu:hoc eſt plurium rerum : ſed nobiliore / eadem conti/ nens & quæ continet inferior/ſed unitius longe q̃ illa & eminentius. Videri poteſt hoc idem in mentibus ſeparatis & animantium cognitione. Nam ſicut omne corpus a cælo ita uis oĩs cognitiõis particeps pendet ab intellectu. Intellectũ uoco nõ noſtrum/q ratio dicitur:ſed angelorum/quos philoſophi mentes & intellectus uocant. Hic ſibi ſuper/ eſt ad intelligendum/nec aliquid infra ſe:|nec in aliquo infra ſe incipit /quod intelligit. Non fallitur/non laborat. Et quod in omni genere cognitionis poteſtatibus uariis di/ ſtributum excellit/id unica poteſtate excellentius longe q̃ ſit in illis/ poſſidet : in ſeipſo ueritatem conſpicit / tangitque præſentem certitudine ſenſus. Habet apud ſe illam di/ labentibus rebus imaginaria facultate : peruidet cauſas & ſpecies rerum tam corporeas q̃ incorporeas perſpicatia rationali/non rationalis ille /uel ſenſualis/uel imaginarius: ſed per intellectualem proprietatem nobiliore conditiõe:quod in illis perfectum eſt col ligens:reiicit quod imperfectum. Eſt enim in nobis cognitio phyſica aliud a mathema tica:mathematica aliud a diuina. Nam phyſicam ratio cum ſenſu cõſequitur: mathema ticam cum ſantaſia:diuinam cum mente & intellectu. Porro mentium nulla eſt etiam deſpicatiſſima que non omnem ueritatem in ſuo lumine uideat/quam nos illis ſcientiis artibuſque/uel attingimus certe uel anhelamus. Eia igitur cõparemus iſta corporeis ſunt in nobis hæ artes atque ſcientiæ: ſiut in tota cognoſcente natura uaria genera cognitio/ num/id quod in corporum turba diuerſarum uirtutum uaria priuilegia. Eſt omnis co/ gnitio participatio quædam luminis intellectualis:eſt corporea omnis uirtus participa/ tio quædam facultatis cæleſtis. Quãq̃ ſicut illa euidentius in ratione:ita perfectius hæc elucet in ſpiritu cordis. His ita poſitis agite uideamus an recte dixerit quiſpiam ſi de mẽ/ tibus illis defluant intellectuales radii alios fore qui phyſicos faciant nõ mathematicos: alios mathematicos non diuinos:alios diuinos potius q̃ phyſicos/uel mathematicos:at q; ita hæc lux erit/ut iſta ſtudia/penes naturæ diuerſitatem mentium ſpirantium/nõ a ra/ diorum ab eadem mente ſuo ita conſilio uoluntateq; proficiſcẽtium:puto rectius ſentiet qui nihil eſſe credat huiuſmodi:quod & largiter dare quæuis illarum non poſſit : & quæ non ſua quidem/more ſyderum/libertate donet ſed natura:& ſi cõtingit ut hoc potius in de/q̃ illud munus excipiatur/nõ ad dantem in oĩa æque liberalem:ſed ad captũ accipiẽ tis conditionemq; dicat eſſe referendũ. Quod ſi queadmodum diximus ita ſe habet ſtel la ad corruptibile corpus:quod ad noſtrum attinet hoc propoſitũ:ſicut mens ad deſecti bilẽ cognitionẽ. pariter erit dicendũ poſſe ſtellam quãlibet ex ſe dare quicqd corpus ſub/

ditum/quodcunq; ſit illud/accipere natum eſt:ut iam afflatus oculti diuerſitatem nō aſ/
flātis ſtellæ/quod aſtrologus putat/ſed afflatæ materiæ diuerſitas faciat Dixi afflatum oc
cultum/quoniam ſyderis actio per lumen atq; calorem/pro intentione remiſſiōeq; radii
poteſt eſſe diuerſa:quod ſuperius explicauimus:ſed in occultis iſtis ꝓprietatibus ꝑ quas
ipſa ſe quaſi ſtella propagat/effunditq; ſuas/ut ita dixerim/ſpecies & imagines: ſicut illa
non apparet intentio atque remiſſio:ita nec ullam agendi diuerſitatem ponere perſuade
mur. At inquies uirtus iouis & ſpecies iſta diffuſa diuerſa/eſt certe a uirtute ſaturni. Fateor
ſed nō ꝓpterea diuerſam rē effecturam:cū nulla ſit res in ſublunari mundo quam non u/
trauis facere poſſit. Quænam igitur actionis diuerſitas. facit utraque idem:ſed alia idem
facit alio modo:nobiliore nobilior/& eminentior. Quamq̄ neſcio ſi de iſtis uirtutibus
ita ſtatuamus:an efficatior forſitan in nos uirtus inferior:non quia loco proximior: ſed
quia naturæ cognatior:ſed alterius operis hæc inquiſitio. Hic tantum aſſerimus / ſi præ/
ter lumen atque calorem ſua cuique ſyderi proprietas concedatur. Ita defendi poſſe om/
nes uniuerſales:ut nullam faciant ex ſe diuerſitatem inferiorum. Poſſemus tamen conce
dere uim aliquam particularem illis/contrahentes ſcilicet ſydeream poteſtatem. Atquæ
ita concedere/ut nihil hoc tñ adiuuaret aſtrologos:ut ſi omnes quidem ſtellas in om/
nibus ſemper idem operari:ſed non omnia in omnibus concedamus uerum aliud aliam
ad hoc exemplum: Conſtant corpora quælibet ex materia & forma : putet igitur aliquis
ita ſe rem habere:ut quæ attinent ad materiam tria minora ſydera faciant/luna / uenus/
atque mercurius:diuiſis officiis:ut materiam ipſam luna regat:ad formam uero diſpona
turr a uenere & mercurio:a uenere per quantitatem/dum ſit ordo /figura/compoſitō/de/
coir debitus in partibus:a mercurio per qualitatē /dum formabili mobilitate ſuſcipiende
formæ congruas induit affectiones:atque ſunt formæ manentis a ſuperioribus tribusſtel
lis in hunc modum:ut ꝙ forma ſit habeat a ſaturno:ꝙ det eſſe & uitam his quæ uiuunt a
ioue:ꝙ moueat intus excitetque ad operandum a marte. Quod autem ſe res quælibet ip
ſa diffundat:& per diffuſionem notificet atque propaget/ad ſolem potiſſimum referetur
cuius eſſe uideatur opera/tam materiam uincere de qua ſibi ſimile parit : q̄ & generatio
ipſa & manifeſtatio. Quid ſi igitur different opera planetarum/quod & ultro concedi//
mus:non ratione/non fide experimentorum:non auctoritate Platōis Ariſtoteliſue coa/
cti:eſſet tamen tunc quoque omnis diuerſitas rerum inferiorum/non a cælo/ſed a cauſis
inferioribus/agente illo quod eſt ſuum ſemper in omnibus/eodem modo/ſed opere uari
ato:tum a proximis cauſis/tum a diſpoſitione materiæ:particulares magis q̄ uirtutes in
ſyderibus ponere:quando nec iſtas uniuerſales nulla ratio perſuadet:poſſet de quibuſdā
alter ſuſpicari ſine piaculo/& cum doctorum etiam auctoritate non nego:ſed quod ſe//
quens liber oſtendet/ſiquæ huiuſmodi nec ſunt ille quas aſtrologi dicunt/nec illis affici/
mur eo modo quo credunt.

Caput XXVI Epilogus huius libri cum reiectione quarundam rationum aſtro/
logorum in ipſos argumentantes.

e Xaminauimus naturales omnes mutationes/rerum inferiorum quæcumquæ
cæli opera eſſe uidentur:nam de fortuitis hominum caſibus in quintæ rationis

ſolutione dicemus/nec repertum in illis quod faueret aſtrologis/ſed occaſio data potius multa obiiciendi/ut ſit quod eos anagyrin iſtam cõmouiſſe pœniteat Et enim quid colligimus inde aliud ꝙ radiis luminarũ affici corpora ſublunaria. Sed nec alia affectiõe ꝙ caloris/nec alterius caloris ꝙ uitalis/nec cuius actio aliter immutaret/ꝙ pro ſitu ſyderis uel ex propinquo/uel e directo nos magis irradiantis. Ex his principiis omniũ effectuum reddidimus rationẽ:quoſcũq; fide experiẽtiæ in teſtimoniũ ſui dogmatis afferebãt:in qua reddenda nõ confirmari aſtrologiã ex illis obſeruatiõibus ſed infirmari patebat:& quid illi uel fallerent/uel fallerent/ubiq; detegebat. Sic falſo apparuit credi ab illis uim ſolis exſiccatricẽ/aut lunæ parum ſalubriter humectatricẽ & frigidã:falſo fingi in luna uim occultam præter motũ & lumẽ quæ mare reuocet & effundat:falſo noxa partus octimeſtris rerum fieri ſaturnũ:falſo ſignis aſcribi/quaſi uirtutis poteſtatiſq; diuerſæ:quod ꝓ ſitus tãtummodo uarietate ſolis radius operat. falſo criſimos dies & periodos febrium/ad lunæ motus/uel aliorũ ſyderũ referri. Deniq; tantũ abfuit/ut ex iſtis a ſole lunaq; mutatiõibus argumentũ ſummeret ad fidem decretorũ aſtrologiæ ut inde in ſuſpitionẽ falſitatis non mediocriter adducat. ita enim argumentabat ſub luna ſi quis cubet:mẽbra occupat torpor /& cu ea echinni ſimul implent:frigefacit igitur & humefacit. Sollẽ torridum ſenſus atteſtatur:igitur ſiccum. Nos e diuerſo ſic inſtamus/luna implet echinnos : igitur calida eſt:demonſtrauimus hæc ex Ariſto. ſtupent frigore dormiẽtes ſub ea:igitur calida eſt. Declarauimus hoc aperta ratione/quo pacto ſcilicet id eueniat. In plenilunio fauet cõceptibus alit corpora/creſcens roborat uegetat:igitur calida eſt. Probauimus ex. Hyppocratæ ex euidentia ipſa. De ſole pariter appellamus ad experientiã/qua patet illius radiis ſpiritum. Vitæ omnẽ uiuificari:id uero non eſt ſiccæ poteſtatis/ſed ſalubriter calidæ. Nec difficile fuit declarare/quo pacto uel ex accidenti uel ſiccet uel exurat/immo frigefaciat etiã ſol:luna frigoris & humoris cauſa eſſe dicatur:licet ſydus utrũq; uiuifici tantũ luminis & caloris ſua natura ſit auctor. Sic itẽ colligebant : uidemus a ſole & luna manifeſto noſtra corpora permutari:nec igitur de aliorũ ſyderum influxibus dubitandum eſt. Ar hoc ipm de aliis nos in dubiũ trahit:quod de ſole lunaquæ uidemus:quot ſcilicet ab eis ita corporum diſpoſitiões uariari deprehẽdimus:ut reliquas ſtellas aſymbolas potius iudicemus/ꝙ in partes operis aduocatas ſiquidem lunæ lumine decreſcẽte ſemper humiditas in corporibus attenuatur/augeſcit ſemper illa creſcente. Cur igitur ſi quod putant aſtrologi de aliorum ſyderum efficientia uerum eſt. Cur inꝙ non interdum humili planetæ cum dominantur iacturam luminis lunaris ſartientes/humiditates non augent : ut liceat nobis aliquãdo ſyderum beneficio:etiam in nonilunio ſucculentas oſtreas cenitare. Cur inuicem illa plena nunꝙ ſaturni ſiccitas atque martis ius cæli pro legibus aſtrologicis/uſurpantium corpora deſiccat:& ceſa ligna defendit a carie:potius ergo fauent obſeruationes iſtæ tollentibus poteſtatem planetarum/ꝙ aſtruẽtibus:ſicut & his potius / qui ſignis efficatiã nullam tribuunt/ꝙ qui plurimã:alioquin cum a luna mouet mare: ſicut uolũt nec ipſi negamus:cur in aquaticis ſignis poſita/nõ plus mouet ꝙ igneis nec minus in ſiccis deniq; ꝙ in humidis. aut cur luna nõ facit uberiores acceſſus humidis iũcta planetis ꝙ exſiccãtibus. Et qũo ſi uera,quæ ꝑdicunt de duodeci locis:quas appellãt domos:qũo illũ cõſonat:ꝙ ab ortu ſcãdens luna/quo plus ſũmo ꝓpinquat fortius agit in oceanũ atq; ita fortius ex. xii. loco/ꝙ ex horoſcopo:quo tñ loco lãguere fieriq; imbecillimã omniũ ſyderũ

Argumentũ aſtrologorũ

Aliud argumemtum

Retorquet primrimum Ariſto.

Hyppocrates.

Solutio ſecundi.

Alia ratio aſtrologorũ

poteſtatẽ affirmãt potius igit̃ ſtant nobis contra illos iſta experimẽta/ꝙ ut contra fidem aſtrologorũ opinionibus arrogent: niſi quẽadmodũ dicebat Phauorinus/ut ſupra etiam tetigimus: quia oceanus quaſi lunæ comes cum ea ſimul ſeneſcit adoleſcitq;/putant ar//gumentũ eſſe ad perſuadendũ omniũ rerũ humanarũ & parua & maxima tanꝙ ſtellis atq; ſyderibus euincta duci atq; regi. Sed longe diſpar/atq; ut idẽ aſtrologos ludens iacta/bat/nimiſq; imepetũ & abſurdũ eſt: ut quantũ æſtus oceani cũ lunæ curriculo cõgruit negocium quoq; alicuius quod ei ſorte de aquæ ductu cum riualibus apud iudicẽ eſt. Exiſti/memus ipſum quoq; quaſi habena quadã de cælo uictũ gubernari.

Caput XXVII

[r]Eliquũ ut poſtremã argumentationẽ diſſoluamus petitã ab euentis humanis in quibus alia ita uires noſtras excedãt: aut præter meritũ & rationẽ eueniant ut decreti fatalis/& cæleſtis potẽtiæ uim aſtruere uideantur: hoc nos ita ſolue/mus ad præſens ut oſtẽdamus habere ſuas cauſas hæc omnia ſatis apud nos: nec apparere quicꝙ in omnibus/quod auctorẽ cælum deſideret: hoc eſt nihil in curſu rerum eſſe hu/manarũ: unde ſuſpicio naſci debeat facta hominũ fatis regi & gubernari. Nam per initia quidẽ libri ſequentis nõ ſoluentes iam/ſed arguentes/hæc imprimis cælitus nullo modo fieri poſſe docebimus: in quibus iſtam uim fati agnoſcere ſibi iſti uident̃. Ea uero deniq; duo ſunt magna uidelicet atq; mala. Dicamus primũ de magnis: uel ad animũ pertinẽt iſta: uel ad externa. Sic enim nobis & Alexãdri fœlicitatẽ/& præceptoris ingeniũ ac do/ctrinã obiectabant. Incipiamus igit̃ ab his quæ ad animũ pertinent. Admiraris in Ariſtotele conſumatã ſcientiam rerũ naturalium: ego tecũ pariter admirror. Cauſa cælũ eſt in/quis/& conſtellatio ſub qua natus eſt: nõ accedo: non tam uulgata ratione/ꝙ nati eodẽ aſtro multi nõ fuerunt Ariſtoteles: ꝙ ꝙ præter cælũ ſub quo tanꝙ cauſa uniuerſali & boetriæ ſues. & philoſophi actici pariter germinãt: cauſæ proximæ ſunt Ariſtoteli ꝓpriæ & peculiares: ad quas ſingularẽ eius profectũ referamus. Primũ utiq; ut ille inquit ſortitus eſt animam bonã: & hanc utiquæ non a cælo/ſiquidẽ immortalis: & incorporeus animus/quod ipſe demonſtrauít: nec aſtrologi negant: tum ſortitus eſt corpus idoneum ut tali animæ famularetur: nec hoc etiam a cælo niſi tanꝙ a communi cauſa: ſed aparentibus. Elegit philiſophari. Hoc & principiorũ opus quæ diximus: hoc eſt animi & corporis: & ſui arbitrii ſuit/profecit in philoſophia: hic arrepti propoſiti & ſuæ induſtriæ fructus. At pluſꝙ philoſophantes multi/pari ſtudio atq; labore. Fuit in cauſa doctrina præceptoris: & fœlicitas ſeculi in quo æditus ueterũ pleni monumẽtis: ſed non exactis ne & labor nõ adeſſet inchoandi & perficiendi bonas artes materia nõ deeſſet. At profecit plus lõge ꝙ coetanei & ꝙ diſcipuli. Sortitus erat nõ aſtrũ melius: ſed ingeniũ melius. Nec ingenium ab aſtro/ſiquidẽ incorporale: ſed adeo ſicut corpus a patre: nõ a cælo. De quo nos tanto loquimur/ꝙ aſtrologi honorificentius quãto cauſa uniuerſalis particularibus cauſis di/uinior & eminẽtior. Quod ſi captus exceſſit ingenii humani uel Ariſto: uel philoſophus alius: erit cauſæ hoc nõ oĩo deterioris quale corpus oẽ ꝓptereaq; celeſte eſt: ſed melioris hoc eſt diuinæ: ſicuti Socrates maior mea ſnĩa omniũ philoſophorũ ſapientiã ſuã non ſyderibus natalitiis: ſed aſſiſtenti numine retulit acceptã. Quare plus cælo damus ꝙ oporteat: ſi diuinitatem animorũ a corporeis illis radiis demittimus: minus ſi corporeas diffe rẽtias quæ de priuatis rebus accipiũtur illi quaſi particulari cauſæ tribuimus. Minus aũt

Quare Ariſtoteles cõſumatus philoſophus

omnino q̃ deceat cũ deformitates ipſas noſtras/& labes mẽtiũ aſcribimus ſtellis: qđ eſt unũ ex illis quibus maxĩe mouebant̃ ad aſtra cõfugere/q; apparẽt ĩ hominib9 multis ab/ ſonæ quædã appetitiões/pter leges humanitatis: quæ nõ intrinſecã hoc eſt humanã: ſed extrinſecã habere cãm uideant̃: & quia potẽtẽ ideo ſyderẽa. Ego uero ab illis quæſierim/ cur pgnãs mulier terrã comedat libẽtius & carbones/q̃ exquiſitũ omne genus eduliorũ. Et ſi mõſtrifici deſiderii nõ aſtrũ ſed fœtũ cãm iuenerĩnt: admonebo cãm pariter eorum quæ demirant̃/in corporis tẽperatura potiuſq̃ in cælo eſſe quærẽdã. Dicerẽ apud impro/ bos quoq; demones: ſed a corporeis eos abducerẽ. Certe pter corporis habitũ quãtũ faci/ at ad hõi portẽtoſas affectiões cõſuetudo ueriſſimo poſſum exẽplo d̃clarare. Viuit adhuc homo mihi notus pdigioſæ libidinis & in auditæ Nã ad uenerẽ nunq̃ accẽdit̃/niſi uapu let: & tñ ſcælus id ita cogitat. ſæuiẽtes ita plagas deſiderat ut increpet uerberãtẽ/ſi cũ co lentius egerit: haud cõpos plene uoti/niſi eruperit ſanguis: & innocẽtis artus homĩs no/ cẽtiſſimi/ uiolẽtior ſcutica diſeruerit: Efflagitat ille miſer hãc operã ſummis pcibus ab ea ſemp fœmĩa quã adiuit: pbetq; flagellũ pridie ſibi ad id officii aceti infuſiõe duratũ & ſup plex a meretrice uerberari poſtulat: a qua quãto cedit̃ durius/eo feruẽtius incaleſcit: & pa ri paſſu ad uoluptatẽ doloreq; cõtẽdit: unus inuẽtus homo qui corporeas delitias ĩter cru ciatũ inueniat. Is cũ nõ alioquin peſſimus ſit/morbũ ſuũ agnoſcit & odit quoniãq; mihi familiaris mltis iã retro annis/qđ pateret̃ libere patefecit. A quo diligẽter tã inſolitæ pe/ ſtis cãm/cũ ſciſcitarer/a puero inquit ſic aſſueui. Et me rurſus cõſuetudinis cãm interrogã te: educatũ ſe cũ pueris ſceleſtiſſimis/inter quos cõueniſſet hac cedẽdi licẽtia quaſi precio quodã/mutuũ ſibi uẽdere flagitioſa alternatiõe pudorẽ. Hoc ego factũ licet graue aurib9 liberalibus: iõ nõ ſuppreſſi/ut cognoſceremus euidẽtia ipſa quãtũ illis affectibus ualeat cõſuetudo: ne quaſi cãm habere terrenã nullã poſſint: cælũ ſtatim accuſemus. Nã id qdẽ aſtrologus ſi audiat/dãnatã dicet fuiſſe uenerẽ in hominis genitura: & aduerſis fortaſſe: aut alio mõ minitãtibus radiis martis flagellatã. Veniamus ad res externas/in quib9 ale xander pponebat̃ cuius tãte/tã repẽtina fœlicitas: undenã ortum haberet quærebat̃ niſi haberet a cælo: Facilis rñſio: a uirtutibus. Alexandri quales habuit multas neceſſarias im peratori: fortitudinẽ: liberalitatẽ: laborũ tolerãtiã: peritiã rei militaris: ægregiã litteratu/ rã: & quas alias enumerare nõ eſt neceſſe: ab exercitu quẽ nactus eſt: & ſub patre Philip/ po exercitatiſſimũ: & bñficio regiõis bellicoſiſſimũ: & ob liberalitatẽ exẽplũq; uirtutum a mãtiſſimũ ſui. Ab ignauia populoꝝ quos ſupauit: uñdictus a patruo pugnaſſe cũ fœmĩs. A fortuna quæ in reb9 bellicis plurimũ dñinat̃. Fortunã uero cũ dico cælũ nõ dico: ſed eã cãm cuius meminit. Ari. ſecũdo lib. phyſicæ auſcultatõis: & quã uulgo fortunã dicius atq; his uerbis ſolemus exprĩere: ita ſors tulit/ita euenit: ita res cecidit p quã fit ut ludẽtes teſſa ris aut iaciãt qđ uolũt aut q nõ uolũt: hec ẽ illa cæca nũcupata quæ pter illas q̃s dixĩus & ſimiles cãs: Cæſares: Syllas: Auguſtos: Alexãdros: fecit: q̃ p ſe nec depẽdere de cælo: nec idẽ ẽe qđ fatũ: nec puidẽtiæ derogare diuinæ: & qđ demũ/aut ẽe: aut nõ ẽe poſſit: qm̃ pxi mo lib. late differẽdũ eſt hic dicere non oportet: ubi aſtrologos non aliis magis q̃ Aqui/ natis Thomæ quem hi ſumme ſibi fauere putant/armis opprimemus: quod uero ad id attinet qđ principaliter hic tractat̃: Nego iquicq̃ in terris adeo magnũ fieri uel uideri: ut auctorẽ cælum mereat̃. Nã miracula quidẽ animi/ut diximus/cælo maiora ſunt: fortune uero & corporis (ut q̃ maxima ſint) cælo collata minima deprahendunt̃: ut quid recte di

Vide portentoſum exemplum libidinis:

Alexandro unde tanta fortuna in bellicis rebus.

Fortuna.

Thomas.

xit Phauorinus. Nihil magnũ in terra ꝑter hominẽ: nihil magnũ in hominc præter mentẽ & animũ. huc ſi aſcendis cælũ tranſcẽdis: ſi ad corpus inclinas/& cælũ ſuſpicis: muſcã te uides/& muſca aliquid minus At quẽadmodũ quidẽ in illo nigro agmine formicarũ: ſunt quæ aliis ꝑſtent robore/magnitudine: ſunt uictoriæ: bella: paces officia: labores: hegeſtas: diuitiæ. Quæ cõtẽplãtibus nobis omnia exigua & nullo diſcrimine nihil ſunt ita noſtra iſta corpuſcula: noſtræ fortunæ: noſtri reges: noſtræ ꝓuinciæ: bella: fœdera: nuptiæ: cælo ſi comparent̃ nihil ſunt penitus: cui tota terra collata / cuius unã portiunculã inter ſe homines igne ferroq; partiunt̃: indiuiduũ punctũ eſt. Non ergo ea eſt magntudo rerũ terrenarũ ut alterius eſſe ꝙ cæli opus non poſſit: Quo ſi digna nõ ſunt/quæ inter nos digna ſunt: quãto magis erunt indigna: quæ indigne etiã fiunt a nobis. ut flagitioſos euehi ad dignitatẽ. Socratẽ perire iudicio ſtellicatoris: & enormia id genus/quæ quotidie multa & uidemus: & patimur. In quibus imprimis elucefcere fatũ: & cæleſtis decreti neceſſitatẽ ait maternus. Quem ego cũ aſtrologis aliis libẽter interrogauerim: cur errata noſtra tãtopere ambiant ſtellis imputare: & cũ ipſi peccamus libẽtius inde cælum/ꝙ nos accuſare. quaſi aut mirabile eſſet nos errare/pronos & malos ab adoleſcentia: aut errare illa poſſint aliquãdo iuſſis optimi dei incõmutabili ſemper ordine famulãtia: Damnant̃ inquiũt innocẽtes/facinoroſi præmiis afficiunt̃ a quibus quæſo principibus. iuſtis an iniuſtis. ſi a iuſtis nec cælũ ſatis erit tãto miraculo: ſi ab iniuſtis/quid cælo opus eſt/ubi deſpectrix cæli malicia ſatis eſt. Quærit Ariſto. in ꝓblematis: cur fere idẽ ſemper boni & pauperes: cumq; multas afferrat cauſas & ueras & facetas: nullã tñ affert a cælo: ut qui. ſ. ſcitet ſentes & tribulos: nõ cælũ germinare: ſed terrã. At cautus homo & prrudens: qđ maxime fugiebat diſcrimẽ incurrit: euadit alius periculũ/cui ſe temere ſæpius expoſuerat. Quid eſt qđ admiremur. cum nõ minus hæc nuũꝙ euenire: quaſi eueniant ſæpe pro miraculo ſit habendũ: horũ cũ plerunq; fiunt cã quærenda eſt/ prius quidẽ proxima: Hæc ſi deeſt/remotior & occulta: cũ de raro & fortuito nõ eſt alia cã inueſtigãda: ſi eorũ ſatis meminimus quæ ſapiẽtiſſimus Ariſtoteles & ſecũdo libro phyſicæ auſcultationis: & ſexto primæ phyloſophiæ ſcriptum nobis reliquit.

Phauorinus

Ariſtoteles.

Obiectio.

Reſponſio.

Ioannis pici Mirandulæ diſputationum aduerſus aſtrologos libri tertii finis.

## IOANNIS PICI MIRANDVLAE DISPVTATIONVM ADVERSVS ASTROLOGOS LIBER QVARTVS.

Caput primum Qui mos in diſputando ſeruatus & deinceps ſeruandus. Tum ſi det̃ aſtrologis quod maximum dant theologi: aſtrologiam tamen nihil eſſe.

n Oſter hic fere in diſputando mos: ut ſiquid & ponat aduerſarius qđ & dari ſine piaculo & cõtra rõnabiliter negari poſſit/negemus id potius nos ꝙ demus/ẽt ſi ſit tale quo cõceſſo nihil magis cõficiat ille ꝙ cõtẽdit: atq; iſta ſerie pueniẽtes ad id qđ maximũ poſtulare põt / oſtẽdamus ẽt id ſi det̃ qđ iure negari poſſe declaratũ eſt: minime tamen colligi quod arbitratur. Sic enim & res ipſa quæ uenit in diſputationem tota per ſua membra particularius exploratur: & quam multa gratis accipiat aduerſarius intelligit ꝙ quæ parum certam & abſurdam opinionem tueatur. Quæ tam multis

Mos diſputãdi auctoris mire conuincens.

uel nominibus ſalſa/uel certe dubia/tum utcũq; omnia ſe habeant ipſa omnino nõ eſſe
ſalſa nõ poſſit hũc morẽ ſeruantes cum aſtrologis primũ defẽdebamus tm̃ ſolis & lunæ

Ille mos quomodo obſeruatus in hac diſputatione

radios efficatiã habere permutandi res inferiores. Cætera ſydera nihil nobis influere ob
radiorũ uel diſtantiã uel imbecillitatẽ. Secũdo loco ſi dabať eis. id. ſ. nõ extorquentibus/
ſed impetrãtibus defluere ab omnibus aliquid in nos/oſtẽdebamus id tũ ab omnibus in/
tentione tantũ remiſſioneq; diuerſum effluere: hoc eſt lucẽ cum calore uiuifico: frigus aũt
humiditatẽ ſiccitateq; ab illis nõ emanare Tertio ſi faceret quatuor primas qualitates nõ
ſequi ut impræſſionũ quæ fiunt in ſublimi diuerſitas eſſet ab eis: aut ſi hoc foret non tamẽ
ab illis uel peſtilentias eſſe uel cathecliſmos uel exuſtiones: multominus uirtute primarũ
illarũ quatuor qualitatũ res eſternas & caſui fortunæq; ſubiectas a ſyderibus gubernari.
Quarto ſi primarũ affectionũ auctores ſydera crederenť: hoc eſt calefaciendi: frigeſaciẽ
diq;: tum humectandi & exſiccãdi poteſtatẽ habere nõ alias præterea illis dotes attribuẽ/
das per quas efficiãt multa quæ per uim qualitatũ illarũ fieri nõ poſſunt. Deniq; quales:
quales haberenť ſtellæ uirtutes & ꝓprietates eas uniuerſales ita eſſe ut nulla eſſet quæ nõ
ueram inferiorũ corporũ conditionẽ poteſtatemq; complecterenť. Quare agere illa om/
nia cum omnibus qđ eſt cauſæ ulis propriũ. Diuerſitatẽ autem eorũ quæ fiant & quæ cõ/
fingant omnẽ a ꝓximis cauſis uel liberis uel naturalibus uel fortuitis originem ducere:
Quæ nos omnia eo conſilio defendẽda ſuſcepimus ut intelligerẽt aſtrologi cũ aliter ſen
tiunt & aſſeuerãt/nõ cõ feſſa ſe dicere & manifeſta: ſed quæ nec certis ullis rationibus nec
euidẽtibus experimẽtis/nec auctoritate Platonis Ariſtoteliſue cõfirmenť. Sed in ãbiguo
poſita ſicuti ꝓpugnanť a quibuſdã/ita opugnenť a multis. Quibus ſi tota niterenť aſtro/
logia/nec infideliora ſibi fundamẽta locaret: nõ eſſet apud me penitus ruinoſa/ſed nuta
bunda: hoc eſt tam caderet illa mea ſñia/ꝙ uacillaret. Verũ ut aſtrologis demus ꝙtũ il/
lis Aquinas Thomas theologiq; permulti atq; philoſophi dare poſſe cõtendunt: nõ ma/
gnopere. ſ. refragante ratione/longe tamẽ minus acciperẽt/ꝙ accipere illos ſit neceſſariũ
ut aliqua aſtrologia non ſolũ apud nos ſed ſua natura/& apud ipſas angelicas mẽtes eẽ

Quid det thomas aſtrolo.

defendať. Dabit enim illis Thomas id qđ maximũ dari poteſt citra apertã calũniã ueri/
tatis. ut. ſ. omniũ planetarũ ad nos defluuia cũ uirtute ꝓueniant: & aliis alias ſtellis eſſe
proprietates nõ modo calefaciendi/frigefaciẽdi humectandi & exſiccandi: ſed occultio
res: Vnde uaria munera terrenorũ turba ſortiať: ut non omnẽ ꝓprietatẽ quã habent ho/
mines cæteraq; natura corporalis inferior a ſuis cauſis ꝓximis habeat: ſed aliquã etiam a

Nullam eſſe aſtrologiam etiam ſi illđ concedatur.

cæleſtibus: hoc totũ & nos præcario cõcedentes aſtrologis oſtendemus: nullã tamẽ iccir
co futurã hanc artem: quin de his maxime uaticineť ex aſtris quæ fieri ab illis uel indicari
non poſſunt: ẽt ſi fiant illa cuncta quæ diximus: atq; ita concuſſam uel ad interitũ priore
libro aſtrologiã nulla iã pacis uel idulgentiæ ſpe relicta diſputatio pſens fũditus euertet.

## Caput. II. Fortuita a cælo non eſſe.

f

Ortuitæ res pro quarũ bono uel malo euentu fortunatos uocamus homines &
inſortunatos hæ præcipue ſunt quæ ſicuti fatales in primis putanť & a cæleſti
decreto pendẽtes: ita prædictionũ aſtrologicarũ pars maxima & potiſſima ma
teria ſunt. Nã quæ per ſe cauſas ꝓximas habent/ut cõditiones animi & corporis nõ exige
re adeo ſuperiorẽ cãm occultioremq; uidenť/ꝙ quæ temere fieri caſuq; dicimus: quũ fieri
ſine ꝓxima cauſa uideanť: talia ſunt fœliciter uel infœliciter nauigare: peregrinari: mer

caturā facere: ſodientē terrā theſaurū inuenire: latronibus: beſtiis occurrere: regi placere: periculū euadere: bona ſeruitia/ mala ue ſortiri: domum ingredi mox ruiturā: & quæ alia hoc genere pter conſiliū pter opinionē miſeris & uere ægris mortalibus accidunt: de quibus ut quæ prorſus extra noſtrā manū ſint & extrinſecus ueniant in nos/ optamus maxime aſtrologorum audire ſententiā. Alioquin quo quis corporis habitu/ ſit uel a ſpeculo uel a medico ſciat: ſicuti & qualē mentē ſciat a ſeipſo: ſi modo mentē habet: At quæ fortuita nūcupamus/ ea ſunt quæ potiſſimū partes diuinatrices humana curioſitas expetit. Hæc igitur ante alia nullo modo de cælo puideri poſſe pbabimus: nec alia ratione q̄ qua utitur Thomas Aquinas: eo maxime loco quo fauere ſententiæ aſtrologorū uidetur: hoc eſt tertio libro contra gentes/ ubi fortunatos a cælo & fieri homines & inſortunatos dicere uidetur: ea ratio talis eſt. Virtus cæleſtis corporis nō agit intellectu uel electione: ſed quēadmodum natura agit/ naturæ propriū eſt ad unum tendere. Effectus igit qui nō eſt unus a naturali cauſa per ſe eſſe nō poteſt: at quæ ex accidenti concurrūt inuicēq; conueniūt: ea uere unum nō ſunt: ſed dūtaxat unum per accidens. Concurſus igitur huiuſmodi quē ſolemus fortuitū nuncupare/ nulla eſſe poteſt per ſe cauſa naturalis: ſed cæleſtis cauſa naturalis cauſa ut dicebamus. Ea igitur rerū huiuſmodi fortuitarū cauſa per ſe eſſe nō poteſt. Adiicit his exemplū/ quo ſimul declaratur quomodo nō eſt cauſa per ſe cælū huiuſmodi euentorū: ſed tm̄modo ex accidēti: inſtigatur inquit aliquis a cælo ad ſepulchrū ſodiendū/ accidit ei ut in ſepulchro theſaurus ſit: Quare fodiens ſepulchrū theſaurum inuenit: nō fuit hoc a cælo ut inueniret theſaurū præterq̄ ex accidenti: quin ex accidenti eſt eundē eſſe & ſepulchrū & theſauri locū: nam inſtigare hominē ad ſepulchri foſſionē in quo lateret theſaurus ut theſaurum inueniat cauſæ rationalis eſt & intelligentis: cuius propriū eſt rem unam ad aliā referre & ordinare: naturalis cauſæ non eſt/ qua dūtaxat ad unum fertur ut diximus qualem eſſe cæleſtem radium nemo diffitebit. Rō. ſ. Tho. Exēplū eiuſdem

Caput III Quomodo rerum fortuitarū cauſa ſit deus: quomodo angeli: quomodo cælum: quomodo nos: quomodo fortuna.

Vm de fortuitis rebus mentio fiat/ operæpretum fuerit altius explicare quæ ſint illarū cauſæ apud philoſophos atq; theologos: nam ex his quidem quæ hactenus diximus eſtimari poſſet in caſū nos illas dūtaxat temeritatēq; referre nūc improbādos eſſe aſtrologos qui ſeruare in his quoq; extraordinariis ordinē & certas cauſas conarētur/ ut nihil temere in natura/ nihil ſine cauſa legittima fieret. Quæ ſi qua cogitanda eſt/ illa uidetur potiſſimū eligenda quā aſtrologi accipiūt/ cælum. ſ. cū nec infra cælū talis ulla iudicetur potens. ſ. rerum omniū quæ ſub cælo fiunt: nec ſupra cælū dicūt uidelicet cū multa indigne præter meritū & rationē fieri uideātur/ quæ potius corporalis cauſæ quandā neceſſitatē q̄ prouidentiā arguant eligentis. Quare ut hos ſcrupulos extrudamus diſſerere quædam latius ſuper his rebus utile fuerit/ ut poſtq̄ a cælo gubernari hæc nō poſſe mōſtrauimus: nec unde & quomō gubernētur aperiamus: fortuita fieri dicimus quæ pter intentionē operātis eueniūt. Quare tm̄ in rebus humanis fortuna dicitur ut quæ ſolæ conſilio rationeq; fiunt. Exemplū tale quo ſuperius etiam uſi/ propoſuit agricultor terram ſodere culturā ſoli cogitans non theſaurum. Accidit ut theſaurū inueniat/ fortuito factum dicimus/ nec reperti theſauri cauſam aliam damus q̄ fortunā. Fortunam uero non intelligimus aut numen aut naturā: aut rem omnino aliquā cauſam talis euē/ Fortuita que dicantur Exemplum.

tus:ſed potius excludimus tantū fortunā factū dicentes/ac ſi dicamus ita euenit forte nō ex aliqua cauſa.nam ſoſſio quidē terræ cauſa dici non poteſt: cū non ſit terra/ quatenus terra eſt locus:Sed accidit eundē locum terrā ſimul eſſe latebraq; theſauri.Quapropter ſi quæras qua cauſa factum ut erueriт iſte theſaurū/nullā eſt afferre:cū non una cauſa/ſed fortuitus concurſus plurium hoc cauſarū effecerit. Propterea errabant qui fortunā in rebus eſſe negabant:quam opinionem ſecundo phyſicæ auſcultationis:& ſexto primæ philoſophiæ libro conuellit Ariſtoteles:Errabant autē non quia putarent quæ nobis improuiſa fortuitaq; ſunt ea nota prouiſaq; eſſe poſſe ſuperioribus mētibus:quare nihil abſolute ſimpliciterq; eſſe fortunā:ſed quod arbitrarētur huiuſmodi euēta neceſſario habere ꝓximā per ſe cauſam/nō intelligentes quo pacto quod eſt unum per accidens/cauſam minime exigat per ſe unam/ut hominē eundē muſicū eſſe & bellatorē cauſam nullā habet: alioquin ſi ſimul eſſent ꝓpter aliquā cauſam ordinē inuicē haberent ex illa cauſa:quæ autem ſibi temere accidunt:ut bellatori eſſe muſicū/muſico eſſe bellatorē:patet ea inuicē ordinē non habere:quare nullā habet per ſe agentē cauſam:ſed ex accidēti tm̄:ſic recte Peripatetici caſum & fortunā defendūt in rebus neceſſitatē exterminātes:ſed errāt ex eis quidam deteſtabilius q̄ qui auferūt caſum pernegātes.ſ.aliter iſta fieri q̄ fortuito hoc eſt nullo cōſilio ſuperioris cauſæ/nulla ꝓuidentia:pullulat enī peſtilētiſſimus hic error ex īpietatis radice qua creditur aut nō cognoſci/aut ſi cognoſcunt̄ nō curari a ſuperis res humanas qui alibi rationibus reuincet̄:ubi cōtra philoſophos impios erit diſputatio:nūc ueluti pro iudicato falſus abiiciat̄/auctoritate omniū theologoꝝ totiuſq; philoſophoꝝ familiæ & Ariſto.peripateticoꝝ principis in moralibus libris/tam ubi de fœlicitate q̄ ubi de bona fortuna diſſeruit/nā illic cura eſſe hoīes deis ꝑcipueq; ſapientes:& hic nota eſſe deo ſenſibilia oīa ꝑterita atq; futura & in his dirigi nos ab eo clariſſime aſſeuerauit quod in libro quoq; de mūdo/libro utiq; Ariſtotelis ſapiētia digno cōfirmauit quem platonica illa de diuina iuſtitia ſentētia quaſi oraculi cuiuſdā coronide terminauit.Si igitur curant humana dei:ſic enī loquimur:ut cuſtodes angelos: & intelligentiū cauſarū ſerū ordinē/cōplectamur dei ueri cōſilio ꝓuidentiaq; famulantē.Si in q̄ hoc uerū eſt nemo dubitauerit inſtigatos ab illis hoīes ea ſæpe facere quæ ſunt homini nō ꝓuiſa non ꝑcognita illis uero ſapiētiſſima ꝑcognitione diſpoſita.Vulgatiſſimū eſt exemplū de ſeruis eodem miſſis a domino ut conuenirēt ignaris tamē domini uolūtatis:quoꝝ conuētus atq; cōcurſus ipis ſeruis inopinatus atq; fortuitus/domino ꝓuiſus & ꝑordinatus eſt:ſic ꝓcurās utilitatē pauperis agricolæ cuſtos angelus poteſt ad eum locū effodiendū īuitare motibus occultis:ubi nouit angelus eſſe theſaurū:ut quod pauperi fuit fortuna conſiliū tamē āgelo fuerit/hoc reſpiciēs Aurelius Auguſtinus quīto de ciuitate dei libro nō inquit cauſas quæ dicunt̄ fortuitæ:unde & fortuna nomē accepit nullas eſſe dicimus:ſed latentes eaſq; tribuimus uel ueri dei uel quorūlibet ſpirituū uolūtati.Dixit quorūlibet ſpirituū:quoniā tā a bonis hoc fieri poteſt angelis q̄ malis/licet nō omnia poſſint mali quæ boni:nec idem utriſq; finis: ſed bonis quidē cōe hominū bonū:malis uero malū:fruſtrāte illoꝝ tamē malitiā bonitate diuina dum in bonū ordinat redigitq; quicquid ab illis mala fuerit uolūtate patratū. Sed hæc alibi latius Proclus platonicus in cōmentariis in Thimeū eadē rōne qua & Auguſtinus fortunā definiuit eſſe demonicā poteſtatē congregantē inuicē cauſas inter ſe diuulſas:nec differt a peripathetica determinatione qua dicit̄ fortunā eſſe in electione hu/

Alius error deteſtabilis.

Liber de mūdo Ari. ſapia dignus

Auguſtinus.

Definitō fortunæ a Proclo aſſignata

mana cauſam aliquid efficientē ex accidēti: ſed altera cauſam remotiorē occultiorēq;: al/
tera proximā notāq; reſpexit. Dixit enī Proclus demonicā poteſtatē q ita uocent platoni
quaſcūq; mētes inter hoīes poſitas & intellectus ſupiores a particulari & ꝓxima rerū no/
ſtrarū cognitione ſemotas. Declaremus exēplis hæc quomō fiant ubi & cælū in his quid
agat intelligamus. Domi erat Lucius & foris quidē qd agere nō habebat/uerū ſedit ani/
mo tamē exeundi ſnīa ſimulatq; egreſſus domo eſt/ruit domus/fortunatū dices qui peri/
culū imminēs ſic euitauerit: cuius rei cām a male pio philoſopho ſi quæſieris: ſed & male
philoſopho reſpōdebit caſu ita factū/nec aliā cām requirendā: ſi quæras ab aſtrologo in
benignā hoc aliquā radiationē refert fortunātis planetæ/cuius ope defenſus ille ſit a ru/
ina. Fallit̄ autē ratione ſuperius enarrata: qm̄ incitare Luciū ad egreſſum ne ſub ruina pe
reat cauſæ eſt intelligētis agētiſq; cōſilio & rōne: Qualis nec iouis nec alterius ſtellæ ra
dius: tm̄ eſſe hoc de cælo potuit ut ad egreſſum Lucii animus eſſet ꝓpenſior q̄ ad quietē: ſi
cut hoc quoq; ab ipo corpis habitu eſſe potuit/ex quo alii ſedētarii magis alii ābulatores
hoīes ſunt/ut ſi qua fuerit huius boni cōſtellatio cā/fuerit ex his potius quæ uegetes nos
reddūt & melius appetētes/quales martias dicūt/nō bn̄ficia quæpiā & defenſatrix a ma/
lis quādo ut ſæpius idē inuehamus. Sic. n. expedit ordinare illa inuicē radius non poteſt
egreſſum. ſ. tuitionēq; a ruina: ſed quēadmodum eligēti egreſſionē Lucio ſpaciādi gratia
fortuitū eſt: ut egrediēs mortis diſcrimē euadat: ita cōſtellationi ſignā mō talē eſſe cenſe/
mus/iuuāti illū ad motū/fortuitū eſt prorſuſq; accidētale/ut liberet a ruina: quo fit ut nec
cognoſcēs aſtrologus quid tūc influat cælū Lucio aliud ſit quod cognoſcat/q̄ auidū illū
futurū motus ābulationiſq;: ſed futurū ut ſimul domū & periculū fugiat ꝑcognoſci ab eo
poſſe nec thema nec ratio illa cōſentit. Vna igitur ſupeſt cā cui ꝓuiſum hoc nec fortuitū
eſſe potuit diuina. ſ. uellicās intus animū Lucii inſtigāſq; ad egreſſum/ne ſub domo mox
caſura diſpereat: quā. ſ. & caſurā idē numē intelligit: & ad eū finē ordinare Lucii exitum
pōt. De radio corpali ueutrū dici pōt: quare nec philoſophus ullus fortunā definiuit cæ/
leſtis decreti cōſtitutionē/aut genituræ factū/aut tale quippiā ductū a dogmate aſtrolo/
gorū: ſed aut ad ipm caſum inopinatūq; cōcurſum cauſarū ſe rettulerūt: aut ad ītellectua
les cās inuicē conciliātes ſuo cōſilio: quæ noſtræ ꝓuidētiæ fines effugerūt: ſic magnus ille
philoſophoꝝ dux Ariſto. quid ſit bona fortuna/quid mala/qd fortunatū eſſe/quid infor
tunatū latiſſime diſſerēs/ne dū decernēdo cæleſtiū meminit cōſtellationū: ſed nec inqui/
rēdo diſputādoq;: quia iſtā genethliacoꝝ opinionē nec dignam putabat/de qua philoſo
phus homo dubitaret: ſed uelut alia circulatoꝝ delirāmēta potius īter fabulas & ꝑſtigia
q̄ inter cōtrouerſias philoſophiæ deberet ānumerari: ipſe igit̄ Ariſto. in eo tractatu poſt
diligentē totius quæſtionis examinationē ita definit cū nobis bene ita fortuito euenit du
pliciter fieri ſolere: aut incidētibus nobis prorſus imprudēter in id quod bonū facit euē/
tum: aut q̄uis nō cōſilio deliberātioneq; impetu tamē ad id animi ductis: cuius ita ratio/
nem ignoramus: ut quo ille ſe fert obſtinatiſſime tm̄ rhemo ueloq; deſcēdamus: illud pri
mum ad caſum putat referendū: hoc ad diuinā motionē qua penitus ipſa uolūtas occul/
tis impulſionibus inclinet̄: quod paſſi ſolent illa dicere/ꝑſagit animus neſcio quid: non
poſſum aliter uelle huc rapior/alia cogitāti mens nō accedit: & ita cū ſui conſilii rationē
nullā reddere poſſint/ita tamē libitū ſibi/ita p̄iudicatū aīo ꝑtinaciter aſſeuerāt. Quo lo
co philoſophus Ariſtoteles & deo nota eſſe omnia/ut ſuperius diximus: & nihil eſſe ſub/

Exemplū ſupradictorū.

Ariſtoteles.

Ariſto. q̄ recte de deo & anima.

limius deo unde poſſit uolūtas noſtra moueri: quod magnū eſſe imortalitatis argumen/tū affirmat: Ex quibus oibus ita colligi poteſt rerū humanarū quaſdā fieri caſu/quaſdam natura/quaſdā electione/quaſdā diuino cōſilio: nā licet nihil fiat ꝑter dei conſiliū/ita tamen partimur ut fieri diuinitus ea dicamus quæ relictæ ſibi hominū mentes nō efficerēt: ſed peculiari numinis impulſu cōmotæ faciunt: ꝑter illā generalē ſummæ poteſtatis omnibus aſſiſtentiā/ſine qua nihil eſſe/nihil fieri/licet minimū poteſt. Sic quāuis ꝓpriū hominis ſit agere electione: regitur tamē interdū natura cū motibus affectionū corporaliū mācipatus iudiciū rationis nō expectat. Declarātur hæc uno exēplo: indicit rex bellū finitimis forſitan in cauſa natura regis eſt bellicoſa: cupida/irrequieta/forſitā nō tā paſſione ducitur q̄ ratione uel iure uendicādi quod ſuum eſt/uel iniuriæ reponēdæ uel aliis de cauſis. Poteſt præter hæc omnia ſpeciale dei conſiliū interuenire/ſemper iuſtū/ſemper rationale: licet non eius ſemper uel iuſtitia uel ratio omnibus pateat. Dei inq̄/conſiliū/& animātis ad bellū capeſcendū/& cum italibet armantis ad uictoriā: quo pacto loquitur apud Hyeremiā prophetā. Ecce ego mittā & aſſumā uniuerſas cognationes aquilonis/& Nabuchodonoſor regem babilonis ſeruū meū: & adducā eos ſuper terrā iſtam/& ſuper habitatores eius/& ſup omnes natiōes quæ in circuitu illius ſunt. Et apud Eſaiam: Aſſur uirga furoris mei & baculus ipſe eſt: in manu eius indignatio mea/ad gentē fallacē mittam eū: & contra populū furoris mei mandabo illum/ut auferat ſpolia/& diripiat ꝑdam & ponat illum in conculcationē quaſi lutum platearum: ipſe autem non ſic arbitrabitur & cor eius non ita extimabit.

Caput IIII Ad cælum non eſſe referendum/ſi quid a nobis fit ꝗ noſtras uires excedere uideatur: ſed pótius uel ad angelos uel ad deum. Atq; inibi de fato multa utq; diuina ꝓuidentia noſtram libertatem non tollat.

C Vm quid uero ab homine fit ꝗ eius uires excedere uideatur: inſolitis ſolet euētis admirabilibuſq; mortalitas noſtra concuti: uictaq; rerum magnitudine/ſuſpicari uim cauſæ potentioris/id agentis in homine atq; per hominē: quod humanæ uires facultatis excedat. Et hac quidem ſuſpicione/qui carneos tantum oculos habent/rapiuntur ad cælum/quo nihil ipſi maius uident: aut potētius ſentiunt: malæ ita cōpotes mentis/ut ad cauſam amentē expertēq; cognitionis id referant. Cui nec omne mētis humanæ conſilium ſatis eſſe credunt. Quod ſi reſpondeāt illa quidem a deo diſponi & ordinari: ſed a deo per cælum ſyderaq; compleri: quorum uirtus & efficacia tāta ſit: nimis q̄ abſurde dicere reuincētur: ſiquidē intercedentes iſtæ cauſæ inter deum & nos: ſicuti humiliores deo: ita ſubliniores hominibus eſſe debēt: nec quæ ratione conſilioq; peragūtur/qualia noſtra ſunt per irrationalia corpora/decet ab auctore primo diſponi: ſed quēadmodum ille elementariā molem/ut pote deteriorē/per cæleſtem quæ melior eſt/regit & moderatur: ita res humanas nō corporum ſed angelorū myſterio: qui natura dignitateq; mediant inter nos & deū/conuenit gubernari: quare cū a deo deſcendis ad terrā/deſcende per cælum: cum a deo deſcendis ad homines/deſcende per angelos. Sic angelum perſarū: græcorum: hebreoꝝ: legis apud prophetas ſuis populis prouidētes: & apud Platonem/omneſq; platonicos locales deos: urbibus: regnis: hominibuſq; præpoſitos: quorum mentionem quoq; factam ab Ariſtotele: & antiquior Iſidorus: & poſt Iſidorum Clemens alexandrinus in ſtromatis meminerūt. Neque nos turbet ꝗ indigne quædā inter/

Prophetæ
Plato
Iſidorus ātiquior.
Clemēs alexandrinus

dum iniuſteq; fieri nobis uidētur:ut ꝓpterea ad cauſam naturali neceſſitate non conſilio agentē/libentius recurramus. Nam ridicula ſane fuerint urbis uiliora mancipia:ſi de cō/ſiliis principis iudicare præſumpſerint:multo noſtra uel ridicula/uel ſacrilega potius te meritas:arbitrium ſibi uendicās primi ordinis ſapientiæq; diuinæ:quæ non in unius ho/minis:unius familiæ:unius urbis:ſed orbis totius utilitatem:nō ad ſeculū inſtans:ſed ad omnia pariter ſecula/oculū prouidentiæ/radiumq; ſue bonitatis extēdit. Nos hæc homū culi/immo noctuæ:talpæ:uere aſini:uere boues:& quidem ſeptimi diiudicantes:& deum reuocabimus ad examen. Qui ſæpius nec in illo/quantulūcunq; eſt quod habemus iu/diciū:ſed animi potius morbo iudicantes:iniuſte factum querimur quicquid fieri ipſi nol lemus. Et quis non aſſeueranter exclamaſſet dormitare deum cum iuſtus Ioſeph uenūda batur a fratribus:Quis non etiā nullum eſſe cum idem carcerē præmium caſtitatis acci piebat:Vide mox cum in egypto regem/uel a rege ſecundū:Vide patrem cū tota familia a fame redimentē. Vide prophetia nobilem:nec negabis a deo ſacta illa priora/per quæ ad iſta deinceps/ordine ſuo peruentū eſt. Sed & altius ſi ſuſpexeris ut ab illa tam impia mercatura rem eo perductā intelligas/ut deſcendens totus populus in ægyptum/diuque ibi attritus ab ægyptiis regibus/tam glorioſe in libertatē aſſeratur a Moyſe:tot prodigiis confirmata poteſtate dei:tot oraculis manifeſtata:in pharaone:in ægypto:in hebreorū populo:per legem:per tot miracula diuinæ maieſtatis:nunc per beneficentiā:nunc per iuſtitiam quæ figurarent futura ſub Ieſu diuinæ corporationis ineffabilia illa myſteria. Profecto uel inſanus adduci eo non poteris/ut ſine ratione fieri quicq̄ ſuſpiceris in rebus humanis:ꝓptereaq; non a deo optimo ſapiente:ſed uel a demone malo cum manicheis uel a corpore ſyderalis reuolutionis neceſſitate cum aſtrologis:uel a caſu fortuito teme/ritateq; gubernari/ cū non multis male philoſophātibus credas:Sed & quotiens ſuſcita/ri bella & cædes:& urbium uaſtationes:& euerſiones regnorū intelliges:non mixturam duorum radiorum/aut interpoſitum naturali curſu ſuo lumen inter ſolem & lunam cū præſtigiatoribus iſtis cauſam cogitabis:ſed conſiliū dei/uel punientis malos/uel exercē/tis bonos:Vnde ille dictus dei flagellum:& alter ſatis proximus ſeculo noſtro:nō homi/nem eſſe ſe dixit:ſed iram dei orbiſq; uaſtitatem. Sapiens ille perſarum apud Herodotū qui diſcumbēte apud ſe in cōuiuio Thebano:cui futurā ſue gētis cladem/neſcio qua præ/ſenſione ſibi præcognitā reſerauit recte locutus eſt. Nam cum ſuaderet Thebanus:ut idē imperatori exercitus denūciaret:dehortareturq; ab incepto cuius eſſet futurus exitus tam infœlix:reſpōdit id homini eſſe ineuitabile:quod fieri deus ordinauerit. Quare nec ſuis uerbis ſi ſcilicet imperatorem admoneret/fidem futuram:quando ita deo decretum eſſet proindeq; ſe etiam Maridonium(ita erat principi nomen)ſequi alligatos neceſſitate:ꝑpla cetq; ꝙ neceſſitatem non aſtrorum:ſed diuini conſilii dixit:quam & fatum ſi quis uocet: Rectius inquit Auguſtinus ſentiet q̄ loquatur. Eſt autem hoc fati nomen quantū ex uete rum colligi monumentis poteſt in quadruplicem ſignificationem acceptum:ut fatū uel ipſa natura ſit:uel cauſarum ſeries ordoq; nexu neceſſario cuncta producens/ uel ſyderū conſtitutio:cum quid aut naſcitur/aut concipitur aut incohatur:uel diuini conſilii execu tio certa ineuitabiliſq; ſucceſſus/in primā ſignificationē accipitur ab Alexandro ex afro/diſiade in libro de fato ad principes Seuerum & Antoninum:ita enim ſata eſſe concedit

Manichei.

Herodotus

De ſato Auguſtinus.

Fatū quadri ſariā accipi.

Primus mo/dus.

Alexander
ut fatum ipſa natura ſit quæ principium aliud eſt ab electione/quare fato ignis calefacit: aqua humida eſt:ſol illuminat:ſed & cum quis diſſoluto corporis temperamento mori/ritur/fato moritur. Si uero uel ex equo præcipitatur/uel gladius occidit/fato non moritur
Virgilius
in quē modū de Didone Virgilius mortem ſibi per uim præparante dicat: Sed quia nec fato merita nec morte peribat. Aſtrologi uero id maxime genus mortis in fatū reieciſſent ſic Demoſtenes.

Et ita quidem fatum nemo eſſe negauerit ſicuti nec naturam: Quo pacto & Ariſtoteles quinto libro phyſicæ auſcultationis fatales dixit generationes:hoc eſt quæ ſecundum na
Ariſtoteles
turam ſiunt. Nec dubium cum ſic fatum intelligamus multa fieri ꝑter fatum:ſicuti & multa fiunt præter naturam uel caſu uel electione noſtra:uel ut inquit eodem loco Alexãder
Secūdus modus fati
ipſe Afrodiſeus conſilio deorum. Qui uero ſecundã inuexerunt opinionem/cogitarunt in ipſa natura nihil non fieri neceſſario:ſi quis omnes ſimul cauſas complecteretur. Nã
Alexander
qui multa fieri dicunt extra neceſſitatem:hoc ita deſendunt in naturalibus rebus & arbi/trariis. In naturalibus/quia non omne quod fit naturaliter neceſſario fit/cū nature opus impediri poſſit/in arbitrariis quia electio noſtra & arbitriū liberum eſt: illi contra ſic in/ſtant:in naturalibus quidem ſi quid impeditur neceſſario impediri:quia & illud impedimentū a naturali cauſa eſt:quæ tandē ad ſupremā naturam/hoc eſt cælum redigatur. Ea
Cōfutatio ſecundi modi
uero neceſſario agit:ſed fallūtur:nam ut impedimento quidē fuerit cauſa naturalis:fuit ea tamen quæ & ipſa potuit & non eſſe & impediri cum agebat:quare contingēs illud impedimentū non neceſſario fuit. Et ſi de illo rurſus impedimento nos urgeas futurū .ſ. cauſam naturalem:que & ipſa ſicuti naturaliter:ita neceſſario aut impedietur/aut nō impe/dietur. Reſpondeo te ſi mundū credis eternū/ aut in infinitum progreſſurū a cauſa con/tingente in contingentem cauſam: inter quas ordo ſit ſemper accidentalis:nec unꝗ̄ ad unam cauſam primam neceſſariam peruenturum: Vnde ſequētibus neceſſitas inuehatur: cum nulla ſit talis intra naturales:quando nec celeſtis cuius operibus & materia & con/currentes inferiores cauſæ facile obſtant: Si uero de mundi creatione cum theologica ueritate conſentis. Deuenies per importunum illum regreſſum ad primam rerum contin/gentem inſtitutionem unde tolletur neceſſitas:non confirmabitur electionibus noſtris multo irrationabilius inferunt neceſſitatem:quoniam uoluntas nihil eligat/non præiu/dicatum a ratione nec in noſtra ſit manu/ita uelle iudicare:ſed falſis nituntur aſſumptio
Tertius modus fati toto ope cōfutandus.
nibus/ut ab aliis alias:& a nobis alibi declarabitur. Nam peculiares hæc ſeorſum tracta/tus exigunt. Nec magnopere pertinent ad confutãdos aſtrologos:quorum illa tertia eſt acceptio fati toto opere confutanda/differens a prima opinione/ꝙ naturam ipſam cæle/ſtem nō ſolum naturalium:ſed & fortuitarum ut uidimus rerum originem facit: maleq; de cauſis inferioribus in hac parte maxime ſentit:peſſime de cæleſtibus:quando licet na/tura cælum ſit:conſtellationes tamen illæ quas fingunt ex ſyderum poſitura/per loca/ſigna/domos/aliaque id genus:cauſæ naturales nō ſunt/ ſed fictitiæ: nec ex uno illo mo/mento initiali dependet operatio cæleſtium:nec ad ea quæ propria ſunt inferiorum cau/
Approbaito quartæ acceptionis fati.
ſarum referuntur/ut iam declarauimus/ & ſequentia magis declarabunt. Reſtat quarta fati ſignificatio theologica/ ſicut illa prima phyſica magis: ſed utraq; uera: ut penden/tem a diuino conſilio ſeriem ordinemque cauſarum notet: ſub quo nihil noſtra libertas

periclitetur: cũ ſimus & nos inter has cauſas: nec in hac chorea fati patiamur tantũ: ſed agamus: ſiue igitur dei præuidentiã: ſiue prouidentiã: hoc eſt ſiue mentem illius omnia præcognoſcentem: ſiue uoluntatem ex ſuo placito omnia diſponentem attẽdas: nullum fit ꝑiudicium liberis actionibus noſtris. Nam ſi præuidentiam/cur non libere facio ꝗ præuidit deus me facturũ/nam ſi erit quod ille præuidit: utique libere faciam/quod libere me facturum ille præuidit. Sed & quia erit quod uoluit: uoluit autem me eſſe liberum/libere agam quicquid agam/niſi ipſe mihi meam libertatem ademerit. & certe non ſolum præ/cognouit deus uolũtates noſtras: ſed & præordinauit: nec cum id Gregorius niſenus Da/maſcenuſque negaret/uidentur aliter negare ꝙ̃ ut admoneant: Cetera quidem per uoluntatem diuinam: electiones noſtras per illam cũ noſtra etiam uoluntate diſponi: ita tamẽ ut non modo cogitationum noſtrarum euentus: ſed & ipſe cogitationes: ipſa conſilia: ipſa propoſita: nec regum tantum/ut ſcriptum eſt: ſed omnium corda in manu dei ſint qui ſolus omnia moderatur: nunc in his quæ nec ad uitium attinent/ nec ad uirtutem incli/nãs uoluntatem quo libitum illi: ſi ſic decreti alicuius ſui exigat abſolutio: nunc uirtutes in nobis: ſed & nobiſcum incohans & perficiens incohatas/ nunc a uirtutibus ad uitium motos/permutans ad iuſticiã/uel admouens uirgam pedagogi pro miſericordia/ uel cõ/minuens quaſi hallucinatus pro iuſticia: omnia ſemper aut bona/aut occaſiones certe faciens bonorum: tanta de fato de prouidentia & humanarum rerum gubernatione dixerimus cum per ſe cognitu utilia: tum ad conuellendam aſtrologicam uanitatem neceſſa/ria: ut cum quid fieri contigereque uidemus ꝗ aut maius uideat̃ aut ordinatus: ꝙ̃ ut in ca/ſuum hominẽue referat̃: non uim ibi corporaliũ radioꝝ: ſed diuini conſilii angeliciique miniſterii cum humana libertate curã ꝑtãtemque intelligamus. Liquet autem ex his que diximus & quo pacto tũ præuideri futura: tũ præcaueri cũ ſint mala poſſint a nobis: nã ſi for/tuito tantũ fierent res humanæ/nulla ꝑſenſio futuroꝝ eſſe poſſet. Cũ aũt humano diuinoque conſilio fiãt/poteſt humana ratio de illis non nihil coniectare: ſoli uero numĩe afflati præuidere certiſſime: ꝗ prophetarũ prædictioues oraculaque confirmãt: proximi licet lõgiſſimo proximi interuallo prophetis prudẽtes ſuut. Vnde illud Euripidis. Qui bene cõiectauerit is uates optimus eſto: Sic in procurando fœlici rerũ ſucceſſu infortuniis quæ uitãdis illud potiſſimũ eſt/deũ ſibi conciliare propitiũ animi puritate: piis opibus: uotiſque ſanctiſſimis poſt hoc ipſe ſibi homo cõſulat ſua prudẽtia: nã licet in pleriſque rebus mul/tum fortuna poſſit plurimũ ĩmo totũ in oibus diſpoſitio certæ diuine uolũtatis: ipſam ta/men rectam uiuẽdi rationẽ magnũ in his habere momẽtum neceſſe eſt: niſi fruſtra collatũ hoc nobis munus a deo dicamus. Quare recte dixit ille nullũ abeſſe numen ſi ſit prudentia: ſed nos facere fortunã deam cæloque locare. Propterea Plato in epiſtola ad Syracuſanos: cum Homerici illius dicti meminiſſet. Dii mentẽ abſtulerunt: quia hoies potius adiectã ipſi mentẽ abſtulerũt: quod euripidis ille ſententia cõfirmat: qui ſorte animæ filiã eſſe dixit. Prudẽteſ igit̃ uitã inſtituẽtes rõne naturali: tũ pia religione diuinã nobis beniuolẽtiã parãtes: uitemus omnẽ ſupſtitioſam uanitatẽ: alioquin qui uel futura ꝑuidere: uel cũ ſint mala præcauere per aſtrologicas ſperauerit obſeruationes/audiet Eſaiam ſibi dicentẽ. Veniet ſup te malũ & neſcies ortũ eius: & irruet ſuper te calamitas quã nõ poteris expiare.

Ex ꝑſcientia dei non tolli noſtram libertatem neꝗ ex ꝓuidentia.

Declaratur ſentẽtia Damaſ. & Greniſeni

Plato

Eſaias

Caput V Nec ꝑterita nec que ad alios attinẽt poſſe ex aliq̃ conſtellatiõe ꝑuideri.

Quod ſi habeãt forte ad fortuitis rebus aliquid quod reſpondeãt: Quãq̃ habere nihil poſſunt aut ueꝝ aut ueriſimile: De his quæ horã antecedunt quæſo quid reſpõdebũt: hoc ẽ quonã pacto gẽituræ putabũt efficientẽ cãm ſuis effectibus eſſe poſteriorem: Qui de his item quæ nõ ſolum priora: ſed etiã aliena: ideoque ſuas cauſas nõ huius gẽituræ conſtellatione: ſed alibi poſſidentia: ut cũ ex hora qua filius naſcitur de parentum auorumque/ & fratrũ natu maiorum naturis fortuniſque pronunciant. Hec eñ & priora illa ſunt conſtellatõne: & ab ea itidem aliena: ut que a præteritis iam diu propriis conſtellationibus ſui habeant fati ordinem & dependẽtiam (Si quod ſcilicet eſſe fatum a cælo exiſtimemus) in eo item qui naſcit̃ quomõ illud efficit natalitia conſtellatio: quod multis ille diebus ante diem natalẽ accepit. ꝑdicunt. n. ex themate gẽituræ mas ne an fœmina ſit qui naſcitur: mancus an integer pulcher an deformis: deq; aliis huiuſmodi cor/poris cõditionibus de quibus oĩbus iacta alea erat priuſq̃ e matris ut ait. Lucilius bulga infans cõmitteret̃: horum omnium prædictionẽ qua ſibi rõne aſtrologi uendicãt: ſed nec effectu cã poſterior: nec preuident̃ ex cælo aliter quæ inde ꝓuidentur: q̃ quo pacto effectus ex cauſa præcognoſcitur. Haly auenrodã apoteleſmaticos Ptolemæi libros enarrãs qua/ſi noſtram hanc ſoluẽs quæſtionẽ oſtẽdere uoluit quonam pacto/ex fratris fratrũ: ex filiorum geniturìs parentum fata ꝓuiderent̃. Nõ quotiẽs inquit mulier cõgredit̃ uiro totiens concipit: ſed tunc ſolum cum ea incidit hora cuius cõſtellatio/cũ parentum conſtellatiõe concordet: & quoniã quæ cũ alio pariter cõueniunt inter ſe quoq; conuenire neceſſe eſt: ſi conueniunt cũ parentũ conſtellationibus filioꝝ oĩm geniture/erũt ipſe quoq; inter ſe cõ/cordes: quare & mutuo etiam ſua inuicẽ fata ſignificabunt: ſic ex fratris fratrũ: ex filii gẽi/tura parentum naturæ fortunæq; demonſtrãtur. Ego uero in hac aſtrologica ſubtilitate neſcio quid primum coarguam uel irrideã. Non cõcipit inquit mulier niſi qua hora ſyderum poſitio cum parentũ ſyderibus conuenit. Non igitur ex ea hora qua naſcitur. ſed qua concipitur puer parentum debẽt facta ꝓuideri: Sed & cum alio itẽ cælo pater/alio genitrix nata ſit eius qui concipitur/quomodo una poterit conſtellatio tam diuerſis conſtellationibus reſpondere: aut ſi hoc fieri poſſe putent aliqũa ſyderũ diuerſitate/ quomodo tot filiorum themata thematis patris/matriſq; ſimul reſpondebunt: Cum ad iſdem ſyderibꝰ ab hiſdem cæli regionibus peti in omnibus debeat parentum ſignificatio. A quarto & decimo cæli loco ſors patris & matris ab illis inueſtigatur: a ſole item ſaturno/uenere & luna. Horum diſpoſitio in thematis geniturarum uaria fere ſemper & multiplex pro uarietate filiorum: tu iſtam omnem uarietatem putas poſſet non uariare conſtellationibus genitorum: quaſi poſſit ab alio non diſſentire/ quod a ſeipſo prius diſſentit/ aut non ſit futurum/ut idẽ pater neceſſario & fortũatus ſit & infortunatus: quoniã eius. ſ. alter filius quartum habeat locum fœlicibus radiis illuſtratum: alter uero infœlicibus obſeſſum: Quod ut uitaret uulgus aſtrologorum ſoliti dicere non ab omnium filiorũ geniturìs: ſed ab eius qui eſſet maximus natu parentum/fata præuideri. Sed adimitur ſtatim eis illud perfugiũ de fratrum geniturìs: quas oſtendebant iccirco inter ſe conuenire: q cum genitorum conſtellationibus omnes pariter conſonarent. Sed qui oportet rem operoſius conuſtare euidentiſſime friuolam: Qua enim ratione defenditur: nõ concipere mulierem niſi qui tũc concipitur ea ſit deinde hora naſciturus cuius conſtellatio eius modi ſit futura quæ pa/

Haly auẽro Bella imaginatio

Redargutio

Prima ratio Secunda rõ. Tertia.

Reſponſio uulgi aſtro/logorum.

rentum eius qui naſcitur ſortē atque naturā aſtrologo poſſit ſignificare.ſallis cælū & tota natura deſeruit:nec pōt aliquid fieri in uniuerſo niſi eo fiat mō per quē poſſit de eo aſtrologus diuinare.Præterea illud qūo ſoluūt in quō erat tota uis noſtræ argumētationis:nō poſſe effici ab hora qua infans naſcitur:quod in fratribus in parētibus dudū āte preceſſit. Nā eoꝝ opinionē qui nō effici hac re ſed ſignificari tātū ab aſtris dixerūt:poſtea coarguemus.Nūc aduerſus eos diſputamus qui eoꝝ quæ cælitus ꝑdicuntur cām eſſe cælum opinātur:quod & Ptol.& principes omnes iſtius artis opinati ſunt.

Caput VI Futura multo poſt tpe a ꝑſenti conſtellatione effici non poſſe.

Vid ꝙ nō ſolū ꝑterita:ſed ſi recte cōſideremus: nec quæ multo poſt tempe ſunt q futura effici poſſunt a ꝑſenti cōſtellatiōe:quod eſt tamē familiare frequētiſſimū que in aſtrologorū prædictionibus.Vbi.n.nō illud legitur apud eos:planetam orientalem in prima uitæ parte præſtare quodꝗ pollicetur:occidentalē in poſtrema:qui horoſcopum occupauerit uel horoſcopi fuerit dominator cito dare quæ ſua ſunt: paulopoſt eum qui decimi loci iura poſſideat:qui occidēti uel affuerit uel ꝑfuerit ſero:ſerius qui imo cælo fuerit collocatus:atque alia hoc genus īnumera:hoc denique atteſtantia:non fieri a conſtellationibus quod ſint facturæ cū ipſæ ſunt cōſtellationes: ſed multis potius annis poſtꝙ fuerūt:huius uero mirādi exēplū in nulla uirtute uel actiōe naturali qualē eſſe cæleſtem cōfitent̄:apparet ut.ſ.tūc efficax magis exiſtimet̄ cū nō eſt ꝙ cum eſt:nō remanet autem cæleſtis influxus in corpe īſtar medicinæ.Sed reſpōdebunt fortaſſe etiā ſi præterit ille ſyderum poſitus/durare tamē uirtutē inde nobis infuſam quæ ſuo tpe ꝓ natura agentis maaterieq; habilitate/ſuos tandē effectus in lucē ſit editura.Ego uero quod attinet ad naturam agētis obiicio illis quod prius obiciebā/uariari quidē ꝓ agētiū conditione uariaque uirtute effectus quoque naturam & conditionem: Sed hoc eſſe omnibus cauſis pariter cōmune ut quod ſint effecturæ/tunc magis efficiāt quādo ſunt/ꝙ cū multo iā tpe deſierūt: Quod ſpectat ad materiā ſi forte dicāt nō ſtatim fieri regē & philoſophū eū qui naſcitur licet cælo idꝓmittēte:quia ætas repugnat:poterit uideri nō abſurdū eſſe quod dicitur:ſed cū ætas eoꝝ munerum capax eſt quæ nataliciæ ſtellæ pollicebātur:cur tamē non fit:cuius & cā ſufficiēs iam ꝑceſſit:& materia habilis idoneaque ꝑſto eſt.Sed aut ceſſare aiunt effectum tot ānis quot ſignorū ptibus a tali loco planeta diſtabat:aut quia talem in themate cæli locū obtinuit/niſi ſero ꝑſtare ſua beneficia ſuis nō poſſe hoc rōnalis potius naturæ/ꝓ electione arbitrioque ſua munera quo uoluerit tempe diſpenſantis.naturalis cauſæ/nec ē nec eſſe poteſt:Præterea ſi ex ſe quidē daret ſtatim cælum quod ꝓmittit:ſed materiæ diſpoſitio eſt in mora:non erit aſtrologi euentus tempa ꝑcognoſcere qui cælum conſiderat:ſed eius potius qui materiæ ſtatum cōditionemque cognoſcit:ut quid futurum ſit ab aſtrologo audiat. Quando futurum aſtrologo ipe demonſtret. Quod item reſpōdebant ſeruari uim a cælo deriuatum prætereunte conſtellatione ſcire ab eis uelim: ubi nam conſeruetur:utique aut in materia:aut in cauſis inferioribus & ſecundariis: quorū ſiue utrumque ſiue alterum eis placet:ſciāt nec in æſtu fluentis refluentiſque materiæ:nec in tam uaria atque mutabili particularium cauſarum multitudine/uirtutem cæleſtem poſſe eādem & ſtabilem tam diuturno tempore permanere.

Reſponſio

Confutatio.

Caput VII De auſpicationibus quas electiones dicunt/ ꝙ uana & impoſſibilis ſit aſtrologorum ſententia.

Iber itē ab eis ſciſcitari de ea parte qua maxīe utilis uitæ putatᷣ aſtrologia: quæ
l eſt de auſpicationibus/uulgo electiōes uocant: hoc eſt quonā pacto a cælo fie/
ri ītelligant: ut quid hac quidē hora agredimur, faciendū fœliciter: quod uero a
lia infœliciter fiat a nobis. Nā ut facile oīa hæc dicunᷣ: & hēt in prima frōte ſpēm ꝓbabi
litatis: ita cū diligētius examinātur uana/impoſſibiliaq; dephendunᷣ: Siquis inquiūt iter
ſub tali cæli conſtellatione capeſcat/cōmodā habebit peregrinationē: a rege benigne exci
pietᷣ: rem ſuā familiarem adaugebit. Contra: ſi alia hora equū aſcendat: aut deſcendat in
nauim/difficilia itinera/piculoſam nauigationē experietᷣ. Nec efficiet tādem cuius rei gra/
tia iter nauigationēue ſuſcepit: Hæc oīa fateor me nō perſpicere quonam pacto fiant a cæ
lo: doceant ipi me ſi poſſunt: Eſto iuppiter de nona cæli regione radios ſuos in terrā iacu
letur: fœlicē dicent conſtellationē ꝓ itinere capeſſendo. Quæro ego ex eis defluxus iſte
afflatuſq; fortunatus: hoīes ne ipſos afflet atq; afficiat iter arrepturos: an ipſam potius iter
agentiū hominū operationē: hoc eſt uel equi aſcenſum/ uel e domo egreſſionē: uel huius
aliquid eorum quæ ſunt neceſſario itineris incohamēta. Si primum reſpondeāt afflabunᷣ
illi: etiam ſi tunc primū iter nō accipiant ſyderis beneficio/quotiēs arripiendi itineris illis
fuerit ꝓpoſitum: pſertim cum ex eorum ſententia non pſtet conſtellatio quod pollicetur
tūc maxime quando eſt: ſed longo etiam poſt ſæpe temporis interuallo: Si ſecundū mul/
ta certe delirare cogentur ut poſitionem tueantur/dum nobis exponent quo pacto iouia
illa equi aſcenſio/& mollem pedibus uiam ſubſternat: & latrones abigat ex itinere & nu
bibus pulſis placatum efficiat diffuſo lumine cælum. Nec parum item illis negocii in reti
nendo iſto defluxu/dum multoꝝ forte dierum iter plane conficiatur: cum non parua iu/
re ſuſpicio habenda ſit neque in illo equum aſcendente uirtus cælo deſcēdit reciproca ra
tione cum de equo ille deſcenderit/illa in cælum rurſus aſcendat: & nouo iſte uiator ioue
ſemper indigeat/cum erit ei equus inſiliēdus. Nam ſomniare uim aliquam primordialem
nuſq̃ conſiſtentē:/nullibi radicatam: quæ totum tibi iter molliter beateq; conficiat/homi
nū eſt inſomnis etiam delirantium: qui quod loquuntur nihil perpendentes/futilem dāt
Ptolemæus. & ſine mente ſonum. Videamus rurſus eoſdem ne ſcrupłos incidāt in his rebus quæ ſunt
opera potius noſtra q̃ operatiōes. Sententia eſt Ptolemæi: ſi in urbis conſtitutiōe mars cæ
li mediū obtinuerit/principes eius ciuitatis gladio plerūq; petituros. Exponat nobis Pto/
lemæus ubinā ſanguinolenta iſta martis radiatio recipiatur/ quæ tot deinceps principes/
ſit ſucceſſu temporum gladio necatura: Si ſuſcipi eā uelit in principe qui tunc urbem ædi/
ficat: rogabo quo pacto iacti illi defoſſiq; in terram iuſſu principis lapides/urbis.ſ.funda/
menta/cæleſtes radios alioꝛſum uergentes in pricipē iſtū flectant atq; deriuent. Quo pa
cto in eius poſteros regniq; ſucceſſores hereditario q̃ſi iure deuēiat noxia iſta uirtus/ cuius
& ſuſceptaculum periit: & origo præterit. Sane quid poſſit ſine rubore interrogātibus ita
nobis reſpondere/equidem nō perſpicio. Dicet igitur forte non in principe ipſo urbis in/
ſtitutore: ſed in ipſa potius urbe: in ipſis primis lapidibus ſuper quos erigenda eſt: peſtilē/
tiam illam recipi: martis peſtifero quaſi quodam afflatu omnes eius urbis principes affla
turam. Bellum utiq; inuentum moſayco etiam teſtimonio confirmandū: qui leproſæ no/
bis domus expiationem prophetica olim inſpiratione monſtrauit. Sed uereor ne cōgeſta
deſup humus/primiſq; lapidibus īculcata/exhalare mephitim illam martiā nōꝓhibeat:
aut ſi oīno exhalet/nō egenos potius & paupes peſtilētiæ magis opportunos iuadat/q̃ pri

cipē ipſm ciuitatis. Qui ſi in ſuburbana aliqua uilla forte habitauerit/credo gladio non peribit/pſertim ſi pluribus paſſuū milibus ea diſtat ab urbe/q̄ ut martius ille uapor/ calce ruderibus/intertrimētis/interim undiq; ſuffocatus:integer illuc poſſit/efficaxq; peruenire Sed hæc philoſophis periclitabit̄ gloria Platonis academiæ & Ariſtotelis: qui in ſuis de republica libris/ubi de condenda regendaq; fœliciter urbe/ac ciuitate tā multa percepe/rūt:de tā utili tā obſeruādaque cautione nihil nobis ſcriptū reliquerūt. Quę oīa ſi nō p iocū ſerio penſitemus:uidebimus iure Haly interptem Ptolemæi q̄q̄ ſummū aſtrologū partē tamē hāc aſtrologiæ quæ eſt de electionibus friuolā inefficacēque exiſtimaſſe. Haly

Caput VIII Aſtrologos mentem noſtrā cælo ſubiicere quāq̄ ut ſunt aſtuti id diſſi/mulare conentur.

Actenus demōſtratū eſt nullā ex corpalibus rebus & tēporariis/ quarum maxi h me ius habere cælū putatur depēdere a cælo quo.ſ.modo aſtrologi opinātur.

Nam neque ea quæ ſunt fortuita:nec quæ ad alios attinēt:nec quæ aut pterita ſunt/aut futura lōgo poſt tēpore/tum co℞ maximā partem quæ ut fiant fœliciter a certis horrarum obſeruatiouibus auſpicātur. Quæ ſi nō ita efficit cælum:ut e cælo præuideant̄ quāto illa minus quæ ſunt incorporea:de quibus tamē pnūciare aſtrologica ſupſtitio ni hil erubeſcit. Cōtinent̄ enim hoc genere morum ingeniorūque diuerſitates: & quæcūque animi noſtri opera & proprietates: cōtinent̄ quæ ad demones: ad mentes ſuperiores: ad deum:ad efficaciam ſupplicationū:ad archana conſcientiæ:ad ſtatum futuræ uitæ:atque hooc genus alia pertinent. De quibus omnibus mille dogmata pdicendi nugiuendū hoc hominū genus arrogantiſſima temeritate diuulgat. Et quidem a moribus exordiret quos alicios atque alios eſſe in hominibus putāt/p uarietate natalis cōſtellationis. Sed ſolēt cū hic urgentur diſſimulare quod ſentiūt:& de arbitrii libertate multa funditātes/cauendum pcipe/ne cogi putemus a ſtellis noſtrā libertatē:a quibus ſolū ppenſionē inuitamentum/ quæ aliquod habeamus:quod uel ſequi uel declinare noſtræ ſit electiōis. Detegam igitur primū fraudem huius defenſionis/plurima afferens dogmata ipſorum ex quibus pateat mentē ipſam eos cælo ſubiicere/etiam ubi a corpore nō dependet. Poſtea nec morum ingeniorūque diuerſitatem eo etiā quo dicunt/modo in cæleſtes cauſas referri poſſe decla/bimus. Ergo ſi non aliter putant humani animi differentias eſſe deſyderū habitu & poſi/tionem:q̄ ut affecto aliter atque aliter corpe:animi etiam opatio nō nihil īmutetur. quo/modo ex marte in nona cæli regione fœliciter cōſtituto tātum pſtari nobis poſſe conten/dūt/ut ab obſeſſis corpibus ſola pſentia demones expellamus: Quod nō animi ſolū eſt ad corpus inclinātis:ſed ſic uiuētis in corpe:ut deo plenus:& mentes habitās penetralia/ in corpore uiuere ſe nō ſentiant. Quō itē ex parte ſolis de archanis conſcientiæ eius qui naſcitur erga deos & hoīes/iudicaturos ſe pſumūt:quibus in māu animi & noſtra magis libertate/nihil poſitū eſt:nec ita ut angelicæ pateāt cognitioni/nec poteſtati ſubiiciātur. Denique ſi ſocietas corporis cælo aīam ſociat quomodo de ſtatu eius cū extra corpus eſt poſita/de cæleſti conſtellatione pronunciant: Vulgatū enim apud illos duos eſſe plane/tas auctores fœlicitatis/uenerē/& iouē:ſed diuerſis officiis:ut uenus preſentis uitæ fœlici/tatē largiatur:iuppiter futuræ. Maternus poſtq̄ mlta ex his cōmemorauit quæ a ſaturno p ſtantur in leone conſtituto:tum ita ſubiungit: ſed cum hæc omnia fuerint aſſecuti lon/geui morientur:& anima eorum ad cælum diis applicata tranſibit. Saturnus.n. in leone

Aſtutia a/ſtrologorū.

Aſtrologos mētē noſtrā cælo ſubiice re.

Secunda

Tertia

Maternus.

poſitus aīas eoꝝ qui ſic ſe habuerint in terra/inumeris anguſtiis liberatas ad cælum:& ad originis ſuæ primordia reuocat. Hec ille. Vnde nō ſolū id intelligi uolo q̄ ad ĩpietatis uſq; ſuſpicionē aſtrologica iſta ſupſtitio ſe diffundat:ſed quāta ſcriptoribus huius artis fides adhiberi pōt/quaſi niſi expta uſuq; cōprobata litteris mandauerint. Quos procul dubio ſcimus cū ſcribebant experimētum non habuiſſe uitę futuræ. Nam ſi a ſuis cōſectaneis uita functis hæc forte ĩtellexerunt potius quæ ad inferos q̄ quæ ad ſupos mitteret conſtellatio poterant ĩtelligere: Quāq̄.n.putant ſe certa hora ſupplicantes a deo ĩpetrare poſſe quod uolūt:non tamē facile credā/niſi dogma mutauerint/æternā ſe ab eo fœlicitatē impetraturos. Et certe putant illi quod diximus. Scribit.n. fabuloſiſſimus ille Albumaſar: q luna noui coniūcta cum capite draconis deo ſupplicauerit impetratuꝝ a deo quicquid petierit. Et erunt adhuc philoſophi:erunt theologi quibus hæc placent:putentq; ſe:& quos ſequuntur aſtrologos/ ſatis adhuc intelligere quis ſit deus:quid ſit oratio: quę mihi inſania hoc loci non tam eſt confutanda q̄ execranda:cum ex his quæ de oratione aduerſus ĩpios alibi diſputauimus ſatis ſit confutata. At Petrus apponēſis cuius ego ſcripta quotiēs lego:totiens illud Heracliti uenit in mentem πολλων θεια φωρου φερη Ipſe inq̄ ſcribit illa ſe hora de qua dicebamus/ deo ſciam petiiſſe:& poſt eā diē in ea magnopeꝑ ꝓmouiſſe Mihi quantum nouus hic Salomon in ea ꝓmouerit metiri non uacat. Credo certe quicquid ꝓmouit:non plus eo eſſe quod humanis paſſibus confici poſſit. Sed utcunq; ſeſe res habeat/conſulerem Petro iſti:ut totū quod profecit/ſuæ potius induſtriæ ingenioq; acceptum referret:q̄ iouiæ illi ſuæ ſupplicationi:ſed nē pertinaciter illud defendat cogantur bona iudicia negare/ cum potius quicq̄ in bonis litteris profeciſſe/q̄ ut tam uanæ ſuperſtitioni aliquando aſſentirēt. Conſulerem item in commune aſtrologis omnibus: ut poſtquā illis iuppiter ita fauens eſt/tantum ſibi una fœlicis horæ ſupplicatione diuitiarum opum quę compararent:ut noſtris poſt hac pecuniis nihil indigentes:deſinerēt aliquando mētes imperitorum tot quottidie mendaciis:emungendæ pecuniæ gratia ludificare.

Quarta. — Albumaſar. — Petrus app.

## Caput IX Mores hominum a cælo non fieri.

Ideamus de moribus:an recta ratione poſſit defendi/eſſe horum quoq; aliquo modo cām in cælo. Forte.n.ſi nec uim pati cæli/partem animi rōnalem:nec cogi noſtram libertatē exiſtimemus:Nihil erit præterea cur aut philoſophia aut pietas neget/uana hominum ſtudia:multiplices ingeniorum ꝓprietates:a diuerſis ſtellarum afflatibus ꝓuenire. Cum id etiam faciat habitus corporis/ſalua animi dignitate & libertate electionis. Verum fallitur longe qui ita putat. Nam ipſam & ſolam partem ſenſualem ita affici a ſole:ut a flagitiū aliquod habeat ꝓpenſionem:& rōni contrarium:& pietati magnopere eſt aduerſum. Quæcūq; enim a cauſis naturalibus fiunt: his pſertim quæ ſibi a conditore naturæ preſcriptas leges ſeruāt ĩmutabiliter:tam in auctorem naturæ ſic inſtituentis:q̄ in naturam ipſam ſunt referenda quacunque aūt uel uirtute uel ꝓprietate ſydera pdicta ſunt & philoſophoꝝ & theologoꝝ conſenſu indidit illis naturæ principium deus. Deū optimū & ſapiētiſſimum uix negāt inſipiētes:quæ uero hæc/aut bonitas aut ſapientia potentiſſima cæli manu hoīem:quāq̄ liberū iufirmū tamē:flectere ad eā partem/ad quā minime eum uelis decliare. Tum optimos ſeruos maloꝝ facere auctores & miniſtroſ ut cū ipſi regis iuſſa nunq̄ tranſgrediātur:ipſi tamen maxime ſint/qui alios ad tranſgreſſionē inuitēt & ĩpellant. Poſtremo qui hic ordo naturæ:qui cōſenſus:quæ ſapiens inſtitu/

Opinio quorundam. — Cōſultatio. — Secūda rō. — Tertia.

tio.ut quæ ratio naturæ fieri nollet:ab his tamē ut fiant ſedulo procuretur/quæ ſunt par/tes naturæ magne/potentes/optime/principales.Præterea nō facit qui peccat aliqd/imo deficit:quare q̄ iuitat ad peccādū ad deficiēdū iuitat:qd' nō cōuenit cauſis ſupioribus efficientibus ſemp/deficientibus uero nunq̄.Abſurdiſſimū igitur dogma aſtrologoꝝ putantium habere nos ab hac quidē ſyderum poſitione inclinationē ad furta:ab alia ad inceſtus:ad fraudes:ad homicidia:cū tota natura preſertim ſuperior diuinæ menti proxime iuncta:naturalis & diuinæ legis obſeruationi/poſſit forte fauere:obeſſe & aduerſari nullo modo poſſit.Cōpeſcāt igitur os profanum:nec uenerē dicant marti copulatā ad adulteria nos uocate:aut eoſdem in ſignis maribus collocatos ad maſculorū nepharios cōcubitus excitare:martē cæli nonā partē occupantē facere irreligioſos:atq; alias omnino cōſtellationes ad alia nos irritare flagitia.Imputent ſibi non cælo ſua delicta/nec facultatæ materiæ:& iniqui animi ſordes a puriſſimis putēt naturæ fontibus emanere.Verum ſolui ne forte iſta obiectio poterit.ſi(quod quidā putant)dixerimus/eſſe oīum ſydeꝝ uires bonas & ſalutares:Sed cum ī nobis ſuſcipiūt' materiæ uitio degenerare:& qui benefici erāt afflatus euadere interdū noxios atq; maleficos.Sic a marte quidē præſtari animi fortitudinē & herculeam efficatiam.Sed aut uitio corporis in quo nimium rubra bilis exæſtuet:aut culpa animi abutentis munere cæleſti:flecti quādoq; impetus illos ad crudelitatē & iniuſtitiā:Sic a ſaturno altitudinē mentis:profunditatē cōſilii:inueſtigationē reꝝ obſtruſarū:amorē cōtemplationis infundi.Eadem tamē omnia quia torpidū inuenerunt ſuſceptaculum:uel arbitrii culpa eius in quo recipit' doloſum facere animū:ſordidū:incultū:ſupoerſtitioſum:& aduſq; lymphationis periculū imaginoſum:ſic a uenere fieri nos ꝓpenſos:ad hilaritatē.ad beniuolentiā.elegantiāq; ciuilē:abuti nos iſto inſtinctu ad nequitiā:ad luxum ad improbitatē.Incitari a ſole nos ad magnanimitatem:abuti impetu iſto nos ad ambitionē:atq; ita de reliquis.Verū enimuero dicet hæc aliquis potius aſtrologie defenſor ꝙ̄ aſtrologus.Eſt enim inter proloquia aſtrologorum illud oīum primū:maximeq; cōfeſſum:eſſe alios planetas bonos:alios malos.Quod ſi eēnt uera quæ dicebant': & omnes pariter boni ſua natura:& oēs mali eadem ratione dicerent'.Cum nullus ſit afflatus adeo ſalutaris:quem & materia & cōditio ſuſcipientis/inficere imutare:inter turbare nō poſſit.Quod ſi & ipſi nullū eſſe uolunt planetā adeo malum:a quo nō magna etiam bona:nullū adeo bonum:a quo non magna etiam mala poſſint ꝓuenire.Hāc tñ efficiēdi diuerſitatē nō ad materiam & radii referunt ſuſceptaculū:ſed ad uarium ſyderis eiuſdem in cælo habitum & poſitionē.Quare dicunt ſaturnū ſi ꝓpriam domū:ꝓpriam altitudinem:ꝓprios fines/tenuerit.Si bonis radiationibus cōmiſcebitur:Si diurna fuerit genitura/cōtemplatores facere/pios/ſapientes.At uero ſi minus cōmodo receptaculo ſuſcipiatur in malam hanc degenerare conditione dicunt eundē ipſum planetā:ſi male collocatus:ſi cōiūctus marti:ſi malis ad ſolem ſchematiſmis:demoniacos facere ſordidos:inuidos:& mendaces.Neq; unꝙ̄ cum ita in cælo habens ſe:ſit ſaturnus boni quicꝙ̄ ab eo expectari poſſe cōtendunt:Quare qui ita aſtrologiam defendit ignorat plane quod defendit.Quod enim diximus de ſaturno dictum de omnibus intelligat':nam & martem nō fœliciter diſpoſitum dicere ſolent ad ambitionē:ad impotentiam:tyrannidiſq; libidinem extimulare:nō quoniā uitalis eiuſ qui naſcitur ſpiritus:plus nimio calcat uel frigeſcat:ꝓptereaq; bonū cæli ignem uel torpidū faciat uel edacē.Sed qa & ſaturnus & mars.

Tertia

Quarta

Solutio quorundam

Reprobatio

& ſol cum ita in cælo ſe habuerint huiuſmodi mala ex ſua natura & ꝓprietate/ naſcenti/bus influant: hoc eſt quod aſtrologi ſcribunt & opinantur. Nec ſi quis hoc neget aſtrologiam ſecius defendit: ꝗ̄ qui ſpongia librum emendat: ſecum & dogma ut declarauimus & ueritatem aufert omnis prædictionis: ſi & de cæleſtis influxus obſeruatione nō illa de/pendet: & cæleſtem influxum materiæ diſpoſitio non ſolum minuit uel adauget: uerum alium facit penitus & immutat.

Caput X Malas leges ſicuti nec bonas cælo non ſubiici.

h Inc eorū opinio cōfutatur qui bonas quidē leges negant ſubiici cælo utq; a diuina uirtute dependeāt: de malis uero id cōcedunt: cū nihil habeāt quod na/turæ uires & facultatam excedat. At quātum obſtat ī bonis erroris ſublimitas ne corporeis cauſis ſubiiciant̃ tantum obſtat in malis earum improbitas ne ad optimas cauſas deoq; optimo obedientiſſimas referantur. In uniuerſum uero tam bo/nas ꝗ̄ malas religiones a cælo nō dependere/ipſa ſatis experientia demonſtrat̃. Alii enī religionum ortus & uarietatem ad ſydera referunt urbibus & ꝓuinciis ſuo quodā/ut ipſi credūt/iure dn̄antia. Alii ad magnas quas uocāt cōiūctiones planetaꝝ ſupioꝝ/ſaturni ꝓ

Ptolemæus ſertim atq; iouis: & hanc quidem ſn̄iam ſequunt̃ arabes & latini ueſtigiis arabum inſiſtē/tes. Illi acceſſiſſe uidet̃ Ptolemeus/qui(ut poſtea declarabimus)de magnis illis cōiunctio nibus nullam unꝗ̄ habuit mentionem: Sed libro ſecundo apoteleſmaton eos ait ex aſia ticis qui ad orientē uergunt & meridiē colere uenerē & ſaturnum: quoniam trigono ſub/ſint aridæ qualitatis: hoc eſt uirgini: tauro: & capricorno: quibus ipſe putat ſaturnū uene/remq; dominari. Rurſus qui inter meridiem habitāt & occaſum: uenerē atq; martem ha/bere pro numinibus/quoniā humidæ triplicitati ſubiciāt̃/cui cum marte mercuriū & ue nerem præficit: Vtraq; uero ſentētia: ipſa/ut dicebamus/euidentia rei euentiſq; refellitur. Nam ſi uirtute magnæ alicuius cōiunctionis religio aliqua naſcit̃: abolita ea uirtute aboleri quoq; illa religio debet. Nulla autē ſyderum eſt cōiunctio cuius uirtus durare per tot annos fingatur/etiā ab aſtrologis/quot annis & cultus idolorum/ & moſaica religio /& chriſtiana etiā perdurarunt. Circiter quinq; annoꝝ milia in idolorum cultura mundus caligauit. Quæ nam quæſo cōiunctio: qui maximi anni ſyderis alicuius. tot ſibi annorū ſpacia uendicāt. Moſaice legis ritus & obſeruantiæ/apd' hæbreos etiā hodie uigent: & iā ter mille annis aut eo plus uiguerunt. Quæ iſta tam fortis: tam diuturna eſt cōſtellatio quæ extincto imperio religionē extingui tamē nō permittit. Dabit cauſas hoꝝ theologus & ueras: & ſuo dogmati conſonas: de cælo dare aſtrologus nullas poteſt: unde ſi iſta de/riuaret̃ uarietas religionū uariari illas quotidie atq; īmutari ſæpius uideremus. Quod & aſtrologi ipſi putantes ex principiis ſuæ ſcientiæ id colligentes ꝑfinierunt terminos uni cuiq; religioni quos ille tranſgreſſe ipſa rei euidentia aliunde ſe dependere ꝗ̄ a ſyderibus demonſtrarunt. Iam illā Ptolemæi opinionē quæ perinde atq; uariis locis & gētibus ua/ria ſydera dominant̃: ita uarios etiā ritus religionum in illis locis exiſtimat: lōge magis ab ipſa experientia confutat̃. Cum & illis prouinciis quæ inter orientē iacent & meridiē/ præſint eadem ſydera quæ olim illis preſidebant. Nec tamē ut olim ibi uenus ſaturnuſq; coluit̃: Cur enim hæc illis numina dominabant̃. utiq; ut ipſe ſcribit Ptolo. quoniā terre na triplicitas quæ conſtat ex tauro: uirgine & capricorno: regionibus illis preeſt: illi uero triplicitati uenus & ſaturnus. Ita enim ipſe exiſtimauit. At partitio hæc mundi & regio/

num/ſub aliis atq; aliis triplicitatibus diſtributarum perpetua eſt non temporaria:quare
eadem erit ſemp quæ aliquando fuit. Cur non igitur o Ptolemeæ eadem etiam in eiſdem
locis hodieq; religio durat. Deniq; totam iſtam diſputationem ita concludamus Ptole/
meum ipm̄ interrogantes/ſi a uaria ſyderũ preſidẽtia apud alias gentes olim alia ſydera
colebantur:cuiuſuam ſyderis ui ac poteſtate efficitur:ut nulla ſydera hodie aliqua fere to
tius mundi regione colantur.

Caput XI Corporeas diſpoſitiones nõ effici a cælo.

q Væ omnia ſi ſint ſatis confutata:reſtabit ſola corporis diſpoſitio de qua pronũ
ciare poſſit aſtrologus ſi de his talis tantũ poteſt/quæ efficiunt̃ a cælo: Sed nec
iſtam efficere põt natalitia cõſtellatio:cũ & corporis habitum & figuram quam
ſecum gerit ex aluo prius habeat puer q̃ aluũ egrediatur. Quare erit hæc quoq; illis an/
numeranda de quibus quinto capite dicebamus nõ poſſe prædici per natiuitatẽ qua utũ
tur. quia iſta præcedunt natiuitatem quare potius per conceptionem uel ſeminis diſpoſi
tionem. At ſemen tunc non fit. ergo erit conſtellatio qua ſemen factũ eſt potius ſpectan/
da: ſed hoc poſtea: ſi igitur preuideri corporis diſpoſitio/prenũciariq; poterit. Ex hora cõ/
ceptionis poterit utiq; magis/q̃ ex hora natiuitatis ex qua nullo modo poteſt: ſed an ex
illa etiã poſſit ſequẽtibus libris examinabitur. Nunc illud demonſtrat̃/errare aſtrologos
qui breuiore corpore/an procero/obeſo/an macilento:firmo/an imbecillo:ſãco/an in/
tegro:legitimo/an monſtroſo:naſcat̃ is qui naſcitur:ex genituræ hora pronunciãt. Has
enim ille omnes cõditiones longe prius adipiſcitur/q̃ formatus iam & abſolutus ex ma/
tri:is utero in publicũ emittatur. Quare ſicuti non ſiunt ab ea conſtellatione quã dudũ .ſ.
prrceſſerunt:ita nec prædici ex eius obſeruatione a mathematico poſſunt. De cõceptus tẽ
pcore poſtea diſputauimus/nunc illud ſcire lectorem uolumus/putaſſe ſũmos aſtrologos
quæ ad corporis attinẽt temperaturã a ꝓximis cauſis & cælo inferioribus a deo depende
re: ut quẽadmodum ſcribit Haly ueniã dari ſibi poſtulauerint: ſi in prædicẽda corporis Haly
diſpoſitione exciderent a ueritate. Nos igitur totam de cæli efficientia diſputationem ita
colligamus ſi cælum cauſa eſt uniuerſalis/non eſſe ab eo rerum particularium uarietatẽ Epilogus
& diſtinctionem. & ſi in eo quoq; particularium ꝓprietatum effectrices uirtutes eſſe cõce/
damus:nõ tamen huiuſmodi quales de cælo aſtrologi uaticinãt̃:cũ neq; ſortuita in cau/
ſas natrales:nec quæ ſunt mala in optimos auctores:nec quæ a ratione cõſilioq; proficiſ/
cuntur/in principia naturali neceſſitate efficiẽtia. nec in corpora incorporeos radios:nec
quæ iam præterita/aut longe poſt tempore ſunt ſutura in præſentem conſtellationẽ: nec
quæ ad alios attinent/in noſtrã genituram referri nnlla ratione poſſe uideant̃. Tum eſſe
per abſurdum & ab omni philoſophia maxime alienum:quorum ꝓprias cauſas uideas/
& manifeſtas & ſufficientes apud nos in uiribus corporũ inferiorum:in animorũ diuerſi
tate. in affectu/conſilio/occaſione/conſuetudine:in concurſu tam uario cõfluentium un/
diq; rerum atq; cauſarum:coꝝ tamẽ originem quærere in ſyderibus/quæ neq; ſit ibi: neq;
ut eſſe poſſit:aut rerum quæ fiunt:aut cæli efficientis natura conditione patiatur. hinc fa/
ctum:ut omnes philoſophi(quorum ſtudium in perſcrutandis rerum cauſis laborq; uer/ phauo. Car.
ſatur)cum a medicina/aut mathematicis:ab omni arte atq; ſcientia rerum ueras cauſas Poſſi. Tim.
mutuetur. Aſtrologicis tamen cauſis nuſq̃ utantur. Quod ut Phauorinum: Carneadẽ: Pyt. Ariſto
Poſſidonium:Timeum:Pythagoram prætermittam:a ipſo Ariſtotel. a Platone: a Ploti/ Plat. Ploti.

Auer. Auic. no: ab Aueroe: ab Auicenna: a bonis utriuſq; familiæ ſectatoribus factum/ inter initia
operis declarauimus.

Caput XII Non poſſe cælum eius rei ſignum eſſe/ cuius cauſa non ſit.

Erum dicet aliquis forte etiam ſi concedatur non fieri a ſyderibus iſtas uarieta/
u tes euentaq; rerum humanarum: non tamen ſtatim id colligi: ut præuideri/ iſta
de cælo prædiciq; non poſſint. Quandoquidem quæ ſydera minime faciũt
poſſunt tamen ſignificare atq; portendere. Sunt enim qui ita ſint opinati: non fieri. ſ. po/
teſtate cæleſtium res inferiores preterq̃ in re communis efficientiæ: Sed cum a proximis
cauſis propriiſq; dependeant indicari tamen a cælo priuſq̃ fiant. Atque ita per planeta/
Confutatio rum tranſitum/ ſtationem/ receſſum/ futura cognoſci: ut aues ſeu preteruolando ſeu ſtan
do futura pennis uel uoce ſignificant nec ſcientes. At uero nec ipſi hoc unq̃ ĩſignes aſtro
Prima ratio logi crediderunt. nec ut credamus ratio ulla conſentit. Quod enim natura non homi/
num inſtituto ſignum eſt alicuius rei/ & corpus eſt: aut cauſa eſt rei quam ſignificat: aut
effectus: aut tam ſignum q̃ id quod ſignatur/ ab eadem cauſa proueniũt. Quod ſi quis
putat addendum: quaſi diuerſum ab his quæ diximus: ut ſit cauſæ neceſſario inſeperabi
literque connexum: is plurimum longeque fallitur quoniam iſta connexio: & concomi/
tantia fieri alia ratione non poteſt: q̃ q; uel cauſa id pariat prius ex ſe q̃ efficiat aliud: aut
quod eam cauſam excitat ad agendum hoc quoque fulcitet ſimul: quod ſicut utrunq;
ad communem cauſam referri cõcedimus. Age igitur uideamus quodnam magis ex his
cælo conueniat ſi cælo futura ſignificantur: Cælorum utique motus & diſpoſitiones effe/
ctus non ſunt rerum inferiorum: cauſas eſſe negant. Reſtat ut cæli habitus & diſpoſitio:
& quod per eam creditur indicari ab eadem cauſa dicantur prouenire: quemadmodum
iris portendit interdum ſerenitatem/ non quia faciat ſerenitatem: ſed quoniam iridis cau
ſa/ cauſa etiam eſt ſerenitatis. At corporea cauſa nulla reputabitur quæ ſit cælo ſuperior/
proptereaque cæli inferiorumque ſimul diſpoſitiones efficiat. An reliqua erit cauſa incor
poralis: Forte enim dici poſſe uidebitur/ fieri euenta rerum humanarũ ab ipſis diuinis mẽ
Diuinas mẽ tibus cæleſtia corpora reuoluentibus: & dum ſiunt ipſo cæli quod mouent habitu & poſi
tes nõ eẽ cãs tione quaſi nutibus certis nobis indicari. Verũ qui hæc dixerit ſane proxima fabulis poe
ĩſerioꝝ euẽ/ tarum: incommodum illud quomodo uitabit: fieri ea a diuinis mẽtibus quæ homines ip
tuũ abſq; cæ ſi ſine flagitii culpa non faciunt ut hunc ad homicidia/ illum ad adulteria: alium ad fur/
li efficientia ta urgeant & impellant: Mitto q̃ omnis philoſophia abominetur fieri res corporales ab
Prima ratio incorporeis cauſis: corporea cauſa media non intercedente. Præterea cur nam alia atque
Secunda rõ alia hora naſcentes/ diuerſo fato naſcuntur: ſi nõ cæli poſitio quæ uariat in horas: ſed cæ/
Tertia li auctor immobilis ſui par ſemper: ſuiq; ſimilis: fati auctor & cauſa exiſtimatur. Poſtre/
Quarta mo ut Thomas argumentatur: Cum eiuſdem cauſæ effectus/ ſeſe inuicem indicant ab eo
Thomas dem principio/ eodem/ etiam modo proueniũt. cæli uero motus & inferiorum coporum
rerumq; diſpoſitio non eodem modo eſt a cauſis ſuperioribus: ſed illæ immutabili ordi/
ne/ & neceſſario: hæc ordine uariabili: & quæ utranq; in partem cadat contingenter: pro
natura. ſ. rerum quæ mouentur/ quæ gubernantur: quam diuina principia non mutãt/ ſed
conſeruant alioquin naturam non cogerent: ſed deſtruerent. Non poteſt igitur cælum ſi/
gnificare inferiora/ niſi quatenus cauſa effectum indicat ſuum: quare qui cauſam quidem
non eſſe uicti ratione fatentur: ſignum tamen eſſe contendunt: hi uocem ſuam ignorant:

Quod & Thomas aquinas grauiſſimo uir iudicio: Quique nihil ſoleat temere aſſeuerare in theologica ſumma aſſeuerate pronunciat. Poſſet hoc dici de cometis: de traiectionibus: deque aliis hoc genus/quæ ſiunt in ſublimi: ut excitata a ſtellis alicuius rei effectricibus: quod illorum cauſa factura eſt/non faciant: ſed ſignificent: De ſtellis ipſis dici nullo mo͡ do poteſt: cum illis/ut dicebamus/nulla corporea cauſa ſuperior inueniatur. Sed & qui ita opinantur fati neceſſitatem/uel nolentes inducunt: quoniam ſi ſint cauſæ ſydera inferiorum poteſt non effici quod illorum influxu fieri procuratur: uel obſtante materia: uel cauſa particulari communem influxum alio deducēte. Si uero ſint ſigna/cum ex natura ad ſignificandum fuerint inſtituta: ꝙ eorum uera natura: tam erit eorum ſignificatio uera. Alioquin cur inſtituta a deo ad ſignificādum. cuius opera perfecta ſi fallunt/ſi mentiuntur. Quod ſi non mentiuntur/erit neceſſario quod futurum ab illis ſignificatur. Denique ſi inter cauſas numerantur/non repugnat eorum conditioni in eo ordine eſſe cauſarum quæ impediri/mutari/ſuperari poſſint. Quæ ſi ſigna exiſtimentᷣ/inter mendacia haberi non poſſunt: ne aut fallax fuerit/aut ignorans: qui in cæleſti uolumine/futurorū notas/ut dicunt/litteraſque deſcripſit. Poſtremo ſi non indicat cælum faciendo: ſed quod nō facit: indicat tamē: reſtat ut quod aliæ faciunt cauſæ/indicetur ab eo. Aut igitur quod omnes faciunt: aut quod uel aliquæ tantum: ſi quod aliquæ tantum: cur quæſo harum opera indicat/illarum non indicat: ſi quidem pariter omnes: nullæ erūt reliquæ cauſæ per quas quod demōſtrabatur: quo minus eueniat poſſit impediri. Neceſſario igitur fiet quod portendabatur. Hoc autem ſi dixerimus non modo ueritati/ut alibi demōſtrauimus/ ſed ipſis etiam aſtrologis aduerſabimur: cum & ægyptii: & Ptolemæus: & celeberrimus quiſque aſtrologorum: fati neceſſitatem ſemper pernegauerit: quod in tractatu præcipue de quæſtionibus ſentire ſe declarant: Cum nō omnē quæſtionem dicant eſſe legitimam: ſed quæ ab impetu animi cælitus moto proficiſcatur: quales cum multas minime eſſe concedant: quæ a ratione. ſ. noſtra conſilioque naſcantur: aperte fati neceſſitatem non admittere ſe declarant: ſed & ea introducta omnis aſtrologiæ utilitas perit in eo præcipue collocata: ut præuiſa mala cauere/bona cōfirmare/augereque poſſimus. Poſtremo ſi ſint ſydera ſigna non cauſæ inferiorū: pars ea aſtrologiæ/quæ uulgo dicitᷣ de electionibus: extra cōtrouerſiā tollitᷣ: cū in illa fauor cæleſtis ad efficiendū nō ſignorū īdicia ad curioſitatē īueſtigentᷣ.

Thomas

Secunda rō capitalis

Tertia

Quarta

Aſtrologos negaſſe fati neceſſitatē

Caput XIII Siue ſigna ſint/ſydera: ſiue cauſæ/partem cauſa aſtrologiæ quæ eſt de interrogationibus nullam eſſe.

Trāuis uero opinionem aſtrologi magis probauerint: hoc eſt ſiue ſydera cauſas inferiorū: ſiue ſigna tantū nō cauſas eſſe uoluerit: neceſſario pars ea quæ de quæſtionibus/quaque maxime utuntur/ funditus auferretᷣ. Eſt enim iſtius partis hoc fundamentū moueri animos noſtros a cæleſti cōſtellatione ſaltem ex pᷓte imaginaria: cūque animus illinc ad deſideriū ſciendæ rei alicuius inſtigatur: tū ſi aſtrologum cōſulat/ex ea quæ hora cōſultationis cæli cōfiguratio/portēdi de re illa/quod ſciſcitator ſcire deſiderabat. Quare poſſe aſtrologum de rebus oībus de quibus quæſtio fiat/interogātibus uera reſpondere. Quæramus igitur nos ab eis qui omnē quæſtionē poſſunt diſſoluere: ſigna ne tantū inferiorū ſydera ſint an ſint etiā cauſæ ſignificentque faceido: ſi ſint ſigna ſolūmodo/nō eſt igitᷣ a ſyderibus impetus noſtri deſiderii: ſed quēadmodū alia/ qui ex ea ſunt opinione: propriis aiunt fieri cauſis licet incidentur ab aſtris: ſic motus quoque

Quinta

Fundamētū qōnū aſtro.

deſideri non cæleſtē conſtellationē/ſed uim ipſam imaginariam:noſtrā electionē : uim animi appetentē:& quæ de foris ſenſum animumq; laceſſūt :pro origine cauſaq; ſortiūt ſi cauſas eſſe reſpondent ſignificariq; ex illis in ſenora:ſicuti ex cauſa effectus demōſtrant quoniam pacto defendent cæli conſtellationem quæ hora conſultationis apparet/ cau/ ſam earum eſſe rerum de quibus aſtrologus reſpondet interroganti. Quæ cū pridē ſint

Cauillus per q̄ facetus

facta aut quoniam nunq̄ fient cām habere nullam oportet.Sane mars erit in occidēte;q reſponderi ab illis uera nō permitter.Quod ſi impetrare poſſint ab eo/ut uel audire eis liceat uera.Reſpondebo ego etiā non quærentibus/de iſtis quæſtionibus oppido per q̄

Vnde pars hæc nata a/ ſtrologiæ

uera.Viſum fuit aſtrologis par gloriæ ſibi & qui magis urgebat quæſtus comparari:ſi de tempore tantū genituræ:uel anni:conuerſione ſua cuiq; fata pronunciarēt.Nam pro his quidē intelligendis/aut ſemel tota uita/aut ſingulis tantum annis adire eos fuit neceſſe. Cum tamen multa quotidie curioſitas noſtra ſcire deſideraret:de quibus illi nihil pote/ rant reſpondere.Vnde & arti apud idiotas multum auctoritatis: & profeſſoribus multū pecuniæ detrahebatur.Hinc ſibi/aut aliis ſaltem perſuaſerunt poſſe ſe quicquid quærere tur ex hora quæſtionis aperte præuidere:modo qui iterogaret naturali impetu motus nō propria electione eſſet ad interogandum:ſic.ſ.ſe ab omni ſalſitatis inſamia pulchre ueri dicantes.Nam ſi quod reſpondebunt re ipſa refellebatur:non par uerus aſtrologus:ſed parum efficax quæſtio fuiſſe dicebatur:ſi euentis reſponſa reſpondebant:quid iam obſta ret/cur non oracula in terris haberentur.His artibus & fallaciis nugiuendum hoc homi num genus ludificant imperitos:cum nihil poſſit a ratione diſſonum magis uel dici uel cogitari:q̄ quod de iſta interrogandi fallacia excogitarunt. Nam ut illis concedam eſſe a cælo deſiderium illud meum ſciendi de abſente/gratia exempli quoniam pacto ſe ha/ beat:quæ tandem iſta conſecutio ut ſtatim illud etiam ſit uerum futurum:qua hora deſi/ derium hoc meum aſtrologo explicauero huiuſmodi eſſe cæli conſtitutionem/ quæ mihi ſtatum abſentis oſtendat.Vnde hæc competentia aut ſœderatio & noſtri deſiderii & rei

Reſponſio

quam ſcire deſideramus.Quod ſi forte reſpondeant uim eandem cæleſtem quæ rem il lam procul efficiat a nobis uellicare ſimul animum noſtrum quaſiq; admonere rei quæ

Confutatio

fiat.Primo illud ſequeretur tunc ſolum iſta inceſſere ſolum iſta inceſſere nos deſideria cū res ipſa fuerit.Et tamē de his quæ aut pridē facta:aut longo fient poſt tempore : aut quæ etiā nunq̄ fient:efficaces fieri putant poſſe interrogationes. Præterea id ſi dicamus non erit ſpectanda cæli conſtitutio qua hora aſtrologum interogamus:ſed quo primū momē to interogandi cupiditas nos inuadit:Siquidem eadem ſimiliſue conſtellatio eſt quæ & parit euentum :& deſiderium agnoſcendi illius ſuſcitat in nobis.Quod utiq; ſi rationa/ biliter inſaniendū:longe rationabilius diceretur:q̄ quod dicunt aſtrologi obſeruādū.ſ. tēpus ſciſcitationis/nō quo nos primum ſciſcitandi cura ſollicitauit:Tum quoniā ut dice bamus ſi qua inter hæc eſſe poteſt cognatio:ſiquis conſenſus:nō aliter eſſe poteſt/q̄ & rei quæ facta eſt:& deſiderii noſtri quæ quoquomodo ad eandem aut ſimilē cōſtellationem referri poſſe uideant.Tū q; hora q̄ aſtrologū ipi cōſulimus uariari pōt mille de cāis qbus fiat ut ſerius aut citius aſtrologū conueniamus: ut ſi eius domus remotior ſit a nobis/ ſi/ cuntē i uia qs remoret:atq; alia hoc genus temere itercurrētia/quæ horā qōnis ppeaq; cæ li cōfigurationē de q̄ eſt rñſurus aliā atq; aliā faciūt. Sed hæc nihil curāt aſtrologi/ qbus iā diu familiare eſt/ea ſemp & dicere & ſentire:quæ nullā hēant ꝓrſus rōnē & firmitatē.

Caput XIIII Diuina miracula a cælo nec fieri nec ſignificari/ſed miracula mira/

culis/ſicut naturalia naturalibus indicari.

u Erum utinã hactenus inſanirent/& non diuina etiã miracula/quæq; totius naturæ facultatẽ excedunt/naturalibus tamẽ corporũ ſuperiorum radiis/fieri exiſtimarent. In hoc enim eos errore uerſari: ſupra mõſtrauimus: declarantes diuinam ab eis religionẽ referri ad ſyderũ poteſtatem: & quã olim deus per Moſem populo hebreorum: & quã poſtea xp̃us per apoſtolos mundo ꝓmulgauit. Sic & illam ſub Noe totius orbis eluuionem: & quæ alii hoc genus diuina miracula ſacra prodit hiſtoria/ſuis omnia cõſtellationibus aſcripſerunt: in qua re ꝓculdubio inſanire magis uidẽtur: q̃ qui hæc potius fuiſſe aliquãdo nõ cõcedũt: q & fuiſſe credit qualia narrañt: & a naturalibus tamen cauſis effecta: cum nulla cogitari maior poſſit inſania q̃ ut factũ aliquid ſupra naturam/naturæ uiribus putes. Eſſe autẽ diuinam legẽ ex his quæ naturæ uires excedant/aduerſus impios diſputando probauimus. De cathacliſmo uniuerſali facile poteſt idẽ demonſtrari: cum naturæ nihil magis repugnet: q̃ ut ſuũ ipſa excidium moliat̃: Quare eã ſibi iniuriam nunq̃ inferret: de qua ipſa ſe ſua aſſerere poteſtate nõ poſſet. Quod ſi non potuit fieri curſu naturali: ut cum aquæ montiũ omniũ cacumina/quindecim cubitis ſuperarent: Noe cum ſua familia/cumq; omni genere animaliũ/intra unã archã duodecim menſes incluſus naufragiũ illud euaderet. non fuit etiã naturæ ꝓpoſitum ad perniciem communũ uiuentium terrã totam aquarũ inundatione ſubmergere. Quod ſi a cælo iſta nõ fiunt/de cælo præuideri etiã non poſſunt. Cũ quæ cælũ non facit/ea etiam nõ ſignificet: ut paulo ante probauimus. Quamq̃ iſtã propriã habent rationẽ quare ab aſtris nõ portendantur etiã ſi cætera quæ ſecularẽ naturæ non excedũt: uel fieri: uel indicari a cælo cõcedamus. Eſt enim ut alibi declarauimus ordo rerum a deo pro naturali curſu inſtitutarum ita ſuis finibus incluſus: ſeiunctuſq; ab his rebus quæ diuina uirtutæ & uoluntate fiunt preter naturã: ut hæc omnia ſi tollañt: nihil ſit in rerum natura quod deſit: nihil qđ ſuperſit: Eſt autẽ cælum & quæcunq; in cælo cõmuni curſu eueniũt ex his rebus quæ ſunt ſecundum naturam. Quare ſi quid ſyderum motus uel diſpoſitio quæ ex naturali eorum conditione illis debetur futurum ſignificant. Debet hæc ſignificantia & indicatio inter res naturales haberi & numerari: Quod ſi aliqua ex his ſignis portendere ea dicamus quæ fient ſupra naturam: ſequetur illud abſurdum: ut ſi relinquat deus naturam ſuis conditionibus: nec faciat aliquid ſuper eam: natura iam ipſa falſa & mẽdax inueniatur: in qua etiam deus aliquid fruſtra ſuperfluoque inſtituerit: quoniã erunt adhuc in ſyderibus ſigna rerum futurarum/quæ tamen non erunt/cum res quæ ſignificãtur res ſint præter naturam quas auferri ſupponebamus. Signa ipſa res ſecundum naturã ſint: quæ ablatis ſupernaturalibus nec auferri/nec aliqua ſibi debita perfectione priuari dicendum eſt. Non igitur ſi ab æuo miraculum aliquod facere deus diſpoſuit: miraculi eius indicia naturalibus rebus inſeruit: ita ut ad naturæ ipſarum rationem ſignificatio hæc pertineret: ſed naturalia quidem ſignis naturalibus miraculis antecedentibus miracula uoluit ſignificare: Cathacliſmum diuinæ iuſticiæ miraculo euenturũ: diuinitus inſpiratus: diuinitusque ſeruandus Noe mundo ſignificauit: educẽdos hebreos ex ægypto: & dandã illis legem facta per diuinam uirgam a Moſe miracula magis aſtrologiſq; ægyptiorum/teſtificata ſunt: ſubiiciendam populo dei terram ꝓmiſſionis: & que in ea ſupra leges naturæ mira deus erat operaturus: non naturalis aliqua cæli cõfiguratio: ſed coercitus manu creatoris rapidiſſimus ſolis motus indicauit: ut traiectum ſicco pede iordanem: & ſonitu bucci/

Maxima inſania.

Liber aduerſus impios

narũ/diruta urbis mœnia ꝑtermittã:Ezechiæ uitã diuina uirtute ꝓrogatã:nõ benigna io uis irridatio recto ſua ſpacia ordine percurrẽtis:ſed retrocedẽtis ſolis miraculũ demõſtra uit. Prodigiũ uerbi corporati:& uirginis puerperii:quũ mentiũ ſupra mẽtis naturã diuini/ tus iaſſlatarũ oracula annũciarũt:tum in ipſis corporibus cæleſtibus & terrenis prodigia mille teſtificata ſunt/dũ immẽſum illud dño nouũ ſydus exorit̃:nunc cum eodẽ in cruce deficiẽte/ſol luna plena/cõtra naturæ ordinẽ deficit:his ſigna diuina miracula & demon ſtrant̃ & cõfirmant̃:quæ a naturali rerũ ſtatu nec fieri poſſunt nec cõuenit indicari.

Capat XV Per ſtellã magnorũ nõ poſſe cõſtellationẽ aliquã intelligi:& declara/ tio quarundã ſcripturarũ quæ imperitis poſſent uideri aſtrologiæ adſtipulari.

n Vnc qm̃ in mẽtionẽ ſtellæ deuenimus quæ magis natũ Ieſum demõſtrauit:nõ ab re fuerit admonuiſſe lectorẽ/ne hanc forte ſtellã aſtrologoꝝ opinioni faue re ſuſpicet̃. Quaſi nõ ea aliud fuerit ꝙ index nati ꝓphetæ cæleſtis cõſtellatio magis illis ab oriẽte cognita & explorata/qui eſſent celeſtis ſciẽtiæ ut putat̃ oppido ꝙ pe riti. Abducit aũt ab hoc errore euidẽtiſſime nos/ipſa littera euãgelii:quæ de hac ſtella lo/ quẽs ait. Et ecce ſtella quã uiderãt in oriẽte antecedebat eos uſq; dum ueniẽs ſtaret ſupra ubi erat puer. Quod nemo niſi inſaniens exiſtimabit de cæli ſyderibus cõfigurationibuſq; eſſe intelligẽdũ. Erat igitur illa factitia & tẽporaria:nõ perpetua ſtella & naturalis con dita ad id officii a creatore/per quã ſignificari natũ regẽ iudeorũ. Eo forte modo magi in tellexerũt:quo & poſtea in ſomnis declinãdũ Herodẽ & alia ꝙ uenerãt uia in patriã eſſe reuertendũ. Sed & cauendẽ pariter eſt ne quibuſdã ſcripturã locutionibus perturbemur: ut cum in tẽporis plenitudine miſſum dei filiũ legimus apud Paulũ:& in euangelio dñm dicentẽ. Nunc eſt hora ueſtra & poteſtas tenebrarũ:& alibi nondũ uenit hora mea:puta/ bit enim ſuperſtitioſus horarũ & tẽporũ cõſtellationes ſignificari. At tu illum interroga: An cum fameſcit tẽpus putet cõmedendi. quæcũq; tamẽ per id tẽpus fuerit cæli cõſtitutio & cum ſatis laborauit/corpus curandũ. & cum ſatis obdormiuit/tempus euigilãdi. Quæ ſi nõ omnia habere ſuũ dixerit tẽpus:nõ pro eius tẽporis cõſtellatione:ſed pro natura ip ſius rei quæ fit:proq; occaſione opportunitateq; faciendi ſic pariter alia quæ & deus facit ſupra naturã:& homines faciũt propria libertate. quãꝙ nullas deſiderẽt ut fiant cõſtella tiones:neceſſario tamẽ aliquo tẽpore fieri & cõgruentius hoc ꝙ illo tẽpore fieri atq; com modius: Decuit mitti filiũ dei eo tẽpore quo eſt miſſus:ante nõ decuit:cauſa in cælo non eſt:ſed in propoſito dei:& exigẽtia rerũ de qua multa ſcribũt theologi: quantũ licuit eis per indicia ſcripturarũ ad diuinii cõſilii ſecretũ penetrare. Decuit item poſtquã eſt natus non ſtatim occidi:ſed quo tẽpore expediẽs fuit permiſit ipſe ſe manibus impiorũ/ atq; ea hora fuit poteſtaſq; tenebrarũ: Idẽ in reliquis intelligendũ:quod ex uno nobiſ libri gene ſeos loco aperte declarat̃. ibi enim cum terrã ꝓmiſſionis/ſic ex re appellatã/ Abrae deus ꝓmittit. Tu:, inquit ſcito peregrinũ futurũ ſemẽ tuũ in terra nõ ſua ubi quadrigentis an/ nis affligent̃/generatiõe aũt quarta huc reuertent̃. Hactenus ſcriptũ ſi fuiſſet / inſultaret aſtrologus/nõ potuiſſe diuinã ꝓmiſſionẽ impleri/donec tot annorum ſpaciis euolutis ad certã perueniret̃ cæli diſpoſitionẽ/quæ eẽt euẽtũ illũ paritura. Tu uero uide qd ex dei pſo na ꝓpheta ſubiciat:nec dũ.n. inquit cõpletæ ſunt iniqtates ãmoreoꝝ uſq; ad pſens tẽpus

Vide igitur quid expectaret̃: nõ copulatio ſcilicet Iouis & ſaturni/aut ſyderalis alia cõſtellatio: ſed plenitudo iniquitatis in ammorreis/per quã diuina iuſticia cuius legibus res humanæ/non ſatali neceſſitate regunt̃: & merito illos expelleret: & fidelis Abraæ ſemen illuc introduceret.

Caput: XVI Quæ naturæ uires ſupergrediuntur quantum ad id etiam quod in ſe naturale continent a cælo ſignificari non poſſe:

Satis iam niſi fallor eſt demonſtratũ diuina miracula a cælo nec fieri nec ſignificari: quãq̃ q̃ attinet ad efficientiã hoc ipſæ indicant uoces: nec nulla indiget probatione. Quærebat aũt nuperrime Hieronymus. Beniuenius acuto uir ingenio & perſpicaci: cum in his rebus quæ fiũt ſupra naturã interdum aliquid ſit etiam naturale: nũ ex ea parte a ſtellis poſſet ſignificari. ut ſi nõ potuerit aliqua cõſtellatio dei corporationẽ indicare: potuerit tamen legifer homo/& bonas leges ꝓmulgaturus oſtendi: reſpondi neque hoc modo poſſe illa a ſtellis ſignificari: nec quod putauit Alliacenſis: hoc modo ab illis fieri. Is enim nõ alia putauit ratione defendi poſſe ab impietate/qui rerum huiuſmodi mirabiliũ & diuinarũ cauſas quæreret in ſyderibus/q̃ ſi dicãt dependere hæc a cælo non quatenus ſũt ſupra naturã ſed quatenus in eis eſt aliquid naturale. Hoc uero qui dicit/nihil dicit: ſicut & nihil dicit qui fieri ab aliqua cõſtellatione hominẽ dicit non tamen fieri ab ea naturã rationalem nam ſi nõ facit ea in homine quod eſt rationale: nõ eſt cur dicat̃ magis facere hominẽ q̃ leonem. Si igitur demas ex diuinis miraculis qđ eis eſt proprium. & ea tantũ reliquas quæ ſunt illis cõmunia / cũ rebus innumerabilibus non eſt cur effectus ſingularem cauſam tam ſtudioſe quæras in cælo. Sed profecto qui Ieſu geneſim inueſtigant/non illud ſcire contendunt/cur in utero nouem menſibus fuerit quemadmodũ reliqui homines: cur: bono corporis ſtatu: cur prolixo capillo: cur pauper cur iudeus: quoniam his conditionibus abundat omnis uita mortalium: Sed quæ in co ꝓcipua fuere & ſingularia/eorum maxime cauſam quærunt in ſyderibus: quam & præcipuam eſſe putant & ſingularem: ea uera iam ſupra naturam dei opera nõ cælorum: q̃ natus ex uirgine: q̃ homo & deus: q̃ in patria dominus & peregrinus in carne: q̃ mirabiliũ operum effector: q̃ iure dominus orbis: q̃ iudex uiuorũ & mortuorum/q̃ diuiæ gratiæ auctor & diſpenſator: q̃ expulſor ydolatriæ: demonũ triumphator: auctor uirtutum: uiciorum expulſor: pax mundi: ueritatis manifeſtator. Hæc ſi non quæris nihil quæris: ſi quæris impie quæris. perfugium igitur nullum quod aſtrologis parat Alliacenſis ut diuina miracula dicant fieri a cælo: ſed nõ quatenus ſunt miracula: quæ nec ſignificari (ut ex nobis quærebat noſter Hieronymus) ea ratione a ſyderibus poſſunt: quoniam ſi ordo rerum quæ a deo proueniunt ſupra naturam e medio auferatur: reſtabunt tamen ut ſuperius diximus indicia hæc cæli effectus illos aliqua ex parte (ut dicebamus) protendentia. ſed effectus iã nullus erit: indicia illa igitur uana atque fallatia quale nihil eſſe in natura cæleſti ſuperius eſt demonſtratum.

Alliacenſis ē

Ioannis pici mirandulæ diſputationum aduerſus aſtrologos libri quarti finis.

## IOANNIS PICI MIRANDVLAE DISPVTATIONVM ADVERSVS ASTRO/GOS LIBER QVINTVS.

Caput primū Decreta aſtrologorū circa magnas cōiunctiones utiliter confutari:& ꝙ mēdaces ſint depreheſi qui de magnis inferiorꝫ rerū mutatiōibus ꝑ eas uoluerūt iudicare.

Opīo aſtro/logorum.

SEd multos abducit ab iſta ueri tate fallacia aſtrologorū perſua
dentiū imperitis/nullā unꝗ̃ fuiſſe legū mutationē:nullū ꝓphæ
tarū aduentū/nullū in rebus humanis euentū admirabilē/ quē
magna aliqua ſyderū ſuperiorꝫ ſaturni pſertim atqꝫ iouis cōiun/
ctio/nō pceſſerit.De qua re illi cum corā uel cōſentaneis uel ru/
dioribus quaſi de re certa atqꝫ confeſſa in tabulis diſſerūt:& per
tot millenaria annorꝫ diſcurrētes hæc inquiūt/illa eſt conſtella
tio quæ diluuiū fecit/hæc Moſē peperit:illa Ieſu aduētū hæcMa
chometi legē anteceſſit:nēo eſt fere q nō moueatr/& uľ deſcēdere ī
corꝫ ſniam/uel addubitare aliqd ſaltē ñ cogatr.Quare qm̃ hac
parte maxīe lædit religionē iſta ꝓfeſſio/uolo occurreræ iſti peſtilētiæ priuſꝗ̃ ipſa totius ar

Quam uti/liter opinio iſta confutatr

tis fundamēta cōuellamus:quoniā tñ hoc loco errāt aſtrologi:ut ſi etiā i cæteris bene ſē
tirent/defendi hic tñ nō poſſent:nō ſolū quia de rebus pdicunt quæ indubiū eſt cælo nō
ſubeſſe.Sed quia ipſæ quibus in pdicēdo regulis unitr errores cōtinēt & in hyſtoria & in
aſtrologia manifeſtiſſimos:quod priuſꝗ̃ rationibus oſtēdamus ipſa ſatis pōt experientia
certū his facere qui uim rationū minus peruidebūt:quoniā oēs qui ex huius cōſtellationi
bus de ſectarū legumqꝫ mutatiōe ſiue ſucceſſu diuinare aliquid uoluerūt falſi atqꝫ menda
ces ſunt depræhēſi.Olim mathematici.cū cœpit chriſti fides pullulare nō plus eā annis.

Confutatio per experientiam.

duraturā dixerūt/a cuius tñ initio iam milleſimus quadrigēteſimus nonageſi
mus quartus annus euoluitr.Albumaſar uel auctor uel inuētor huius erroris/eādē legem
hoc eſt noſtrā permāſurā dixit ad annos.mcccclx.quia.ſ.tot ſunt anni quos uocāt annos
ſolis maximos.Preterierūt anni illi nec ipſa præterijt:quia.ſ.cælū & terra præteribūt uer

Albumaſar.

ba aūt dñi nō præteribūt.Nec tñ de ſua hoc eſt Mahumetis lege ueriora prædixit. Abraā
iudeus anno chriſti milleſimo quadrigēteſimo ſexageſimo quarto Meſſiā eorū uenturꝫ di

Error Abra/am iudei.

xit ex aſtrologica obſeruatiōe:ꝙ tūc.ſ.ea primū erat reditura ſyderū poſitio ſub qua olim
Moſes ex ægypto populū eduxerat:& eductis dederat legē.Ego proximo ante eū āno na
tus/cū iam trigeſimū agā experimēto didici prædictiōis iſtius falſitatē.Arnaldus hyſpa//
nus nobilis quidē medicus ſed ad ſuperſtitiones paulo nimis ꝓpenſus ex aſtrologica ua/
nitate/pleriſqꝫ aliis adiectis antixp̄m nobis anno gratiæ.mccccxlv.comminabatr.Fluxere
ab eo tēpore anni iam ſupra centū quadraginta octo : & nullus adhuc antixp̄us niſi qua/
les etiā multi tēpore apoſtolorꝫ:Iuniores quotiēs nobis ex aliqua ſuperiorū planetarꝫ cō

Error Arnal.
Error Allia.
& aſtrologorum ſui temporis.

iunctiōe fallacis ꝓphæte aduentū annunciarūt:præſertim ex ea quæ in ſcorpioni iouis &
ſaturni ad hinc decem annis coniunctio fuit:nullus tamē adhuc fallax propheta mūdo
præter eos apparuit.Ipſe Alliacenſis ſcribit quo anno cōſtantiæ generale conciliū cele//
bratum eſt prædixiſſe aſtrologos/nullā futurā in eccleſia pacē:ſed religiōis exitiū /diſſen
ſioneſqꝫ in ea deſignari/ex ioue in prima domo in anni figura retrocedēte &.tamē ſciſma
illud magnū quo nullum unꝗ̃ maius fuit in eccleſia nec diuturnus/per quadraginta an/

nos iam confirmatũ/eo primũ anno extinctũ eſt/ſolita pace & tranquillitate eccleſiæ reddita: qđ ſatis certe potuit mouere ipſum Alliacẽſem/ne quã ultra iſti uanitati fidẽ adhiberet. qui: & ipſe ab illis forte perſuaſus uerebatᷣ ne illud nobis ſciſma paulopoſt antixp̃um apportaret. Erãt aliæ quas narraremus iſtorũ de legibus ſectiſq; prædictiões ipſo deinde euentu inficiatæ: ſed puto iſtas ſatiſfacere. cũ nõ ſint alii in iſta arte tãtæ auctoritatis quã/tæ apud oẽs aſtrologos habentᷣ: quorũ prædicta ipſis experimẽtis cõfutata declarauimus nũc ad rationes deſcendamus.

Quatuor uie quibus aſtrologi res magnas inueſtigant.

Caput II Quibus uiis aſtrologi de grandioribus rebus iudicium ferant: magnorumq; orbium reprobatio:

Srologi quatuor maxime uiis magnas rerũ inferiorũ mutationes ſoliti ueſtigare per ſuperiores planetas iouẽ præſertim & ſaturnũ cũ ſimul ſunt/quam magnã uocãt cõiunctionẽ: per orbes magnos: per ſaturnias reuolutiões/per octaui orbis acceſſus atq; receſſus: Has omnes uias & irratiõabiles & falſas & inuias oſtendemus: unde nõ ſolũ id cõſequemur qđ primo hic quærebamus: ut quæ de religione & legibus impia temeritate diuulgãt/falſa cõuincantᷣ. Sed omne etiã de magnis mũdi mutationibus iudiciũ infirmabitᷣ. Exordiar aũt a cõfutatiõe magnorũ orbiũ/reuolutionũq; quas ſaturnias uocant/ut his reiectis quibus operæ minus tota deinde p̃ſentis libri diſputatio aduerſus magnas cõiunctões libere euagetᷣ. Fingunt quẽlibet ex planetis/& itẽ unũquodq; ſignorũ mundi imperiũ obtinere annis trecẽtis & ſexaginta /quibus exactis tum nouũ aiunt incipere orbẽ magnũ/cui & planeta priori p̃ximus: & ſignũ quod de inceps hæret ſigno priori pariter p̃ſunt: atq; ita qualis dominãtis ſigni atq; ſyderis eſt natura/talia euenire in eo annorũ ſpacio: & cum orbis incohatᷣ nouus /nouari quoq; multa in rebus inferioribus & pro natura rectoris mutari ſemper rerũ noſtrarũ conditionẽ. Tum ſi quis quærat ab eis ubi nos aut in quo nunc orbe/hoc eſt ſub quo rectore uiuamus: reſpõdent ſub leone & luna: quod ita p̃bant. Scribit enim. Aoniar in libro de natiuitatibus cœpiſſe nouũ orbem magnũ/quo tempore ea fuit iouis ſaturniq; cõiunctio/qua cathacliſmũ uolunt fuiſſe præſignatũ. Ea uero præceſſit cathacliſmũ annis ut dicunt ducẽtis ſeptuagintanouem iſti uero orbi præfuiſſe ait Aoniar ex planetis ſaturnũ: ex ſignis cancrũ quod dixit etiam. Albumaſar libro primo de magnis cõiunctionibus/differentia prima. Hæc ergo ſupponentes quaſi cardinẽ totius ſupputatiõis colligunt ex eo quod attulit ipſe numero annorum natũ eſſe. Dominũ Ieſum: cum unus & quadrageſimus ſupra centeſimũ annus uolueretᷣ eius orbis: qui ab eo quẽ diximus ſub quo fuit diluuiũ quintus & decimus cui p̃ſit ex ſignis leo/ex planetis luna terminãdus anno gratiæ mileſimo ſexcenteſimo quinquageſimo nono. Hæc eſt omnis aſtrologorũ ſñia: nec uidebis qui in publicis annoꝶ uaticiniis/ſi magni orbis faciat mẽtionẽ/leonẽ & lunã rectores mundi gubernatoreſq; nõ cõſtituat. Poſſem ego hic obiicere q̃ leuis eos moueret cõiectura/ut tot annorũ q̃ cæli partes finxerunt ſpaciũ magnũ orbẽ uocarẽt q̃ nulla rõne dicatᷣ durare uim mundi gubernãtricem unius planetæ p tot ãnos p̃ſerti planetæ inferioris. Tñ nec a Ptolemæo nec ẽt ab ullo antiquoꝶ tale aliqd unq̃ ex cogitatũ. Sed arabũ eſſe iuniorũq; figmẽtũ. Sed his omiſſis/neceſſariis eos primũ rõibus urgeamus: & quas uitare nõ pñt ſi ſtare ſuis principiis uolunt/nec dogmati renunciare. Dicãt igitᷣ mihi ſi magni iſti orbes ſint ſtatuendi/an in ipſa prima mundi cõſtitutiõe cui oẽs conſentiũt/noui orbis exordiũ faciant an nõ faciant. Si di/

Ordo ſecundus.

Opinio aſtrolo. de magnis orbibus.

Sub quo orbe uiuamus ſecundum aſtrologos.

Albumaſar.

Rationes p̃termiſſe quæ adduci poſſent.

Prima.

Secunda.

Tertia.

cant ſe nõ facere/quid dicere poſſunt abſurdius. Si ſacere iam mathematica deductioone
reſcindã quicquid de magnis orbibus ſupra determinauerũt oſtendens fieri non poſſe ut
ſi illa ſunt uera quæ dicebãt cũ orbis cõſtitutione noui orbis exodia cœperint. Abumaſar
enim quo ꝑcipue auctore nitunť a mundi initio ad diluuiũ numerat annos integros duo
milia ducẽtos uiginti octo. Licet Euſebii ſupputatio hunc numerũ annis ſexdecim exce/
Albumaſar dat: Sed nihil intereſt utrũ dixerimus & cũ aſtrologis diſputãtes eorũ maxime opinioni/
Euſebius bus utamur. Statuať igitur numerus annorũ ab Adã ad diluuiũ ex ſñia Albumaſaris ad
uerſus quẽ diſputamus/patet a coniunctione/ea quæ diluuiũ ut dicunt ꝑſignificauit: & cum
qua ſimul nouus orbis cœpit relinqui ad mundi creationẽ annos mille nongentos qua/
draginta ſeptẽ/cum ipſa diluuiũ præceſſerit/ut dicebamus annis ducentis ſeptuaginta no
uem/diuidamus igitur eum numerũ numero magni orbis: hoc eſt per trecẽtas & ſexagin
ta partes erit planũ cõflari inde integros quinq; orbes magnos/tũ annos ſuperare idiui/
ſos ſupra centum ſeptẽ & quadraginta: quare neceſſario initiũ magni orbis ſtatueť anno
mundi centeſimo quadrigenteſimo octauo: Qui numerus annorũ ſi pars alterius ante/
cedentis orbis eſt neceſſario erit dicendũ præteriiſſe orbis annos ducentos & tredecim an
teꝙ eſſent anni/hoc eſt ante ipſius mũdi primordia: quo ſatis patet nihil dici poſſe deliri
us: ſed ita eſt certe nihil eſt iſto hominũ genere inconſideratius/nihil ad mentiendum
Quã deliri fallendumque natura uel profeſſione propenſius: ſinguntipſi ſibi aliquid quo dogma
aſtrologi colligerent & præſtigias faciant imperitis: quod eſt malitiæ eorum & uanitatis: ſed fit ſem
per ui ueritatis ut conſequatur inde aliquid uel falſum uel omnino impoſſibile uel ſibi
ipſi: hoc eſt eorum dictis ſaltem dogmatique repugnans. Quod hi minime aduertentes
efficiunt/tamen & ſpargunt obliuioſi pariterque mendaces: quod eſt ignorantiæ uitium
uidelicet & tarditatis. Exemplum eſt præ manibus in ea re de qua diſputamus. Nam ut
perſuaderent quacũque poſſent ratione magnam illam per cathacliſmum mundi in un
dationem a cælo profectã par puerilis figmẽti magnæ coniunctionis addiderũt nouum
orbem cœpiſſe cũ ea ſub quo ſcilicet orbis eſſet innouandus: & ut nihil deeſſet ad ſallaci/
Quã tardi am ſaturnũ illi orbi cancrumq; præfecerũt: quorũ alter ex planetis alter ex ſignis humidi
& ignorãtes tatis frigiditatiſq; auctores habenť. Et hoc quidẽ/ut dixi/malitiæ eorũ & uanitatis: ſed &
ſtultitia eorũ apparet atq; tarditas & ignorantia: tum quia de lira huic ſequi nõ uiderunt
utquãdo orbis nouitas noui orbis exordia nõ haberet: tum quia ſi ſaturnus & cancer orbi
illi præfuerunt colligemus neceſſario primo integro orbi præfuiſſe martẽ & aquarium a
quibus cur imperiũ mundi ſit auſpicatũ nulla unꝙ poterunt ratione defendere. Nã ſi de
luna hoc dicerent afferre aliquid poſſent: ut quia terræ ſit ꝓximior: ſi a ſaturno orbis emi
nentiã: ſi a ſole uirtutis poteſtatẽ: ſi a ioue uenere ue naturæ bñficentiã: in marte nihil in/
Quam mẽ ueniunt cur prima mũdi gubernacula mereať. Nihil itẽ in aquario cũ initialẽ nullã habe
daces & ob/ at prærogatiuã: qualẽ & cancer & libra & capricornus habere exiſtimanť: ſed quid pluri/
liuioſi. bus euagamur/uidere hinc licet plane atq; dilucide ꝙ ſint mẽdaces pariter atq; obliuioſi
Nam dicunt/ut oſtendimus cancrũ & ſaturnũ orbi illi ante diluii euentũ ꝑfuiſſe quia hoc
ſuum dogma cõfirmat ut magna humido frigidoq; planetæ aquarũ inundatio profecta
exiſtimeť/rurſus quoniã cõſonũ uideť ut gubernationẽ mũdi a ſole ĩter planetas/ab arie
Haly aben. te inter ſigna exordiamur planetam inquiũt mundi fuiſſe ſolẽ/arietem uero ſignũ. Hæc
Albumaſar. enim ſcribit Haly abenzagel & ipſe etiam Albuma. libro primo de magnis coniunctio/

nibus: & tamen iſta ita inuicē pugnant/ut ſimul uera eſſe nō poſſint: Nam cū ſint antæ orbem diluuii ad mundi uſq; initia orbes quinq; integri magni: ſex autē iperfecti: ſiue quinq; numeremus ſiue potius ſex fieri nō poteſt: ut ſi primo orbi aries dominet̃: ſexto aut quīto cancer dominetur. Aut ſi primū rexit orbē ſolare ſydus orbi diluuii ſaturnus præficiatur. Nam ſi præfuit primo aries & ſol: præfuit igitur ſecundo/taurus & uenus: tertio cū geminis mercurius: quarto luna cum cācro/at nec quinto nec ſexto cancer & ſaturnus: ſed illi quidē ſaturnus cū leone: huic autē iuppiter cum uirgine. Quomodo igitur nō erubeſcūt hæc poſteris ſcripta relinquere tantæ uel ignorātiæ uel hæbetudinis manifeſtiſſima teſtimonia: Sed hoc ingenio fere ſunt auctores aſtrologiæ. Sic & neſcio quis Ocliaton alios ſibi fingens orbes magnos uolebat efficere: ut & mundi conſtitutio & Ieſu natiuitas/noui orbis haberet initia: idemq; utriq; ſignū/hoc eſt aries ſignorū caput p̃ficeretur: quod cum ei aliter nō ſuccederet dixit numerari debere ab Adam ad chriſtū annos quattuor mille trecentos & uiginti: Tot quidē ſi numerus erit plane quod ille omnino uolebat. At eum numerū nulla hyſtoria recipit: ſed a grecis quidē latiniſq; ſcriptoribus per annos fere nōgētos ab hebreis: & per quingētos ab aſtronomis aliis etiam per mille centūq; diſſentit. Sed uoluit ille potius nō eſſe quod erat q̃ ita bello ſuo cōmento renūciare. Queadmodum illi ueteres quos tradit Ariſtoteles: qui cum ſemel ſtatuiſſent omnia eſſe denario numero diſtributa: nec tamē in uniuerſo plus nouem ſphæris inuenirent dixerūt neceſſario aliam eſſe terrā: ut denarius eorū numerus impleretur æmulatione quadā diuinæ ſapiētiæ quæ nō ſeipſam ad res: ſed rerum ueritatē format ad ſeipſam. Poſtremo prætereundū nō eſt ſi eſſent aliquid iſti magni orbes neceſſario: quod quidē per eos dicūt aſtrologi falſum eſſe oportere: cū in illis euoluēdis plurimū aberrent: putant enī hunc qui nūc reuoluitur/cuius agi uolunt annū centeſimū nonageſimū quintū: orbem eſſe a primo quidem decimūnonum: ab eo autē ſub quo fuit diluuiū decimūqnartū: atq; hac ratione illi præficiūt leonē & lunā: Sed hoc eſſe nō poteſt niſi a mūdo ad nos ānos nūeremus ſexies mille octingētos triginta octo: quod uerā quidē annoꝝ ſupputationē excedit per ānos pluſq̃ mille & quadringētos: ut in tractatu noſtro de uera tēpoꝝ ſupputatiōe probauimus: ſed & ſi alias ſequamur hyſtorias/cæteros. ſ. latinos qui plures computāt ānos: pauciores tamen inueniemus his quos iſti ad ſuos orbes corrogāt perficiēdos: cū nulla hyſtoria in eo numero ſexies mille & ſeptingētos aut circiter excedat: quibus tamē ipſi centū fere & quadraginta adiicere depræhendūtur/ut ſuam orbium poſitionem defendāt/quam ſatis puto etiam in expertis eſſe confutatā.

Alia opinio Ocliatonis.

Vera a mūdi ītio ad nos ānoꝝ ſupputatio.

Caput III Saturnias reuolutiōes Albumaſaris inuentū & hyſtoriis & ratiōi aduerſari.

Eſtat de ſaturniis reuolutionibus. Et has quidē ſolus ſibi finxiſſe uidetur Albumaſar: & poſt eū alii nō magnope his utūtur. Sed uideamus quid ſint & q̃d mouerit Albumaſarē & quantū in his/ut in ceteris ſolet aberrauerit: cū ſaturnus decē periodos abſoluerit qui trecētis fere ānis exigūtur putat magna tum euenire in rebus hūanis. Motus eſt hac cōiectura ꝙ in aliis ſuis hyſtoriis aliquādo cōpetit poſt hunc numerum ānoꝝ inſigne aliquid eueniſſe/inde ip̃e dogma fundauit reuolutiones ſaturni decē/mutationē afferre rerū in ſerioꝝ. At in ip̃a hac primū hyſtorica cōiectura uide q̃ aberrauerit. Poſt Alexandrū enī inquit exactis ānis trecētis apparuit Ardaſor filius Bel qui perſas cōtriuit: & poſt alios totidē ānos apparuit Ieſus dux. ſ. noſter. Hac igit̃ rōne erunt

Anni ab Alexandro ad chriſtum

a Ieſu ad Alexandrũ anni ſexcēti:quod extra omnē cōtrouerſiam cōſtat eſſe falſiſſimũ:cũ nulla hyſtoria quadringētos numeret ānos a chriſto ad Alexandrũ:& ipſe Alphonſus in aſtronomicis tabulis nō plures numeret undecī atq; treceētis. Videamus modo hi p̄cipui auctores aſtrologiæ:ex quibus fundamētis mirabilia eoꝶ dogmata fulciũt. Idē Albumaſar poſt Ieſum inquit exactis decē ſaturnus reuolutiōibus orta eſt lex quæ eſt media inter nazarenos & paganos(ſic enī uocant gētes) At ſane ſcimus nullā poſt Chriſtũ legem āte Mahumetē exortā:ſed puto ītellexerũt Arabes iſti ſectā manicheoꝶ:qui & Minimi uocā/

Impugnatio per rationē.

tur apud Talmutiſtas quæ quidē hæreſis nō ſolũ iam decē exactis: ſed prius etiā ꝙ nona ſaturni reuolutio pficeret̃ inualuit. Quæ oīa ſi ex hyſtoria ille fideli attuliſſet:nō ꝓpter/ea erat dogma faciendũ hoc ſaturni decē periodos parere alioquin mille mihi ego huiuſ/modi dogmata confingā:Nā & hebrei primũ templũ a Salomone ædificatũ ad quadringētos aut paulo plures ānos aiũt permāſiſſe:Tum qui ſecũdo ſub dario ædificatus eſt nō plus decem ānis ſuperfuiſſe:hoc eſt quadringētis & decē: a cuius deſolatione fere ꝑ ānos totidē ſuas leges in Babilonia ſibi confinxerũt/faciamus hinc dogma: quartā decimam ſemper ſaturni reuolutionē ſaturniæ iudeoꝶ genti mutationē magnā afferre:& probabi/liora dicemus ꝙ Albumaſar qui denariũ ſibi numerũ eligit Aquo illud & libēter ſciſcita/bor:unde natura.ſ.iſtas reuolutiones exordiatur: & ſub qua cæli parte initiũ faciet iſtius periodi rationē afferrat quæſo cur illā potius cæteris antepoſuerit:Sed non eſt diutius la/borandũ in confutādis his nugis præſertim quæ aliis aſtrologis præter Albumaſarē pa/

Alliacenſis.

rum ſatiſfeciſſe uidētur:imo ita ut ipſe etiā Alliacenſis qui in tractatu de cōcordia hyſto/riæ & aſtrologiæ his magnopere uſus fuerat in elucidario cōfeſſus ſit nullum eas habere fundamentũ:euerſo ſtilo magnā ſui libelli partē inueta taxatione corrodens.

Caput III Ordo eorum quæ dicēda ſunt & diſſidentes aſtrologorum opiniones cir/ca magnas cōiunctiones.

Ordo dicendorum.

r Eſtat de acceſſu & receſſu octaui orbis & ſphæra nona:reſtat de magnis cōiunctionibus: Sed illud quidē ſequēti libro examinet̃ nunc ad cōiunctiones ma/gnas cōuertamur: ſed fuerit operæ preciũ afferri prius quid de his ipſi ſentiant ut facilius intelligātur:quæ in confutationē afferētur a nobis:quæ nec ipſa narratio erit ſine utilitate cōfutationis cũ diſſidere ſuper his ita eos uidebimus/ ut nec dum cōſtet apud aſtrologos quæ maxima ſit cōiunctio/quæ maior/quæ media: in qua re nō eſt ſolũ de nomine cōtrouerſia:ſed inde prædictionũ oritur magna diuerſitas cũ alii a maximis:alii a

Cōis opinio

Magna cōiũctio. Maior

mediis:alii a minoribus cōiunctionibus euētus iubeāt expectari. Cōmunis igit̃ ſententia quam Alchabitius ac Leopoldus tradunt:& ante eos Albumaſar huiuſmodi eſt/magnā eſſe cōiunctionē cũ ſimul iungātur iuppiter & ſaturnus:quod poſt uiginti ſemꝑ ānos euenit maiorē autē cum facta ab una triplicitate in aliā migratione in luminibus noue tripli/citatis congrediũtur/atq; id euenire fere poſt annos ducētos & quadraginta/ nā intra fi/nes/trigoni unius duodecies copulari tũ tranſitũ fieri ad ſignũ proximi trigoni:quod ſit ab eo in quo ſe iunxerũt:non primum ſed ſecundũ: ut ſi ex capricorno utriq; diſceſſerint/

Media

Maxima

Opi. Meſſa.

Maxima

nō in libra/ſed in aquario ſe primũ excipiũt in ea triplicitate. Mediā inter has cōiunctio/nem eſſe eā:quæ trigeſimo quoq; anno perficiat̃ ſaturni & martis in cācro. Maximũ om/nium iouis & ſaturni in ariete quæ poſt nōgentos &.lx.ānos eueniat. Meſſala ab his diſ/ſentiēs libro ſuo de cōiunctionibus eā maximā ait eſſe cōiunctionē quæ ſit triũ ſuperiorũ:

hoc eſt ſaturni iouis & martis:a qua ipſæ & ſectarũ mutationẽ & tranſlationẽ regnorũ & prophetarũ aduẽtus expectãt:nõ ab ea quæ ſit iouis & ſaturni in ariete:quod aſtrologoꝝ uulgus opinatur/proximã huic cõiunctionem facit iouis & ſaturni:Tertiã ſaturni & mar tis::quartã iouis & martis:Videamus nũc quantũ utraqꝫ erret poſitio. Maior. Media.Magna.

Caput V Planetas magnis cõiunctiõibus iunctos nõ plus poſſe q̃ diuiſos:magnaſqꝫ iſtas cõiunctiones nouum eſſe inuentũ de malo Ptolæmei intellectu natum:

P Rincipio ſcire ab eis uelim/quare putẽt maiora facere Iouẽ & ſaturnũ cũ ſunt ſimul q̃ cum ſeparati ꝓprias unuſquiſqꝫ uires exequuntur & exercẽt. Variæ enĩ naturæ radioꝝ cõmixtio nouã quidẽ rẽ facit q̃ diſcretus influxus ꝓpriuſqꝫ non facceret:ſed maiorem cur faciat habere rationẽ nõ poſſumus:ſed eo potius inclinamur ut credamus minus aliquid fieri inde/q̃ ſi ſeorſum ageret unuſquiſqꝫ planetarũ/quod põt: nã ſi qui ſimul coeunt planetæ eadẽ cẽnt ꝓprietate:& uires haberẽt earundẽ rerũ effectri/cess ꝑfecto acceſſione facta duplicis radii effectus quoqꝫ duplicaretꝰ:at cũ cõtrarie ſint re/pugnãtiſqꝫ nature/qualis iuppiter & ſaturnus neceſſario alter alterũ impedit: & dũ inui/cem ſuas frenãt ligãtqꝫ ptãtes diuerſitate mixturæ fit ut expectare ab eis nil poſſimus niſi medіocre quẽadmodũ oĩa ſunt quæ ex extremoꝝ mixtione diſſultãt:ſicuti & ipſi dicere ſolẽt cũ ſunt ſimul ſaturnus & mars/q̃q̃ uterqꝫ noxius/uterqꝫ ſit maleficus:quia tamẽ diuer/ſam habẽt nocẽdi ptãtem nõ fieri ex illoꝝ cõiunctione maius aliquod malũ & admira/bile:ſed frãgi potius debilitariqꝫ alterius uires ab altero:ita ut nocere neuter poſſit dum nocere uterqꝫ pro ſuæ naturæ cõditiõe cõtendit:quare nõ eſt plene indubitatũ ſi cælo ſub ſint euẽta inferioꝝ maiora euenire & magis durabilia cũ iungũtur ſydera ſuperiora q̃ cũ eoꝝ aliqs cæteris debilitatis plus aliquid fortaſſe ſolito uiriũ ptãtiſqꝫ nãciſcitur. Quod ſi i iũctos planetas plus facere q̃ ſepatos ad magnas iſtius mũdi mutatões illis dederimus nõ tamẽ dabimus hoc ad iouis ſaturniqꝫ aut martis cõiunctionẽ referendã: ſed obtinere uim primã in iſtis rebus alia ſydera & rõne & ſũmoꝝ aſtrologoꝝ auctoritate ꝓbabimus. Neqꝫ enĩ unq̃ aliquis ueterũ ꝑ has quas iſti uocãt magnas cõiunctiones de uniuerſalibus mũdi mutatiõibus iudicarũt/ nihil de his Maternus q̃q̃ curioſiſſimus utiqꝫ aſtrologiæ íueſtigator/nihil Paulus/nihil Epheſtiõ/nihil Theophilus/nihil Aſtaxarchus/nihil ipſe Ptolemæus/cuius hic nobis teſtimoniũ erit ſatis/ne parũ eis notis teſtibus aduerſus eos uta/mur. Is igit ſecũdo libro apotheleſmaton docẽs qua uia generales & mũdi mutatiões ꝑ/iudicẽtur:eas oẽs refert ſolũmodo in ſolis luneqꝫ defectus:nec poteſt dici aliquid rõnabi/lius:nã debẽt effectus uniuerſales & magni in eas referri cauſas quæ maxime uniuerſales & efficaces ſint/eſt autẽ cõfeſſum apud oẽs ĩter planetas duos eſſe tm̃modo efficiẽtiæ uni/uerſalis:ſolẽ.ſ.& lunã:cuius lumẽ nõ aliud q̃ ſolis lumẽ ꝑ eã quaſi ꝑ ſpeculũ:ut ſic dixerit ad terrã delatũ. Quare ſi qua debet cæleſtis uirtus origo & cauſa exiſtimari effectuũ uniuerſaliũ atqꝫ magnoꝝ/nulla debet potius q̃ ſyderũ iſtorũ talis exiſtimari. Quod enĩ ait Meſſalla fieri magna a ioue & ſaturno:quia tardioris ſunt motus ꝓbat potius quæ negat q̃ quod affirmat:cũ omniũ concors ſit ſentẽtia deberi nobiliori corpori & potentiori motum ueIociorẽ. Quo circa qui ſuperioꝝ ſyderũ partes dignitatẽqꝫ tuẽtur:ne imbecilliora putẽtur:quia ſuo ſerius loco reſtituãtur. Solent ex orbiũ ꝓportione quos ambiunt ꝓbare eos multis ueIociores:quibus ex periodoꝝ mora apparẽt tardiores. Sed ſcio quid dicent de Ptolemæo omiſſum hoc ab eo in libro apotheleſmaton ne myſteriũ proderet. Ita enĩ

Prima ratio.

Secunda rõ.

ſcribit Haly eius interpres. Sed in centiloquio(ſic enim uocāt)multa huius rei dediſſe do
cumenta cū uerbo quinquageſimo eius libri iubeat ne planetarum cōiunctiones obliui/
ſcamur:in quibus magna ſit efficacia:& uerbo item tum quinquageſimo octauo: tū quar
to & ſexageſimo earundē rerum nos admonet magna tradēs de his præcepta:cōiunctio/
Confutatio. nem maximā:mediā:minimāq; diſtinguens. Ego uero ab eis reſponderi nihil potius uel
lem:ut uel hinc palam omnibus fiat quæcūq; eorum dogmata maiora admirabilioraq;
uidētur ea uel ex uanis opinionibus:uel ex falſa ueterū auctorum intelligentia pullulaſſe
nam quod dicunt tacuiſſe hoc Ptolemæum in libro apoteleſmaton: ne myſterium prode
ret/tantū abeſt ut negem:ut nec in centilloquio credam proditū ab eo in quo certe tā ni/
hil magis locutus eſt de iſtis cōiunctionibus q̄ nec de priami morte/aut bello troianorū:
quo pacto autem plura eius auctoris enunciata peruerterūt:& quanti ex uno errores de/
inceps propagati deinceps aperiemus:eſt quinquageſimū Ptolemæi uerbū:ita apud eos
Vulgata editio ptholomei hoc eſt in uulgata editione. Non obliuiſcaris eſſe centūuiginti coniunctiones quæ ſunt in
ſtellis erraticis:in illis enim eſt maior ſcientia rerum quæ fiunt in hoc mundo ſuſcipiētia
graece incrementū & decrementū:græce eſt ita/ne prætermittamus centū & decēnouem cōiun/
ctiones. In his enim poſita eſt cōiunctio eorum quæ fiunt in mūdo & generationis & cor
ruptionis:Primū plus tribuit iſtis cōiunctionibus barbara interpretatio q̄ tribuat Ptole/
mæus apud quem illud nō eſt non eſſe maiorē ſcientiā rerum quæ fiunt in mundo q̄ quæ
Snīa Ptol. eſt ex illis. Preterea ut illud omittamus ſententia enūcianti alia non eſt/q̄ ne ſolā ſpecte/
mus ſyderis uniuſcuiuſq; proprietatē. Sed ex eorum coniunctione uarias ſciamus uariarū
rerum effectrices uirtutes exoriri/quod nemo denegat ab omnibus aſtrologis conceden/
dum:ſed in quas potiſſimū maximaſq; rerū inferiorū mutationes referamus ſuperiorum
eſſe ſyderum cōiunctiones Ptol. certe non dixit: ſed potius ſi eius dicta recte & legātur &
intelligātur contrariam nobis ſententiam indicabunt. Non enim centū & uiginti(ut uul
go legitur)has eſſe dixit cōiunctiones:ſed ſolum centum decem & nouem: quia his.ſ.ſo/
lis & lunæ cōiunctionem nō numerat:ut quæ priuilegia habeant peculiaria p̄rogatiuāq;
ſingularem in magnis uniuerſalibuſq; mutationibus reliquas omnes aceruatim in nume
rum ordineq; redigit/ut inter quas alia aliæ ſingulari nulla conditione p̄ſtaret: quod nō
aduertentes barbari expoſitores quaſi omiſſum foret uicio librariorum ſolis & lune con/
iunctionem addiderunt/legendūq; centum & uiginti:non autem centum decem & nouē
quod greci omnes codices habent putauerunt:ut non contenti ſenſus deprauatione: lit/
tere quoq; fidem adulterarent. Trāſeamus ad alia. Scribit Ptolemæus uerbo.viii.&.l.in
hunc modum cōiunctionis locum quo in loco ab anni aſcendente eſt inſpice/ ſiquidem
cum profectio illuc peruenerit:tunc tempus erit & uerbum.iiii.&.lx.eſt huiuſmodi in mi
Malus intellectus. lviii. &.lxiiii. uerbi. nima cōiunctione differentia mediæ cōiunctionis & in media maxime cōiunctionis diffe
rentia.putant arabes & latini utrobiq; per cōiunctionem a Ptol. ſaturni & iouis cōiunctio
nem intelligi. Sed ita nemo falleretur qui grecos auctores aſtrologiæ præſertimq; Ptole/
meum incōniuentibus oculis aliqnando perlegiſſent:quod enim dicimus cōiunctionem
nota græce ſynodus eſt:quæ dictio cum abſolute profertur pro ſolis ſemper & lunæ copulatio
ne accipitur niſi aditum ſit cuius ea cōiunctio fuerit/uti ueneris & mercurii/iouis & ſatur/
ni/& aliorum planetarum quare cum utroq; enunciato ſynodum abſolute dixerit Ptole/
mæus nihil ultra adiiciens manifeſtiſſimam apud omnes qui nō ſunt græce lectionis pe/

nitus inſolentes de luminũ cõiunctione intelligere Ptolomeum/nõ autem ſyderum alio rum. Atque ita prioris hoc eſt octaui & quinquageſimi uerbi ſententia eſt: ut ſigno & lo/ co ubi in anni reuolutione ſolis lunæq́ꝫ cõiunctio facta eſt diligẽter obſeruata cum anni profectio per anni. ſ. menſes diſtributa: per quam alterum alteri ſignum iuxta ſeriem cõ/ ſtitutionis in dominandi poteſtate ſuccedit ad eum locum peruenerit/ effectum expecte/ mus: qm̃ ipſa antegreſſa anni conuerſionem ſolis lunæq́ꝫ cõiunctio/ nobis ſignificauerit. Vtitur enim his maxime Ptol: luminariũ congreſſibus ad totius anni euentum inueſtigã dum: quod nemo neſcit qui apoteleſmaticos eius libros euoluerit. Sunt autẽ in huius uer bi tranſlatione multa addita omiſſa interpollata. Nam & pro cõiunctione cõiunctionem minorem legũt: cum nulla in græcis exemplaribus maioris uel minoris differẽtia adicia/ tur: & terminus profectionis ad plures annos extẽditur/cum nihil de hoc apud Ptol: qui de unius tantũ anni euentis uti dicebamus facit mentionem: ſed fauere magis illis uide/ tur. Poſtremum illud enũciatum ubi cõiunctiones maxime mediæ minimeq́ꝫ diſtingũtur qualẽ differẽtiam in luminarium cõiunctione multi nõ intelligunt: ſed facile hoc & aper tum his qui ad Ptolemæi lucernam nõ obſcitabundi aliquãdo uigilarũt: cum enim ille ut diximus omnia tribuat ſolis luneq́ꝫ cõiunctionibus: Tum has triplici genere ordineq́ꝫ diſtinguit. Nam quæ defectum efficiũt alterius lumĩaris eas ſtatuũt primo loco per quas nõ unius anni/ſed multorum interdũ euenta poſſint præuideri/has maximas ideo nũcu pabimus: quia & maxime tunc ſydera illa cõiunguntur: cum nec longitudine diſcrepent loci/nec latitudine: & maxime remota futurorum euẽta portendũt. Cõtra: minimæ apud illum quæ ſingulis fiunt menſibus: & unius tantũ menſis nobis indicant diſpoſitionem medias inter has quæ ingreſſum ſolis in ſigna quattuor tropica proxima antecedũt: arie tem: cancrum: libram: capricornum: a quibus totum ãni tempus quod ſequitur nobis in/ dicatur: aut uernũ: aut eſtiuale: uel autũnale: uel hibernũ. Quoniã igitur quod uniuer/ ſalis diſpoſitio indicat particularis ſequens diſtinguit & determinat: ideo mediam dixit cõiunctionem maxime eſſe differentiã mediæ uero minimã: ut ſi gratia exempli: lunæ ſo/ liſq́ꝫ cõiunctio æquinoctiũ uernum proxime antecedens qualitatem nobis futuram ueris oſtenderit: ſciamus tum id totum & minui & augeri pro natura cõiunctionũ: quæ ſequẽ/ tibus ſingulis menſibus rata reuolutione contingẽt. Et quam habẽt habitudinem men/ ſtruæ iſtæ ad illas quattuor temporũ cõiunctiones. Eandem habẽt ille trimeſtres ad ma/ iores & paucas deficientiũ ſyderũ coitus atq́ꝫ cõgreſſus. Hæc eſt Ptol. opinio de maximis mediis minimiſq́ꝫ cõiunctionibus/ quod barbari iſti non intelligẽtes belliſſima ſibi ſom/ nia fabricati ſunt de ſaturni iouiſq́ꝫ cõiunctionibus: quarũ maxime poſt nõgentos & ſexa ginta medie poſt. cc. & . xl. Minime poſt uiginti ãnos redeũt: quod præter ea que diximus cõgruere enũciato etiã nõ poteſt/quoniã maxima apud eos cõiunctio medias minimaſq́ꝫ cõplectitur. quare nõ poterit effectus maxime cõiunctionis per minores illas determina/ ri per quas illa per multas ſeculoꝝ reuolutiones exigitur: Quid igitur dixit Ptol. mediã eſſe maxime differentiã: mediæ uero minimã/hoc eſt illud figmentũ ex falſa unius aucto ris intelligẽtia natum quo ſe iſti a deo iactant: quo ſe reputant: gloriabũdi/q̃ religio om/ nis ſtellis ſit ligata: quo ſanctiſſimas leges prophetarũ aduentus/ diuina miracula pote/ ſtatibus ſyderum fatorũq́ꝫ ſubiiciunt: Certe nuſq̃ ſe magis pueriles oſtendũt aut magis ru des/ridiculiq́ꝫ inueniũtur.

Sentẽtia uer bi quĩquage ſimi octaui.

Errores uul/ gatæ tranſla tiõis ĩ uerbo lviii.

Declaratio uerbi. lxiiii.

Quæ maxi mæ cõiuncti ones ſecũdũ Ptolæmeum

Que minĩæ

Que medie

Caput VI Precipuos aſtrologos mediis uſos eſſe cõiunctionibus nõ ueris: tum alia errata illorum circa eaſdem.

Quoꝙdã obiectio.

Sed dicet fortaſſis aliquis aſtrologoꝝ: eſto Ptol. non intelleximus quid ſi uelut tempeſtas nauem aliquãdo agit in portũ/ita nos error iſte duxit ad ueritatem, quicquid ſenſerint P ptol. & alii experientia confirmatum eſt nullam unꝗ uel legum uel regnorum magnã accidiſſe mutationem quam nõ aliqua ſyderum ſuperiorũ cõiunctio anteceſſerit: nec unꝗ aliqua huiuſmodi anteceſſit quam nõ id genus mutationes in rebus inferioribus ſint ſubſecutæ/bene habet ſi tempeſtatem agnoſcunt/ſint portu in iſto uidebimus. Neque enim ſi in magnis delirarunt quantũ conſtent iſta infima experientiam facere ſunt conati: Quod nos in uniuerſum primo declarabimus, tum ſingilatim quaſcunq; aliquis aſtrologorum ſignauit cõiunctiones magnas rettulitque ad euenta rerum admirabiliũ: & falſas & falſo ſupputatas & ad effectus falſo relatas luce clarius oſtendemus. Principio auctores omnes huius dogmatis ueris cõiunctionibus nõ utuntur. ſed mediis: hoc eſt fictis & imaginariis: quod ut plane omnes intelligant dicam quid ſit uerus motus/quid medius. Erraticæ ſtellæ per zodiacum æquo curſu non deferuntur: hoc eſt non æquali temporis interuallo æqualem ſemper illius partem prætergrediũtur: qui igitur metiri illorum motus/& digerere innumeros uoluerunt/ſinxerunt unicuiq; planetæ motum uniformem: ut ex hoc ficto & uniformi/inequalem illum & uerum facilius aſſequerentur. Fictum illum Ptol. uocat periodicum: iuniores medium: quia hoc quaſi medio utuntur ad uerum inueſtigandum/cum ex motus ſupputatione planetæ locum inquirimus/interdum medio utimur motu/interdum uero: non quia medius ille locum indicet nobis quo planeta conſiſtat. Sed ut ex eo ueram ſedem illius methodo & ratione faciliore quæramus. Planeta enim nunꝗ eſt ibi ubi per medium motum eſſe depræhenditur: quia nec ſic unꝗ ille mouetur. ſed excogitatum/ut dixi/hoc ab aſtrologis eſt/ut ueritatem inde ordine quodam certius adipiſcãtur. Dicebant igitur qui per magnas cõiunctiones iudicant de futuris eos mediis uti cõiunctionibus/nõ autem ueris. nam ꝙ dicunt poſt. xx. annos iungi iouem & ſaturnũ. poſt. cc. autem in initus cõgredi triplicatũ. tum poſt. dccc. &. lx. in arietis limitibus conuenire/falciſſimum eſt ſi ueros motus reſpicimus: eſt autem uerum ꝗꝗ nec exacte ſi medios hoc eſt fictos illos & falſos re ſcilicet nullos ad doctrinæ facilitatem a mathematicis excogitatos: ita autem quod medius dicit motus diuerſum eſt ab eo quod per uerum attingimus: ut etiam & ſignum fiat aliud coniunctionis atq; ea gratia exempli in piſcibus aſſignetur/quæ tamen fuerit in aquario: & tempus adeo uariet/ut ſi de his quæ poſt per. cc. &. xl. annos eueniunt agimus coniunctionibus/uera interdum mediã per annos etiã centum antecedat. Apparet ex tabulis recte ſupputãti iouẽ & ſaturnũ anno gratie. mcccxxvi. a terrena triplicitate migrantes ad aeream in aquario ſe

Reſpõſio

primi notabile

Quid ſit uerus motus qd medius

Ptolemæus.

eorū apoteleſmata reuincuntur. Sed illud unū reſpōdeant quæ ſuper his habita uera fide liaque experimenta/de quibus tanta apud eos eſt controuerſia: ut quo loco quadratū ali/us ſtatuerit: alius trigonum eſſe contendat. Et quod hic quidē facit exagonum/ſit qui tetragonū eſſe uelit: imo trigonum ſit alicui/quod tamē aliis erit dyametrū: de qua re quoniā infra late diſſeretur ad eū locū lectorē delegamus: nunc illud & admonētes non modo in præſcribendis finibus radiationum. Sed de ipſarū quoq; natura pleraq; eos differre/adeo ut ſcribant Paulus & Heliodorus exagonū quod inter ſigna nō eſt æque uel ab equinoctiis uel tropicis diſtantia/naturā oppoſitionis habere: tum nec oppoſitionē eſſe maleficam ſed īter bonos aſpectus maloſque mediare/pariter Ptolomeus nec eſſe quadratū malum nec trigonum bonum putat: ut liqueat ſatis nullam auctoritatem experientiæ patrocinari: cuius in tam diuerſis opinionibus æquali fide/æquali auctoritate magiſtri/patrociniū quiſq; ſuffragari ſibi contendit.

Ad expimenta non poſſe aſtrologos p uocare.

Diſcordia

Paulus

Heliodorus

Caput VIII Quæ de obſeſſione dicuntur pugnare his quæ de aſpectibus.

ſ Vnt autē præter figuras iſtas quas diximus & aſpectus/aliæ ſyderū cum inter ſe tum ad ſolem poſitiones quibus affici uires & mutari ꝓprietates rerum putēt: inter quas etiam quæ prioribus illis uideantur repugnare. Nam planetam obſeſſum dicunt quotiens utrinq; radii malorum ſyderum eum circūſtent/quam habitudinem græci uocant επ μεριχεσιν ut ſi Iuppiter libram teneat/Mars Virginem/Scorpiumque Saturnus. aut inibi etiā Ioue collocato/Mars ex Tauro in uirginem/Scorpiūque radios iaculatur/tunc. ſ. Iouē obſeſſum appellabūt. Ego igitur illos interrogo/moueant ne planetæ afficiantque ſe inuicem in hærentibus ſignis proximiſque locati: Si negant tollitur emperichesis: quoniam radius uirginem attingens in libra poſito ſyderi non nocebit. Sicut nec miſſus ad Scorpium quoniam Scorpius Virgo libræ proxima ſigna ſunt/ſi concedūt aſpectuum ratio nulla eſt tota inde dependens ut putemus ex certis interuallis afficere ſe planetas: ex aliis nihil inuicē pati/quod ſi reſpondent in obſeſſione aliter euenire: quoniam utrinq; radii ſunt/id potiſſimū dicunt unde eorum infamia manifeſtetur: quaſi ut ſolet hominibus euenire/fugienti non noceat a tergo inſequens hoſtis/modo pateat ex aduerſo liber campus ad euadendum: qui tamen ab inſequente comprendatur ſi contra ſtet alius fugæ obſtruens uiam. ſ. hoc exemplo ſi uirginem occupet/Mars Iouem non attingit in libra collocatum: quem tamen inde attinget ſi cōtra Iouem in Scorpio ſteterit Saturnus. Quod igitur hoc genus conſentientis ſecū diſciplinæ ut ſigna proxima uoces aſindeta apoſtrophæ/quæ in illis poſita ſydera nullam inuicem habeāt cōmunionem: nec in alterum aliquid profluat ab altero: & tamen obſeſſum dicas/planetā ꝙ ex proximis ſignis maleficis radiis infeſtetur neque. n. ſi Saturnus auferatur lædi iouem concedes a Marte: adiecto Saturno/id quidē concedas/præſertim cum adueniat eo modo Saturnus quo nec lædere ipſe Iouem poteſt. Sed ita eſt certe ut dicebamus ſimilitudo eos induxit homīs circūceſſi cui circunſtantibus inimicis exitus nullus eſt ad ſalutem.

Reſponſio

Confutatio.

Caput IX Planetas ſub ſolis radiis conſtitutos non male affici: aut ut dicūt aſtrologi comburi.

n Onne etiam delirant in planetis ad ſolem comparatis quos ſub radiis conſtitutos inefficaces & male affectos eſſe uolunt/quaſi ſydera quoq; lucem ſolis non ferant/& ueluti capita infirmiora ſi nimis ſolentur ægreſcēt. Atqui lumen

Prima ratio. omne cæleſte præcipueq; ſolare beneficiū eſt: nec ſi rebus terrenis inimicum eſt aliquan/do/aliter q̄ materiæ uitio id cōtingit: materiæ uitiū hoc in ſyderibus nullum eſt: quare lu mine ſolis quo magis perfruūtur uegetiores & magis efficaces euadunt præſertim cum ad ſydera ſol cōparatus cauſæ uniuerſalis habeat rationē/cuius eſt propriam naturā particu/lariū non labefactare ſed cōfirmare. Quod ſi luna ſilente deſtrui beneficio eius inferio

Secunda rō. ra uidētur/alia ratio: quoniam parte qua nos reſpicit ſoli copulata lumine ſpoliatur: reli/quis planetis luce ꝓpria nitentibus idem non accidit/ut propterea cum radiis ſolis circū/funduntur in ꝑmutandis inferioribus minus poſſint. Quod ſi ꝑtinaciter hoc defendant

Tertia ratio opprimi exauririque ſyderꝝ poteſtatē/debet hoc magis euēire quo potētiores ſunt quoque ꝓximi magis ſoli fuerint planetæ/quorꝝ utrunq; ſolent negare. Nam ſiquidem partiliter & eiſdem penitus in minutiis planeta ſoli congreditur efficaciſsimū fieri uolunt. Tum in a riete atque leone radiis occupato ſydere ſolem non nocere: quibus tamen in locis poten/tiſſimum ſolē eſſe decreuūt. Nam excipit inquiunt ſtellam apud ſe/quando aries altitudo leo domus eſt ſolis: hoſpiti aūt iniuriā nemo intulit bonus: quaſi (quod ubiq; peccat) hūa/no more tractentur iſta cæleſtia q̄ſiq; ſol non naturali neceſſitate/ſed arbitrio quodam & lucē extra ſe fundat & calorem.

Caput X Si rationem atq; etiam quorundam aſtrologorum auctoritatem ſequi uolumus planetas retrogradientes/fortiores uideri q̄ directos.

d Eniq; aſtrologorum decreta qui perſcrutabitur uidebit oīa uel ab humana quadam/ut diximus/ ſimilitudine contra rerum celeſtiū & naturā & dignitatem/ nō philoſophica rōne ſed poetica fere licentia eſſe deducta uel a fabulis meris arbitrariiſque cōmentis/ut que produnt ſuper imaginibus de quibus infra diſſeremus: uel poſitionū quarūdam mathematicarum occaſione/ quibus cū recte utantur mathematici/ ad iſtam diuinandi ꝓfeſſionem peruerſe genethliaci trāſtulerunt. Quod in Zodiaci di/uiſione maxime peccauerūt. Sed de hac quidē diuiſione ſuo poſtea loco diſputabit̄. Nūc illud ex eo genere eſt ꝙ planetarum efficientiā putant uel minui uel roborari: ſed & ſpeci em ipſam uariare rerū efficiendarum pro illis motuū diuerſitatibus quas excogitant ma/thematici: ut nunc quidem directo curſu procedant/nunc retrogradiātur/nūc ſtatiua tar/ditate ſubſiſtāt. Debiliter enim facere quod facit planetā cum retrograditur: efficaciter cū

Heliodorus procedit. Sed & proſperum eſſe interdū cū dirigit̄/qui ſit noxius idē ſi retroceſſerit: in qua re uidens quod aduerſus aſtrologos dici poterat/Heliodorus mouit queſtionē cōtra ſeip ſum in libro cōmentariorū in Paulū alexandrinū quam non aliis magis q̄ ipſius uerbis explicabo ſolutionē aſcribēs qua ſe putauit quæſtionē diſſoluere cum adaugeat eā potius uerba eius græce ſunt hæc.

Nos ita uertimus in latinū uerbū pene uerbo reddētes. Illud aut ſcire neceſſariā/q̄q̄ plane tæ moueri dicātur inæqualiter re uera: tamē in cæleſtibus nihil eſt inæquale: nihil inordia tum/quin potius oēm ordinem oēm æqualitatē in illis inueniri. Sed hoc ad noſtrā fit æſti mationē ut appareāt inæqualiter moueri interdūq; etiā ſtare: ipſa. n. re uera neq; ſtant ne q; motū unq̄ retardant aut retroagūt. Sed accidit ut appareat ita fieri ab illis ob ecentrio rum & epyciclorū poſitionē: ſup quibus mouētur ut Ptolomeus in ſua cōpoſitiōe nos do cuit. Et ſiquis obiiciat quomō igit̄ apoteleſmata ſunt diuerſa: ꝓpterea ꝙ eorum motu ali quid uel accedat uel decedat/aut q̄m ꝓſtare dicātur: ſiquidē uere neq; ſtant nec īæqualiter

moueut᷑. Reſpondemus apoteleſmata/hoc eſt aſtrologoꝝ reſponſa nõ fieri ꝓprie ob il/lã motuũ uel inæqualitatẽ uel ſtationẽ. Sed qm̃ accidit tũc planetas delatos in epyciclis/aut terræ fieri ꝓximiores: aut a terra remoueri. hæc Heliodorus: a quo illud nõ mõ cõceſſum ſed atteſtatũ & cõſirmatũ accipimus/ſtationes planetaꝝ nihil efficere quatenus qui/dẽ ſunt ſtationes/hoc eſt planetaꝝ efficientiã nihil imutare. Pariter neqꝫ retroceſſiões ne/qꝫ directiones quatenus ſunt huiuſmodi. Verũ ex his diuerſa ꝓnunciari qđ accidat in his motuũ differentiis: aut terræ ꝓximare planetas: aut magis elõgari: quaſi illud dixerit na/turalẽ habere hoc rõnẽ ut aliter nos imutẽt cũ ſint ꝓximi/aliter cũ remiſſi. Quod utiqꝫ & nos cõcedimus ueꝝ ſi ppea rectos ſtãtes repedãteſqꝫ planetas obſeruãt: cõtrariũ erit dogma ſtatuẽdũ: ut. ſ. repedãtes planetæ cẽnt efficaciores q̃ cum directo curſu ferunt᷑: ibecil/liores aũt cũ ſunt recti ſiquidem ſola in his maior minorue a terris elõgatio obſeruat᷑. Nã ut ſcribit Haly exponẽs Ptolomeum utiqꝫ rõ oĩs atteſtat᷑: ut q̃to terræ ꝓximior eſt planeta fortius nos imnutet afficiatqꝫ potẽtius/oĩs aut planeta cum rettocedit terræ proximat magis econtra rectus a terra diſtantior fit. Debuit igitur fortior retrocedens planeta exi/ſtimari: nõ quẽadmodum ipſi decreuerunt debilis & infirmus.

Caput XI Caput & caudã interſectiones eẽ imaginarioꝝ circuloꝝ nulla natura/lii ui ꝑditoꝝ qbus in ꝑdicẽdo antiqores uſi nõ ſunt: nec i eoꝝ uiribus cõcordãt recẽtiores.

c Aput quoqꝫ dracõis & caudã quibus tribuit tm̃ turba aſtrologoꝝ qs non uideat res inanes & cõmẽtitias eẽ. Sed qđ antea diximas hinc aſtrologi ſæpe lubricãt in errorẽ ꝙ quæcũqꝫ repiunt a mathemacis ãnotata neceſſaria motuũ metiendoꝝ n methodis iis oĩbus abutunt᷑ in ꝑdicẽdo: quaſi piter eẽnt naturalia & influẽdi ꝑdita ptãte e cũ: tñ aliter lõge ſe res hẽat/qñ illi pleraqꝫ & cõminiſcunt᷑ & fingũt in cælo mathemati/c eis numeris & mẽſuris deſeruientia nulla tñ naturæ alioqn ſtabilitate fundata. oñdimus hoc in ſignis quæ nõ mobilia cogitat: Pto. intercepta ſolſtitus & æquinoctiis oñdimus in ſignoꝝ ptiũ minutiaꝝ diuiſione: nunc in capite & cauda idẽ apparebit neqꝫ. n. aliud ſunt q̃ interſectiones duoꝝ circuloꝝ: q̃ mera puncta: q̃ nexus lineaꝝ duaꝝ mente cõceptaꝝ: a mathematicis introducta/ut eclyptica loca diſcernant. ibi tñ nulla uirtus nulla qualitas efficaciaue naturalis: ut. ſ. transferri aliquomõ poſſit ad genethliacã. Certe aliter nequeũt q̃ ut inibi poſitus aliquis planetaꝝ ꝑ loci cõmodo uel incõmodo melius aliquid peiuſue decernat: ipſa uero p ſe ſeorſumqꝫ notata uim habere regendi ꝑmutandiqꝫ corpora nullã poſſunt. Vidit hoc & inſignis aſtrologus Abraã auenazra/qui libro primo rõnum aſtro/logicaꝝ ita ſcribit: Dixerunt itẽ exaltari caput draconis in geminis: caudam in ſagittario. Sed hoc uanũ eſt/quoniã caput & cauda nec bonũ ſignificant/nec malũ. Sunt eni cõne/xiones duoꝝ circuloꝝ: obſeruat᷑ tamẽ luna cũ eſt in eis: quoniã in capite poſita ob eã cauſam magis uigorat᷑ quia nobis eſt ꝓpinquior/cõtra debilior eſt in cauda: qm̃ in ea uergẽs ad meridiẽ a nobis alongat᷑. Idẽ accidit reliquis planetis cũ in capite & cauda repeniunt᷑ excepto ſole cui nulla in alterutrã partẽ declinatio eſt. Cum autẽ ſeorſum caput & caudã notatã in tabulis legis ſcias neqꝫ nocere illa neqꝫ prodeſſe: q̃uis plures aliter opinẽt᷑. hæc ille. Sed neqꝫ Ptolomeus illis utit᷑ unq̃ in predicẽdo/neqꝫ ueteres uſos intelliges ex Ma/terno apud quẽ nulla mẽtio caudæ capitiſqꝫ draconis. Quod ſi de illis aliquãdo ueteres loquunt᷑ nõ aliter q̃ de loco quodã & poſitu. Vnde & diuerſa fuit apđ eos opinio: qm̃ an/tiquioribus malus uterqꝫ locus uiſus eſt ob eclypticã. i. uiam ꝓptereaqꝫ inter infœlicia lo/

Quid caput & cauda

Maternus

Helidorus. cã utrunq; pariter ſtatuerũt. Heliodorus in tractatu περιτεκνων.i. de filiis ſi loca inquit fili
os ſignificantia ab infortunãtibus planetis & eclypticis nodis: hoc eſt capite & cauda li/
bera fuerint fœlix eſt. Recẽtiores ſi caput in loco fuerit filiorum: filios ſicut nouellas oliua/
rum in circuitu menſæ ꝓnũciabũt/ducti alia cõiectura quã ſupra retulimus ex Auenazra/
quod in capite ꝓpinquiores nobis planetæ ſint efficaciores. Verum ꝓcedit iſta rõ cum in ca/
pite aliquis eſt planeta: quãquam citra caput ad nos declinãs debet eadẽ rõne fortior exiſti/
mari. Sed cum nullũ in eo ſydus inueniať/quid põt uel dare uel auferre. Sola ſiquidẽ a no
bis mente deſignatus. Nã qd' quidã inibi a luna derelinqui uirtutẽ quãdã ſuſpicať/aſtro/
logorum nemo dixit/tum nõ phyſicum eſt ſi naturã cæleſtiũ lumẽq; cõſideres/nec aſtrolo/
gicum/quoniã caudã luna æque perambulat. Tantũ igiť ſitus mæraq; poſitio/de qua tñ
& arabes & latini quaſi de ſydere quodã tãdem decreuerunt/ita ut ãnos quoq; addere ui
tæ caput iſtud exiſtimẽt: partẽ ætatis quãdam gubernare: & in geminis exaltari: & naturã
Diſcordia habere Veneris atq; Iouis: cõtra caudã Martis & Saturni. In qua re uidimus quãtum ab ip
aſtrologorum. ſa ueritate diſſentiant. Sed mirum qãtum etiã a ſeipſis quãdo q; nexum copulamq; totius
quaſi cæleſtis fœlicitatis dixerunt. Alibi tñ cũ bonis bonũ eſſe dicunt/cũ malis malũ au/
gere cũ quicqd inueniat. Alibi ſup eo quaſi de malo prorſus loquunť. Nam Alchabitius
Alchabitius apud quẽ & leges quæ mox retulimus/inter infortunia planetarum hoc quoq; cõmemorat
ſi fuerint cũ ſuis capitibus. Habet enĩ quilibet planeta ſuũ caput & ſuam caudã apud ara
bes genzauar appellata: aut cum capite fuerint caudaq; draconis: quæ capitis caudæq; lu
næ ꝓpria cognominatio in quibus preſertim ipſa tam male ſe habuerint q̃tum in capite.
Idem in libro de natiuitatibus applicantẽ capiti lunã climatericã facit locis: ſ. uitæ prin/
cipalibus caput pariter iſtud & caudã cõnumerat. Abraam ut retulimus/uigorari in capi
te locatã lunã affirmat. Vidimus Heliodorũ ſupra cũ inſortunalibus ea ſtellis numera/
re. Idem intractatu de climatere ſoli lunæ horoſcopo partiq; fortunæ ea connumerat: ut
quæ de iſto capite ꝓtulerunt nullo capite aut certe corde protuliſſe uideãtur: ubiq; tamen
malicioſi caput draconis uocitantes quo maiori cum reuerentia quaſiq; numinis auctori
tate credulis auribus inſonaret.

Vnde anti/ſia. Caput XII Origo antiſiorum. neq; eis in præſagiendo uſum Ptolomeũ: & q̃tum in his Maternus & Haly aberrauerint.

Hyparcus. M Athematici cuiuſdam dicti occaſione ſup antiſiis pariter errauerũt. nã qm̃ gra/
dus in quibus ſole cõſtituto dies diebus/ & nox noctibus ſunt æquales hypar/
cus & ueteres ab reſpondẽte utrinq; ſibi dierum & noctium æqualitate antiſios di
Reprobatio xerunt/quaſi dixeris ex aduerſo æquales/diuinaculi noſtri gradus iſtos æquales eſſe dixe/
antiſiorum runt/uirtute & poteſtate q̃ ſupina ignorãtia nemo nõ cognoſcit: ut ab æqualitate quæ ſo/
Maternus le illos peragrante dierum noctiũq; cõtingit/ad uirtutis æqualitatẽ ſe tranſtulerint. Sed ac/
ignorantiſſi cuſare pre oĩbus Maternũ libet iſtius erroris ꝓpagatorẽ/quẽ quidem ut ignorantiſſimo totius ma
mus totius thematicæ uenia cõdonanda eſt. Is Ptolomeum ait ſummã decretorum antiſiis tribuere.
mathemati Nec miror nam cum totũ Maternũ euoluerim diligenter nuſq̃ lecti a ſe Ptolomei mihi fe
cæ cit inditium: quod igiť attinet ad antiſia illis in decernẽdo in pronunciãdo nunq̃ utitur
Antiſiis nõ Ptolomeus: ſiue centũ enũciata/ſiue apoteleſmata eius requiris. Tãtum primo libro apo
utitur Ptol. teleſmatum ubi ſententias aliorum περι τησ συμμορφασ τωρ ζωδιων: hoc eſt de affinitate
in iudicãdo cõſenſuq; ſignorũ inter ipſas inſtitutiones enarrat his uſus eſt uerbis. Rurſus æqualis eſſe

poteſtatis aiunt quæcunq; altero tropicoꝶ æqualiter diſtant: qa in illis poſitus ſol æqua/ les dies diebus/ & noctes noctibus facit. hoc ubi dixiſſet quaſi deinde oblitus: ut qui. ſ. nō probabat/ nunꝙ̄ reuocat in mediũ: nunꝙ̄ meminit nō ſolum nominis antiſioꝶ: qđ alio/ quin nuſq̄ apud eum/ ſed nec rei ipſius/ hoc eſt iſtius æque a tropicis remotaꝶ partiũ affi/ nitatis atq; cōſenſus: nā quod in centum enunciatis quodā loco dicit planetam ſæpe ibi uires ſuas extēdere ubi nō eſt uel le trāſferre ad antiſias & dodecathemoria nimis coactũ & licentioſum/ præſertim cum in omni ſua diſciplina Ptolomeus alterum rideat: hoc eſt dodecathemoria & quæ hoc genus alia ſunt: alterum negligat/ hoc eſt de qubus loqui/ mur antiſia: eo uero præcepto nec aliud uoluit nobis īdicare ꝙ σχηματοιγραφιων: hoc eſt configurationis radiationiſq; poteſtatem per quā & multa & efficaciter faciunt ex ſenten tia aſtrologorum præſertimq; Ptolomei planetæ quibus locis minime ſunt/ fere. n. aliud ipſe in cōſtellationibus ꝗ̄ phaſes & ſchemata nō obſeruat: aut certe nihil aliđ magis. Sed nec quid antiſia ſibi uellent Maternus noſter intellexit: quoꝶ latentem rōne alibi ſe ex/ plicaturum ꝓmiſit/ quaſi aut nō expoſitam rem cuilibet mathematico aut quæ tribus uer bis explicari nō poſſit: ſed ignorātiam eius inde deprendas/ ꝙ nimis imperite loquēdi mo rem ipm̄ uſurpat/ Martē quinto gradu in geminis conſtitutum antiſiũ mittere in Cancrũ quo pacto nō loqueret̃ ſi quid eſſet antiſium iſtud ītelligeret. neq;. n. radius aut lumē eſt antiſius qui mittat̃/ neq; aliud dicto eſt antiſium mitti ab aliquo planetarum/ ꝗ̄ mitti gra dus in quo eſt æqualitatē: quare piti ſic potius loqueret̃/ epocham Martis gradus hoc eſt partē quam occupat: antiſiam eſſe tali parti geminoꝶ: aut qđ idē ualebit eſſe Martē in an tiſio geminoꝶ: qui aũt in geminos Martem antiſiũ dixerit iaculari exibilabit̃ a mathema ticis & irridebitur. Sed Abenzagel etiā multipliciter lapſus qui primo libro ſuaꝶ cōmen tationũ aphoriſmos explicans quoſdā/ tam gradus æqualiter ab æquinoctiis elongatos/ ꝗ̄ꝗ̄ qui pariter diſtant a tropicis Cancro. ſ. & Capricorno æqualis eē potentiæ ſcribit. Neq; enim hoc de diſtantia ab æquinoctiis dictum a ueteribus/ ſed a tropicis tm̄ quibus antiſio rum nomē impoſitum eſt. Nec Abenzagel debuit hoc nō uidiſſe/ quādoquidem deſcripti utrinq; ab æquinoctiis circuli ſunt quidem æquales. Neceſſe enim ab illis æque diſtantes paralellos æquales inuicem eſſe/ uerum nō emicyclia inuicem æqualia/ quod in æque re/ motis a tropicis accidit. Vnde antiſioꝶ ille cōſenſus. Errat item illud cum multis ꝙ habi tudinem gradus ad antiſium gradum numerat inter eos quos aſpectus uocant: unde col/ ligunt ſydus in altero eorum poſitum uim habere etiam in altero / ſi in exagonis locis/ & tetragonis & trigonis & oppoſitis habet. Habet Natus autem hinc error ꝙ quæ greci αχηματα uocant: hoc eſt figuras barbari/ & noſtrates aſpectus uocant. Apud græcos autē aſpicere ſe ſigna dicuntur: nō quæ inuicem cōfigurantur: hoc eſt ut noſtri dicunt aſpiciũt: Sed quæ græce εκτων φωριστικωσων: hoc eſt ab his punctis emergunt & occidunt: id quod in ſignis cum accidat æquæ a tropicis ſeparatis (ſunt enim in eodem paralello) ꝓpterea: ea ſigna quæ antiſia quidam maxima pars aſtrologorum βλεπορτα hoc eſt uidentia nũcu pant arabes: deinde & latini in eam ſignificationem accepe rũt: in qua nomine aſpectus ipſi abutuntur. Atq; ita quod euenit/ ſæpe error in dictionibus errorem parit in rebus. Sic ſatis declaratum uariam in fatis explicandis (ſi qua fata concederentur) apud aſtrologos antiſiorum obſeruationem: tum quāta ſuper his etiam & arabes & latini/ contra ſenten/ tiam ueterum ſomniauerunt.

Maternum nō ītellexiſſe qd ſint antiſia.

Error Abenzagelis

Error noſtratũ & barbarorum aſtrologorum

Sæpe error ī dictionibꝰ errorē parit in rebus.

Caput XIII In præcipientibus & obediẽtibus ſignis pariter deceptos aſtrologos.

e X hoc genere illa etiam eſt obſeruatio germanæ uidelicet hebetudinis uel falla/ ciæ de præcipientibus ſignis & obediẽtibus. Nam cũ mathematicis ſigna in qui bus ſol poſitus dies efficit noctibus lõgiores collata ſignis in quibus æqua ꝓpor tione lux tenebris uincitur προσταττοντα: hoc eſt præcipientia uocaſſent & quæ ex aduer/ ſo portendũt tenebras ſupra diẽ υπακουοντα. hoc eſt obediẽtia genethliaci nõis argumẽ to moti decreuerũt eum in cuius genitura ſignũ præcipiens horoſcoparet forte illi ut ĩpe/ raret/q ſignũ obediẽs genituræ/haberet horoſcopũ/quaſi illa præcipiẽtis obediẽtiſq; co/ gnomĩatio mathematicis inſtituta/iſtuc ptineret/neq; in ea tãtũmodo dieꝝ & noctiũ ſub illis ſignis accidens inæqualitas foret indicata.

Caput XIIII Confutatio rationum quæ de planetarum exaltationibus quidam aſtrologi aſſignauere.

ſ Ed & iſta de planetaꝝ altitudinibus uel exaltationibus opinio unde emanaue rit/utiq; pariter mathematica quadã occaſſiõe huc ꝓcipiteſ ierint admonuit me naturalis hyſtoriæ ſcriptor ille diligentiſſimus: cui oĩs debet antiquitas: omnis poſteritas: qui alteram a barbarie: a morte alteram uindicauit. Is igitur libro ſecundo ꝑ/ tractans illam queſtionem/cur eadem ſydera alias altiora/alias inferiora uideanť: poſt alia quædam ita ſubiicit. Altera ſublimitatum cauſa: qm̃ a ſuo centro abſidas altiſſimas habent in illis ſignis Saturnus Libræ parte uigeſima/Iuppiter Cancri/ deciaquinta Mars Capricorni uigeſima octaua/Sol arietis decianona/Venus piſcium uigeſimaſexta/ Mercu rius Virginis decimaquinta/Luna Tauri quarta. hæc ille. Vnde facile quiſq; colligat nõ tardiſſimus aut ita olim fuiſſe aut putatum ſyderali ſcientiæ tunc uacantibus poſita ſyde/ ra in partibus memoratis altiſſime a centro ſuarum abſidũ ſummoueri: quare & gradus illi ſiue partes altitudines planetarum dicebantur. Vnde data occaſio genethliacis/ut ſer uato altitudinis nomine/quaſi tamen nõ loci foret altitudo/ſed naturæ & poteſtatis abu terentur. Neq; enim alias dicunt aſtrologi exaltari planetas ꝙ̃ in his partibus ubi ex uete re aſtronomia putatos altiſſime a ſuis centris diſtare eos oſtendimus: ꝙ̃ꝙ̃ illud lectorem ſcire oporteret in uulgatis codicibus Plinii mendam inueniri: & uerba quæ deinceps po/ nuntur permutatis numeris inoleuiſſe quando nota denarii debita Veneri ad ſolem eſt tranſlata/ut in ſole uigeſimanona pars pro decima nona in Venere decima ſexta/ pro ui/ geſimaſexta perperam legatur. nam & uitium in Materno/ubi uenerem legimus in uige/ ſimaſeptima parte piſcium exaltari. Scribendum enim eſt ſexta atq; uigeſima ex Porphi/ rio. Illud quoq; nonnihil uariat ꝙ lunæ quartam partem Tauri aſtrologia uetus aſſignat ſecuta ætas terrtiam ſiue opiniones eſt diuerſitas ſiue culpa librariorum in iſta numero/ rum notatione ſæpiſſime allucinantium/ſimiliter in Saturno non prima atq; uigeſima/ ſed uigeſima legi oportet auctore eodem Porphirio. Neq; uero iam dubito bonis menti/ bus palam factum quomodo in aſtrologiam diuinatricem planetarum exaltationes ir/ repſerint: Sed cum ad poſteros dogma perueniſſet & theoricæ ſyderum diſciplinæ mu// tatione ratio illa dogmatis eſſet antiquata. Poſteritas alias ſibi rationes cogitauit quibus putaret oppinionem prioribus illis eſſe perſuaſam/& alii quidem alias/ut in mendacio plurimum contingit uerum leues & derediculas. Ptolo. in Ariete ĩquit/Sol exaltatur: qm̃ ad eum cũ peruenit ĩcipit eius uis magis aparere. Verum(quod de domibus ſupra loqueᷓ/

Laus Plinii

Error in materno

Ratio Ptol. Confutatio

tetes diximus)id nõ efficit ſigni qualitas & natura ſed ſitus:nõ quia peragrat Arietem/ideo
fortior eſſe incipit ſed quã propinquare incipit nobis.quare nõ ſi tuis teporem hortis in/
fundit ueniens ad id ſignum ſperandũ ut ad regnum etiam euehat:quã in ſua ſit poſitus
altitudine:in qua aliis utiq; regionibus deiiceret̃ a quibus diſtare magis in ariete & ꝓxi/
mare magis ſub libra illum contingit.Sed uideamus de reliquis etiã planetis lunæ ſub/
limitas taurus:quã ſi cum ſole iungatur in ariete apparebit uis eius primũ in tauro.O effi
caciſſimam rõnem quaſi ſi ſoli in tauro congrediatur non idem cum geminis ſit euentu/
rum:& ſi in geminis coeat apud cancrũ:& ſi in cancro idem ſub leone atq; ita de reliquis
oĩbus:ut demirari liceat Ptolomeũ quẽ nõ puduerit iſta cõſcribere.Veꝝ aliæ ſunt etiã rõ
nes quã luna proxima ſoli eſt & trigonũ lunæ laterinũ:Sed nõ ꝓximã ſoli lunã putat Pto

Confutatio

lomeus:nec debemus ex trigono cõiectare ſublimitatẽ/nec ex domo/uel trigonũ uel al/
titudinẽ:uel ex aliquo coꝝ terminos uel decanũ:quã impmixta ſũt hæc:ita ut cuilibet ſua
in re propria auctoritas debeat̃.Præterea ſi trigoni mouet argumẽtũ/cur nõ potius ĩ Ge/
minis.Mercurius exaltabit̃ q̃ in uirgine.ubi & illud quadrabit ut ſit ꝓximus exaltationi.

Aboaſar

Solis a quo paꝝ abeſſe ſolet.Id qđ in iſtaꝝ quoq; exaltationũ rõne ſeruare conat̃.Aboa/
ſar. Sed cõuenit inquit Ptolomeus Virgo Mercurio:quã ſiccus eſt & ſub Virgine ſiccitas
autũnalis apparet.Veꝝ diximus iam de ſignoꝝ natura nõ proficiſci iſtã quatuor tẽporũ
mutationẽ :q̃re poſitus Sol in Virgĩe faciet aliis regionibus/qđ apud nos facit poſitus in
Tauro.Præterea ſi hoc obſeruabat̃ cur nõ ĩ cãcro regnare mars ſtatuebat̃.ſub quo.ſ.æſtu

De martis exaltatione

at mũdus/ ſicut ſub uirgĩe iã areſcit.Eſt aũt Mars planeta feruentiſſimus quẽ tñ ĩ capricor
no uolunt exaltari/ſub quo frigore/gelu/glacieq; diſtringimur. Verũ ad meridiẽ inquiũt
uergit Capricornus:eſt aũt pars meridiana calidior.Hoc eſt qđ uobis obiectamus aſtro
logi iſtã.ſ. leuitatẽ & in cõſtantiã rationum ueſtraꝝ(Si tñ rationes iſte dicendæ ſunt)nam
de ſigno eodẽ ꝓ cõmodo proq; arbitrio ueſtro nunc quaſi de calido/nunc quaſi de frigi/
do diſſeritis:& mox idem nec calidum iam nec frigidum/ſed humidũ potius uel ſiccũ ap
pellabitis in partiõe ſignoꝝ.Capricornum terrenum facitis/quare ſiccũ:ad Martem cum
transfertur/inter feruentia cõputat̃:& cum Saturni domicilium dicit̃ ſyderis.ſ. gelidiſſi/
mi niues & pluuiæ ſub eo fieri memorant̃.Quod ſi Capricornus quaſi calidum ſignum
Marti condonat̃ /debet ſimili ratione Cancer frigidiſſimus numerari:quare Iouẽ profe/

De iouis ſublimitate

cto regem nõ habebit uiuifico ut dicunt calore prepotentẽ.Veꝝ presto eſt latebra in quã
ſe condant.Nam ſuſcitat inqt Ptolomeus Iuppiter uentos aq̃lonares:quare ſignũ ad aq/
lonem poſitum illi cõuenit.At cõfugere primũ aſtrologi alii huc non poſſunt qui negãt

Ptolomeus

huiuſmodi uentos a Ioue ſuſcitari.Præterea nec Ptolomeus excuſat̃ qui ſimili ratione in
occidentem debuit mittere Martem/non in meridiem cum occiduos uentos non auſtra/
les a Marte putet excitari.Mitto Geminos & Leonẽ ad boream inclinare/cur nõ igit̃ po
tius Leo exaltatio Iouis.Non cõuenit/inquit Auenrodan/calor Leonis Ioui/immo uero
magis qua frigiditas Cancri.Adde q; Leo trigonum Iouis ſignum diurnũ & maſculum/
Iuppiter item maſculus & diurnus.Cancer inter fœminea nocturna aquatica deſignatur
quæ a Iouis natura cuncta amouent̃.Cõuenit igit̃ omnino magis illi Leo q̃ Cancer. De
uenere & Saturno nihil minus delirant ut ſit libra Saturni ſublimitas:quã ſoli cõtrarius

De exaltatione ueneris & ſaturni

eſt Saturnus.Venus in piſcibus exaltet̃ quã humida eſt/& ſub piſcibus ueris humiditas in
cipit.At enim ſæpe iam diximus non ſignorum naturam conſequi temporũ iſtas qualita

tes:ſed accedentis ſolis & recedentis poſitionem. De Saturno ut ſolent pro cõmodo lo/
quuntur. nam hic quidem oppoſitum ſoli faciunt alibi συνορρετυμ: hoc eſt eiuſdem cõdi/
tionis eſſe prædicant: quare ab utroq; ſignificari patrẽ: utrunq; eſſe orientalem. Sed uterq;
maſculus: uterq; diurnus. Sed nimis profecto multa dicturi ſi alia huiuſmodi ꝑticulatim
cuncta ꝑſequimur: quibus alii parum confiſi nouam excogitauerunt rationẽ utiq; breuio
rem ſed omnino inefficacem eſſe enim triquetra uel exagona domiciliorum exaltationes
planetis præterq̃ in mercurio. Quod ſi quæras cur in luna uenere marteq; exagona/tri/
quætra in aliis maluerint. Reſpondent trigonum diurnis potentioribuſq; planetis ma/
gis conuenire: nocturnis autem qui ex hæreſi lunæ ſunt quod arabes aiz uocant διατοασ/
Reprobatio θερεστησ ακτιμοσ: hoc eſt de radii imbecillitate & exagonum. Verũ fallunt̃ in marte quan
do nõ quoniã imbecillus ideo nocturnis annumeratur: ſed potius ut uigor & efficacia ra
dii martialis nocturno frigore retardetur: nec ex hæreſi lunæ dici poteſt qui ſit maſculus
planeta: quiq; utraq; qualitate a luna diſcordent: & contraria omnino atq; luna ratione
nocturnus exiſtimetur: nam illa quidem ob naturæ ſimilitudinem: Mars ob diſſimilitudi
nem/lunari & cãcro aduerſus in capricorno: ſicut oppoſitus Tauro in Scorpione. Sed ꝓ/
cedat iſta cõiectura illud reſpõdeant: cur dextra potius triquetra q̃ ſiniſtra: cur ſiniſtra po
tius q̃ dextra. immo cur in Ioue quidem ſiniſtrum. in Saturno & Sole dextrum. & cũ ha/
beant domos duas planetæ: cur ab altera potius q̃ altera trigonum eſt acceptum: ut cum
in ſagittario & piſcibus Iuppiter hoſpitetur cur potius in cancro q̃ in leone debeat exal/
tari. preſertim cum plus habeat cum ſagittario affinitatem/ut aſtrologi/dicunt plus item
(quod antea dicebamus) & plus lõge q̃ cancer illi leo conueniat. Poſtremo ut huiuſmo/
di omnes cõiecturas fictas a poſteris intelligas nec omnino fuiſſe q̄bus primi inſtitutores
huius dogmatis iecerint fundamentum: hinc cognoſcas q, rationem nõ reddunt cur nõ
tali in ſigno/ſed in tali ipſius ſigni parte planeta dicat̃ exaltari: cuius cauſam ſupra ex ue/
tere aſtrologia demõſtrauimus: Quapp aboaſar difficile hoc inuenire fuiſſe dicit uniuer
ſitati aſtrologorum: & ipſe ne oĩno nihil loqueret̃ multa anxius ſuper hac re nimis puer/
ſa/& fabuloſa ſubtilitate diſtorſit. Quare liquet indubie occaſione quã diximus ueteris
diſciplinæ putantis in his gradibus a ſuis centris diſtare maxime planetas receptum hoc
dogma a genethliacis de altitudinibus planetaꝝ: quaꝝ q̃ uana ſit obſeruatio nemo iã nõ
intelligit: non ſolum q, ad naturã poteſtatemq; tranſtulerũt quæ fuerit loci ſituſq; cogno
minatio. Sed quoniã in ea te uetus aſtronomia forte fellebat̃/nimis inter primordia fal/
lax & parũ explorata: & ut uera illi tũc decreuiſſent ratio poſteritati illa nõ cõgruit ꝑmu/
tatis abſidibus & quæ apogea dicunt̃ ſyderum errantium.

## Caput XV Rationes aſtrologorum de trigonis & trigonocratoribus atq; obiter de ſignorum ſexu confutantur.

n

Eq; uero putemus aſtrologos occaſione tantummodo accepta delirare ocu/
latiores q̃ ut deuiare ſine duce nen poſſint. Præuaricantur ſæpiſſime ubi nul
lus eſt obuaricator: Nam de iſtis quidem exaltationibus mathematicis fere
debent qđ̃ inſaniunt. q̃q̃ ſibipſis magis/ne qua eos iniuria defraudemus.
At quæ trigona uocant uulgo triplicitatis/ipſi peperunt neq; eos hoc loco quicq̃ mateſis
iuuit: quæ quoniã res inde dependet q, ſigna quædam ignea faciunt: quædã terrea: quædã
aerea: quædam aquea: reddere prius ſuper his rõnem eos cogemus: & quomodo hoc qdẽ

huius planetæ trigonũ:illud illius bene diffiniant examinabimus. Dicite igitur uiri ſapi/entiſſimi interpræteſq; cæleſtium qua ratione elementorũ iſtas qualitates in cælo ſignis diſtribuiſtis. Aueurodan magnus in ueſtra diſciplina ſignorũ naturam uel ad ſolẽ refert uel ad ſtellas: ad ſolẽ ut talis ſigni natura dicatur/quale opus eſt ſolis id ſignũ permeãtis quo pacto mobilia ſigna/æquinoctia uel ſolſtitia: reliqua fixa uel comunia dicũt: Ad ſtellas ſi hoſpitantium inibi ſtellarũ uirtutes ſigno attribuunt. Neutrã rationẽ uideo quadrare ueſtræ partitioni: nam ſi ſolis opera ſequamur/igneus erit cãcer/non aquarius: ſicut aqueus ſagittarius magis ꝙ igneus: non igneus aries ſed aereus/taurus humore atq; calore potius abundabit ꝙ frigore & ſiccitate: atq; conditio ſignorum fere omniũ cõmutabit quæ nec erunt perpetua(quod uos uultis)Si refert ad ſtellas identidẽ ſuis ſedibus migrantes: an Alchindi ratio potior exiſtimantis cum in Zodiaco quattuor ſint ſigna principalia: duo equinoctialia: duo ſolſtitialia his quattuor primas elemẽtorum quattuor qualitates aſſignari: igneam arieti: aqueam cancro: aereã libre: terreã capricorno. Tum quia trigona radiatio locis congruentibus incidit. ideo ſigna cuilibet ſigno utrinq; triangula/naturam ſimilem iure ſtatuunt ſortita. Sed neq; iſta racionatio quadrat: qm̃ in referendis ad ſigna quatuor ꝓprietatibus elementorũ/duplex potuit eius ordinis eſſe ratio/altera ꝓ cognatione ſigni & elemẽti: altera pro ſitu ipſorum elementorum: ut primũ primo tribueretur: ſecundũ ſecundo: atq; ita deinceps. Si primũ obſeruarunt ut calida calidis frigida frigidis reſponderent. ignem ut dixi concro dare debuerũt. aerem ariet. Si alteram aerem cancro: qui ſecundus eſt ab igne. Sed oppoſita inquit Alchindus/calor frigiditas/danda igitur ſigno temporis ſecundi/hoc eſt cancro/immo/ideo libre quæ opponitur: arieti q; ſi præponendam aquã aeri dicant/quoniã ſit efficacior iam ſeipſa natura facient ſapientiores. Præterea ſi agent qualitas qualis frigiditas/non qualis humiditas patiens cancro cõuenit quomodo ab eis inter fœminea ſigna nocturnaq; deputatur. non potius inter diurna & maſcula. quod obſeruant & in planetis non aliunde magis rationabiliter ſexum in cæleſtibus agnoſcentes ꝙ penes agentes patienteſq; qualitates: ꝓptereaq; iouem ſolẽ & martem in quibus calor ſaturnũ in quo frigus excellat mares appellauerũt: lunam & uenerem fœminas qm̃ humide ſint. Sic igit aqua & ignis mares etiã ab ægyptiis dicebantur ob cauſam memoratã: aer atq; aqua fœminæ: itaq; aquea ſigna ſtatuerũt/debuerũt aſtrologi maſculis annumerare/nõ fœminis: quod in omnibus tñ pariter fecerunt. ſ. piſcibus/ſcorpione: aerea contra maſcula decreuerũt /cum ſit tamen humiditas aeris qualitas propria: Pugnat igitur in his ſecum aſtrologia & ſeipſam euertit ut ubique tamen delirans. Namque ut a propoſita re non tñ ab re digrediamur/que leuiſſima iſta nugamẽta. diſcernere ſexum in cæleſtibus/tali preſertim coniectura/qua moti ſex ſigna maſculina/ſex fœmina ſtatuerunt/ut primum marem/ſequens fœminam: atque ita per uires ſemper alterum uirum alteram fœminam. Nam ſi erat hoc faciendum debuerat pro natura ſignorũ fieri: non q; fatali & uana iſtiuſmodi conſequentia/primi ſcilicet & ſecundi/atq; ita deinceps: quod quã habeat rationẽ audi ex Ptolomæo. Nox inquit diem ſequitur /& fœminæ hærent uiris: debet igitur ſigno maſculino fœmineũ proximum ſtatui. Contra quam rationem non eſt utiq; diſputandũ ſed ridendum/niſi illud forte ſerium eſt ut uideamus prior ne die nox an nocte dies ut fortaſſe nocturna ſigna debuerin anteponi: quia potius dies noctem ſequatur ꝙ nox diem. Scriptum eſt enim/factũ eſt ueſpere & mane dies unus

Nõ poſſe elementarias qualitates ſignis aſcribi.

Contra ratõnem Alchindi

Ratio Alchĩdi.

Confutatio.

qua propter hæbrei temporum initia a nocte ſtatuerũt uerum ocupatiores ꝙ̄ ut nugari li/
ceat multis uerbis. Quamꝙ̄ apud ipſum etiam Ptolemeũ multum habeat momenti ſe/
xuum iſta diuerſitas/apud quem refert nõ parum in maſculis/an in fœmiuis ſignis pla//
netæ inueniantur. Quod ſi compertum experimẽtis dogma contendant/quæro quibus/
ſuis an ueterum. Si ſuis canos nõ habent/ut tanta ſit auctoritas: ſi antiquorum/at ex anti/
quis magna pars aliter ſentiebat/multi ordinem ab horoſcopo ſaciebant ut eſſet exoriẽs
ſignum ſemper maſculinum atque diurnum: reliqua conſequenti ordiue per uices diuide
rentur. Alıı quatuor quidem ſigna diurna ſeceruut arietem/cancrum/leonem/& ſagitta/
rium: quattuor nocturna/geminos/libram/capricornum/& aquariũ. Quatuor promiſ/
cua/ taurum/uirginem/piſces/& ſcorpionem quin receptam opinionem explodebat anti
quitas. Vnde illud ex uetere aſtrologia.

Sunt quibus eſſe diurna placet quæ maſcula ſurgunt.
Fœminea in noctem latis gaudere tenebris.
Qui non multa ſibi nullo monſtrante loquuntur.

Quo in loco mirum quantum delirat triuialis quidam iſtius poetæ interpres lõge item
illi rationabilius (ſiquidem cum ratione aliquando eſt inſaniendum) qui omnia pariter
ignea atque aquea diurna appellauerunt: reliqua ſex nocturna terrea ſcilicet aerea. Item
ſi quod placet Ptolomeo maſculum & diurnum ſe conſequuntur/erunt maſcula illa/iſta
fœminea. Sic ille cecinit.

Namqꝫ ſagitari ſignum rapideqꝫ leonis
Et ſua reſpiciens aurato uellere terga
Tum piſces cancer & cancri ſcorpion ictu
Aut uicina loco diuerſa aut partibus æquis
Omnia dicuntur: ſimili ſub ſorte diurna
Cætera nec numero conſortia nec uice ſedis
Interiecta locis totidem nocturna ſeruntur.

Legitur hic uerſus mendoſus uulgo ut plerique alia citaiga uit Politianus cuius in libris emendãdis fides probata: ſumma diligentia: rara eruditio.

Fuerunt & qui aliter ſentirent quare ſubdit:

Quin etiam ſex continuas dixere diurnas.
Caſtoris eſſe uices quæ ſunt a principe ſigno
Lanigeri ſex a libris nocturna uideri.

Deſinant igitur fidem allegare ueterum obſeruationum a quibus tam diſſident ſæpe ꝙ̄
tota aſtrologia diſſidet a ueritate: Obiici autem illud etiã poterit ſi maſculum ſignũ prin/
cipe loco ſtatuendum iudicarunt futurum in incerto quodnam primum & maſculum ſi//
gnum/quẽadmodum & incertũ: quod nam ſignum initiale ut ſupra declarauimus. Aliis
enim cancer/aliis capricornus prima uidebant̃: quorum̃ tamen utrunqꝫ fœmineum apd̃
iſtos. Sed ſorte nec tam multis eludi ſabulas oportuit: ꝙ̄ꝙ̄ operæpretium obiter iſtã ſabu
lam confutaſſe diſcernendi cæleſtia ſigna per ſexus/quo nos ideo diuertimus: ut in can//
cro pugnare illos ſecum oſtenderemus: quẽ aqueũ ſacerent & fœmineũ cum ſit tamen fri
giditas inter agentes qualitates non paſſiuas. Quod ſi prima partitio illis det̃ in ſignis
tropicis & æquinoctiis non ꝓcedet in aliis ſignis ratio diſtributionis: circulo enim demõ
ſtrant ꝙ eſt flagitium in dialectica quando quidẽ cum hoc loco ꝓbant trigona ſigna eiuſ
dẽ naturæ aſſumũt argumẽtũ: qm̃ trigona radiatio cõſentiẽtiũ iuicẽ eſt locoꝝ: & ruſus ꝓ/

baturi trigonam radiationem conſentire aſſumunt ꝙ eiuſdem naturæ incidat locis. Si/lcat igitur iam Alchindus. Reliqua eſt ſententia Abraam auennazre ducentis rationem iſtarum qualitatum a figuris imaginū & effigiatorum in bi animalium proprietatibus: ut piſces/cancrum/& ſcorpionē/ſrigida uocentur: ꝙ aquatilium nomina effigiemque repræſentent. Leonis ſignum calidū ob naturam leonis: atque ita de reliquis. Sed iſta quoque ratio aut nulla ſi nullæ imagines ut demonſtrauimus: aut falſa ſi aliquæ ſunt imagines/ inqua cum ſignis imagines confunduntur: quod ſupra etiam reprobauimus. Deniq; cum figuræ loco uarientur erit iſta diſtinctio ſignorū temporaria: non quod aſtrologi omnes uolunt & ipſe etiā. Auenazra(immobilis & perpetua. neque aries igneum ſignum erit noſtra tempeſtate quando totū imago fere piſcium occupauit in quintam & uigeſimam eius partem arietis imaginem iam delata. Quod ſi nulla ſunt trigona nulli ſunt & trigonocratores: hoc eſt domini ut dicunt triplicitatum. Quanq̃ etiam ſi illa concedantur: de his tamen/ut ſolent/extra rationē etiam diſtiniunt. Neque enim denegabunt/ſi quo in ſigno planete alicui bene ſit/male eſſe in eo quod per diametrū illi aduerſatur: patet in domibus hoc planetarū: patet in exaltationibus. Quod ſi eſt apud eos maxime confeſſum: quomodo obliti dogmatis aſtrologici in oppoſitis trigonis tres planetas eoſdem regnare: uoluerunt. in terreo ſcilicet & in aqueo Martem Venerem & lunā. Taurus opponitur ſcorpioni: uirgo piſcibus aduerſatur: e cancri regione reſidet capricornus: & tamen in tauro/ uirgine/& capricorno qui dominantur: iidem in cancro piſcibus ſcorpione trigonica omnes regnāt poteſtate. Nec ſi tamen aſtrologos roges cur deiiciatur mars in cancro aliter reſpondebunt ꝙ quoniam iidem exaltatur in capricorno: & cur infeſtetur ille in tauro quuoniam domicilium dicent/habet in ſcorpione. Pugnant igitur hæc inuicem omnia & mutuo falſitatis ipſa ſe redarguunt Adde ꝙ in prima triangularitate Albumaſar Alchabitios omneſq; latini dominari ſaturnum cum ioue ſoleque decernunt: in qua tamen ſaturnus exulat in leone: deiicitur in ariete: in ſagittario nihil ſuum agnoſcit. Verum inquiunt diurnus quemadmodum iupiter & ſol: uerum etiam frigidus cum uterque illorum calidus habeatur. & ſi cum agebatur de exaltationibus ſaturno libram aſſignabant tantum ob eam cauſam ꝙ naturæ ſolis opponeretur. cur regnum in ariete. cur in domino triplicitatis contra naturam ipſorum ſignorum ſoli aſſociatur: quaſi naturæ ſolis congruentiſſimus. Plura ſunt hoc genus: ſed proſequi ſingula forte ſuperuacuum certe moleſtum mihi & nauſeabundum. Quod ſi ad fidem hic etiam experimenti/rurſus ego ad diſcordiā huiuſmodi experimentorum/quando quidem ægyptii duos tantum faciunt trigonocratores: ut ex monomeriis licet intelligere. Reliqui tres conſtituunt qui deinde inter ſe diſſident. nam in primo quidem triangulo dominari ſaturnum Albumaſar/ Alchibitius/latini uolunt: Ptolomæus martem. Contra in ſecundo Ptolomæus Saturnum: Arabes & latini fere omnes Martem: in quarto dominum eum facit Ptolomæus ſcilicet martem/ſuppreſs duos quaſique ſecundarios dominos/nocte lunam/uenerem interdiu. Alii martem cum uenere æquant in principatu: nec martem imperare niſi noctu uolunt: uenerem interdiu/tum lunæ ſecunda noctu dieque auctoritas apud eos: recentiores/arabum opinionem &latinorum ex perimentis aiunt confirmari/Auenrodan ipſe(ne cōmemorem græcos)omnes effectus aſtipulari ſententiæ affirmat Ptolomæi. Mitto plurima in quibus ſuper iiſdem triangulis digladiantur: quoniam ſupra actū eſt de illis: patet autem hinc ma/

Trigonocratores quos dominos uocant triplicitatum nihil eſſe.

Albumaſar. Alchabitius

Albumaſar. Alchabitius. Latini. Ptolomæus

Recētiores. Auenrodan

gnas etiam coniunctiones diſſolui quatenus pendēt a migratione trigonica ne cōmemo/
rem alia dogmata aſtrologorum ab his maxime trigonis fidem originemque ducentia.

Caput XVI De faciebus:terminis:dodecathemoriis babiloniorum:nouēnis mo
nomiriis q̄ parum conſtent teſtimonio etiam ipſius Ptolomæi

r Eliquum facies fineſq; confutare ut de omni ſit dictū cum ſignis affinitate planetarū. Nam iam domos euertimus:exaltatiōes deiecimus:trigona ob/literauimus:nullum tamē negocium in his confutandis/nam facies nullæ/etiam apud Ptolomæum:ſic etiā græcis quoq; qui & decani. Sed & decani quidem ſigno rum:facies autē planetarum. Has igitur facies Ptolomæus aſpernatur indignas ratus de quibus haberet mentionē & quibus unq̄ in apothelesmatis uteretur:quas cū nullis aſtru ere illi poſſint rationibus /poſſent forte prætendere experientiā:niſi illos concordia hoc quoq; loco deſereret. Alias enim Indi/alias Babilonii quos arabes imitantur:alias Ma// ternus planetarū facies eſſe uolunt. Primus Tauri decanus apud babilonios faciem gerit Mercurii :Veneris apud indos:Iouis apud Maternū:Secundus his quidē lunæ:aliis mer/curii aliis martis: Primus geminorū caldeis Iouis. Indis mercurii:Materno martis : quos ne proſequar omnes particulatim/Babilonii methodum iſtam ſunt ſecuti:ut primum qui dem decanum principia ſcilicet arietis martii darent:quoniam ea domus eſt martis tū:p ordine ſpherarū ſequentes ſequentibus planetis primā decunā cuiuſlibet ſigni patrifami lias/hoc eſt domino domus/reliquas duas dominis ſignorū eius trianguli. Materni com mentū penitus arbitrarium ueterem tantū traditionē prætendit:quæ cum aliquis pēſitat illud etiam cognoſcat:non ueris obſeruationibus aut fide experimentorū hæc illos dog/mata decreuiſſe:Sed infirmis huiuſmodi leuibuſque coniecturis fidē experientiæ: de qui/bus deque ipſis:etiā experimentis latiſſime inferius poſtea diſputabimus. Sicuti autē ægy/ptii decanos excogitarunt in tres partes ſignum diuidentes:ita Babilonii dodecathemo/ria ſignum in partes duodecim diſſecantes hoc utentes illi dodecathemorio:non eo qd' Maternus illis aſcribit:auctores Mallius & Porphyrius meminit etiam Ptolomæus ſed irridens. atque iſta dodecathemoria uocari τοπωνσ:hoc eſt loca. Albumaſar item & Auē/nazra & Hiſpalenſis huius tantum dodecathemorii meminerunt:non eius quem Mater nus & Alchabitius & Heliodorus tradunt:de quo nos poſtea ſuo loco dicemus. Saxoni enſis in commentariis in Alchabitium nominis affinitate deceptus utrunque confundit Indi ſua quoque ipſi figmenta comminiſcentes in nouem partes ſignum quodlibet di// uiſerunt:ſtatuētes primam partē eſſe domini ſigni:qd' ex eo trigono mobile fuerit:ut pri/ma qdē nona pars arietis martis ſit:nā aries mobile ſignū:pria uero leōis rurſus martis: quia ſignū ex ignea triangularitate mobile aries eſt. Sequētes aūt partes ponunt de ſerie ſequentium ſignorū:ut ſi primus ſit martis cuius aries domus eſt. ſecūda ſit ueneris:tertia ſit mercurii:q̄ illa taurū:hic geminos domum habeat. Aegyptii rurſus in ſingulas partes ſingula numerauerunt:quas uocauerūt monomirias:aſſignauerūtque illas planetis per ordinem trigonorum:ita ſcilicet ut cuiuſlibet ſigni pars prima eſſe monomiria planetæ qui dominus ſit trigoni illius:nocturnus quidem ſi geneſis ſit nocturna diurnus ſi diurna ſecunda pars domini ſecundi eiuſdem trigoni : tertia domini trigoni ſigni ſequentis at que ita deinceps : ita tamen ut idem planeta uno de curſu bis monomiriam non ſortiretᷣ

Apd' Ptolo: multæ ſunt facies.

Variæ facies uariorum. Primus tau/ri decanus Secūdus: Primus ge/minorum.

De dodeca/themoriis Babiloniorū Porphyrius: Albumaſar. Auenazra. Hiſpalenſis Error Saxo/nienſis.

De monomiriis ægyptiorum

Confutatio omnium iſtorum per uerba Ptol.

quas omnes anatomias & diſſectiones non aliis ꝙ ipſius Ptolomæi uerbis cõfutabo: qui omnia iſta ουφυσικον αλλα κενοδοξον λογον habere dixit: hoc eſt non habere phyſicam ullam rationem: ſed uanam oſtentationem: nec poterat rectius ſuper his definire: nam quanto iſta plus habent temeritatis & maiore licentia confingunt: tanto rudibus & imperitis mirabiliora maioraq; uidentur. Nec aliud fuit in cauſa cur Aboaſar magnus in aſtrologia habitus ſit uir alioquin neſcius mathematicæ: ꝙ ꝙ illi nihil parũ rationibile uiſum: ſed coaceruauit omniũ ſimul fabulamenta: nihil reiiciẽs nec aſpernatus: quare plura ꝙ alii uidet̃ ſecreta ꝓdidiſſe: qa fabulas ſcilicet plures cõmemorauit. Reliquũ eſt de finibus quos nõ aliter quidẽ breuiter cõfutabo/ ꝙ ex diſcordia ipſorũ adhuc de finibꝰ inter ſe litigãtium. alios enim Ptolomæus præſcribit: alios ægyptii alios babilonii: alios indii: alios neſcio quis aſtrologus cuius meminit Albumaſar: ex cuius ſententia in magno introductorio promit mira iuniores ægyptiis adhærent/ græci Pthlomæũ ſequunt̃: & cum eis. Auenrodan: alii ſuos quoq; habent ſectatores. Quare non ſolũ ſigna ipſa nulla: ſed iſtæ quoq; ſi ſigna aliquid eſſent planetarum cum ſignis affinitates: ut hic quidem domus alibi regnum: alibi fines habeant: friuolæ/ ſabuloſæ/ pugnantes/ commẽtitiæ ſunt: neque ſolum latini diſſentiunt ſuper his: ſed in ipſarum inuicẽ collatione. nã uulgo primas partes: dãt domui: ſecũdas exaltationi: tertias finibus: quartas triplicitati: quintas faciei. Ptolomæus primo loco domũ: ſecundo triplicitatẽ ut placet Haly: tertio exaltationẽ: quarto terminum locat: faciẽ prætermittit: Chaldei domos nõ habẽt ægyptii monomirias omnibus addunt/ nouenas Indi: Babilonii dodecathemoria: triplicitatẽ cum domibus non ponunt/ Maternus plus tribuit altitudini ꝙ finibus: plus finibus item ꝙ domibus. Gauderent enim inquit ſtellæ principe in loco in altitudine ſua poſitæ: Secũdo loco in finibus ſuis: Tertio in domibus ſuis. Vaniſſima igitur dogmata aſtrologorũ quæ nec rationibus firmant nõ experimentis: quando in illis nugant̃: in iſtis non concordant.

Quare Aboaſar magnus in aſtrologia.

Caput XVII De gradibus fœminis/ lucidis/ tenebroſis & aliis id genus ꝙ eos cõtempſerit Ptolomæus: neq; in eis conueniant alii aſtrologi:

Confutauimus eas diuiſiones ſignorũ quas referũt ad planetas: ut hic quidem exaltet̃ Mars alibi Sol. Hæc ſit huius facies/ altera alterius: hæc huius monomiria: illa illius. Similiter trigona: fines: nouenas: dodecathemoria: nũc ea forent tractanda quæ de gradibus ipſis abſolute tradiderunt: ut hi quidem lucentes: alii tenebroſi. alii fortunantes: alii ut dicunt puteales: alii ualitudinarii: quos uocant alzemena: alii maſculi: alii fœminei: Sed ſupra ſatiſfactũ eſt magna ex parte: nũc illud addiderimus. Omnia hæc quoq; cõtempſiſſe Ptolomæũ: cuius interpres Auenrodan/ tantũ illis uideetur concedere ut hæc obſeruent ſi ueritatẽ experimẽtis in his eſſe depræhenderint. Sed quæ fides erit experimẽti. cum de gradibus maſculis & fœmineis ſex ferant̃ opiniões. Aliter enim eos leges apud Firmicũ deſcriptos: aliter apud Albumaſarẽ: aliter apud Auenrodan: aliter in Alchabitio: Variat Abraã in pleriſq;: tũ ab omnibus his penitus. diſcordãt qui duodecimã cuiuſq; ſigni partem nũc maſculam faciũt: nunc fœminam uicibus alternis: primas partes ex ſigni genere ſtatuentes. Mitto qui gradus duodecim ex triginta in ſexu ſigni ponunt/ ſequentes totidem in oppoſito tum reliquos ſex æqua portione pariter ꝑpartiuntur. De lucidis & tenebroſis/ & obſcuris alia opinio primum apud ueteres ex poſitione ſtellarum: quoniam eam partem lucidam uocabant in qua erat ſtella perpetu//

Firmicus Albumaſar. Auenrodan Alchabitius Abraam.

umq; id crediderũt:quoniã putant ſtellas non moueri:quare errabant ſi Hypparco/Pto/
lomæo/& reliquis aſſentimur poſteri dogmatis origine non perſpecta : quamꝙ ſtellas
moueri contendũt:eoſdẽ tamen gradus lucẽtes:eoſdẽ tenebroſos quos priſci determinãt
in qua re quanta nata apud eos cõfuſio:quantaq; peruerſitas rerũ & dictionum /ſuperius
*Mendacium Aboaſaris*
explicatum eſt:ut nihil poſſet eſſe minus qua uera ſuper his apud eos experientia . Erratũ
idem ab eis in gradibus quos augẽtes fortunã dicunt:ibi quoq; declarauimus:quos & alli
ter magna ex Parte apud Alchabitium.aliter Apud albumaſarẽ:aliter apud Auenazram
inuenies ãnotatos Eadẽ diuerſitas in putealibus:quos nullus ueteꝝ poſuit:nec põt ñ mẽ/
tiri Aboaſar ægyptioꝝ ſe ſequi ſniam dicens/quando illos enarrat:quandoquidẽ ex illis
plurimos quos Aboaſar puteos facit Epheſtion thebanus totius egyptiæ aſtrologiæ peri/
*Epheſtion. Thebanus*
tus inter lucentes gradus enumerat:ut arietis ſextum gradũ:& Tauri quintum:& trigeſi//
mum geminorũ:& uigeſimũ ſecundũ cancri:& in aliis ſignis alios multos. Quid ꝗ do/
rienſis quidã aſtrologus qui ſe uocauit perſcrutatorẽ de iſtis graduum ꝓprietatibus aliter
omnino ſentit ꝙ omnes ueteres:nec pro ſuo dogmate aliud ꝙ experiẽtiæ ſidem allegat:
ꝗ ſcilicet ueterũ dictis euẽta nõ reſpondeãt: Reſpõdeãt ſuis:uana igitur ĩfidelis/incõſtãs/
iſta quoq; obſeruatio graduũ diuerſoꝝ/nõ ſolũ a nobis ſed a Ptolomæo quoq; dannata.

## Caput XVIII Partes unde ortæ & ꝙtũ in eis dimetiẽdis ſecũ pugnent aſtrologi.

*Confutatio.*
IAm partes quibus utunť in omni prædictione nõ ne merũ figmentũ res uana
dogma uoluntariũ numera inquiunt gradus inter hunc planetã & illũ inter/
ceptos:& cum totidẽ ab horoſcopo gradus percenſueris ubi numerus deſinet/
pars erit ibi rei cuiuſpiã ſignificatrix/non aliter obſeruãda ꝙ planetæ/ꝙ ſtellæ. quo pce/
pto quid fingi põt delirius:nõ ſolum ꝗ uirtus in cælo naturalis ubi nulla ſtella / ubi nec
lumen/nec alia qualitas naturalis:ſicuti nulla utiq; in eo gradu ad quẽ numerus ille ter/
minať. Verum quoniã iſta dinumeratio ad libidinẽ quoq; fingiť/nec ullam habere põt
phyſicam rationẽ. Aboaſar nugaciſſimus reddere cauſam uoluit huiuſmodi partiũ quod
antiquorum fecerat nullus. Sed ita tamen aliquid dixit/ut in ſumma loquacitate nihil lo
*Ratio Aboaſa.*
quatur. Nam uerborũ eius ſumma tandẽ hæc eſt: cum fuerint planetæ duo ſignificantes
eandem rem diſtantia quæ eſt inter eos habere uim quoq; ſignificandi:ſed illã ab horoſ/
copo dimetiendã. quoniã quæ uentura ſunt bona mala ue ſciãť cognito loco ad quẽ re/
rum ſuarũ ſignificator prouenit ab horoſcopo:quare gratia exempli cũ ſol atq; ſaturnus
ſydera ſint parentũ/interuallum quo inuicẽ dirimunť ab aſcendente numerandum/& in
gradu qui fuerit numerus eius futurã ſignificationẽ ſuper parentes/ut in quo ſolis ſaturni
ꝗ poteſtas in quendã modum quaſi copuleť. hæc eſt ſubtilitas Aboaſaris in qua ſupponi
tur quod negatur/quodq; in primis a nobis irrideť/eſſe ſcilicet illi diſtantiæ talẽ uim ut ſi
milis interualli finis ducti ab aſcẽdente uim aliquã habeat efficiẽdi. hoc quam habeat ra/
tionem reddere debuit/quod cum minime faciat nõ eſt illa opinionis ratio: ſed narratio:
quæ nõ ſolum ut uidimus eſt inefficax: quoniã de quo quæriť nihil probat: ſed eſt falſa re
pugnans principiis aſtrologorũ: quando partiũ auctores (ut mox diximus) primas partes
fecerunt ipſorũ planetarum non rerũ & euentorum: ſed fuit a poſteris poſtea id excogita
*Hermes primus auctor partium*
tum: In partibus autẽ planetarum Aboaſaris ratio quẽ habeat locum /dicentis partes ac/
cipi ab interualo duorũ planetarum eandẽ rem ſignificantiũ/preſertim ꝗ nultius plane/
tæ preteꝙ ſolis & lunæ per ſe diſtãtia accipitur apud Hermetẽ qui auctor prius harũ par/

tiuum fuit in eo libro cui nomen fecit παραρετω.ſed a planeta cuius pars queritur & parte alterius luminariũ.Capit eni uenercam partẽ a parte ſolis & uenens:ubi deceptos Aboaſarem & Alchabitium primo libro notauimus.Mercurii a parte lunæ quæ fortune dicitur ipſoq; mercurio ubi illi quoq; aberrauerũt.Martis a marte parteque fortunæ:Iouis a par/te :ſolis & Ioue:Solis & lunæ abinuicẽ/ut eſt omnibus manifeſtũ.Nec alias res ſignificari uult per partes:q̃ que quiſq; planeta cuius eſſe dicitur pars ſignificat.Adde q; rerũ partes nõ acci piũtur a planetis eas res apud aſtrologos ſignificãtibus: Quoniã quidem Mars fraatres ſignificat apud omnes:& tamẽ pars fratrũ a ioue atq; Saturno: nunq̃ autẽ accipi/tuur a marte.Et ueteres omnes partẽ coniugii corrogãt a Saturno cui planetæ cum nuptiis nuullũ coniugiũ eſſe uoluerũt. Commentũ igitur illius Aboaſaris nõ modo leue & nuga/toorium ſupponentis id ſcilicet de quo diſputatur. Sed ab opinione auctorum iſtius do/gmatis de quo diſputatur alienũ. Quos aliud mouit q̃ quot iſte nugator poſt tot ſecula ſoomniauit.Fuit enim erroris huius occaſio prima talis.Viſum antiquioribus orientẽ gra/dudum/hoc eſt horoſcopũ ſoli reſpondere:quare cũ luna ꝑpemodũ ſoli ſupar exiſtimetur/al alterũ eſſe horoſcopũ uoluerunt lunæ ꝑportione reſpondẽs/ nec alio loco potius ſtatuẽ/dudum iudicarũt q̃ qui tñ diſtaret ab oriente q̃tum ſol in qualibet genitura diſtaret a luna eiuum locũ κληροστυχησ.i.ſortẽ fortunæ uocauerũt ob eã quã pauloposſt cauſam cõmemo/rarabimus.Docet hoc ipſe Ptolomeus apotelesmatũ libro tertio cõmonefaciẽs quoq; illud oromnẽ antiquitatẽ cõueniſſe/ut ab horoſcopopo tantũ pars fortunæ diſtaret/quantũ a ſo le le luna :nec uariare ſententiã eoꝝ qui in nocturnis genituris a luna potius computant in ſolſolem:quoniã iidem ab aſcendẽte ad antecedẽtia ſigna ſe conuertũt:quare deſinũt eo lo coco quo & illi qui a ſole ad lunã ſupputãtes pro ſignoꝝ conſequẽtia numerãt:cauſam no mminis ſuſpicor talẽ: nam cũ duos quaſi horoſcopos feciſſent alterũ ſolis/ alterũ lunæ illi qquidẽ:hoc eſt uero atq; ſolari:corporis atq; animi ſortẽ tribuerunt: iſti uero lunari & ad/uuentitio ſortem fortunarũ:hoc eſt rerũ earũ quæ extra nos ſunt:ut a primo noſipſi:a ſe/ccundo quæ noſtra ſunt fatum ſortirẽtur: quare lunaris horoſcopus ſors fortunæ nũcupa titus neq; ex alia re magiſq̃ ex ipſa/de fortunis iudicat Ptolomeus.Nã uulgo ſortes iſte par ttes dicũtur:loca uero apud Maternũ.Hoc cum receptum iam foret Hermes quidã ægy/ꝑptius parum ſpectata prioris inſtituti ratione putauit a pari exemplo omniũ planetarum ſſortes faciendas/atque ita ſaturni & reliquorũ ſortes cõſtituit libro cui titulus παραρετω: uocauitq; partem ſolis αγαθοσδαιμονα:hoc eſt bonum deum ſiue demonẽ/iouis νικην.i. uictoriã mercurii αναγκην.i.neceſſitatẽ ueneris:ερωτα.i. amorem martis τολμαν.i.auda/ciam ſaturni:νεμεσιν.id eſt nemeſim/in quibus ordinãdis hanc methodum obſeruauit/ut unamquãq; partem acciperet a diſtantia ipſius planetæ cuius eſt pars ad partem aut ſolis aut lunæ:ſolis quidem in uenere & ioue/lunæ in cæteris & ubi ſolis parte foret utendum ab eo computus fieret in diurna genitura:in nocturna uero a planeta ad partem:contra fieret ubi fortunæ utitur parte:ſed & omniũ duci numerũ ab horoſcopo iuſſit: quia id fa/ctum uidit ab antiquis infortunæ parte:cuius exemplo reliquas cogitauit: parũ animad/uertens eam(qualiſcunq; ſit coniecturã)qua moti ueteres lunæ ſortem ſtatuerunt non cõ uenire in reliquis planetis:quibus cũ ſole non ea uel paritas uel cognatio:ut illi aliquid uice horoſcopi reſpondere ſit neceſſe/quemadmodũ ſoli oriens correſpondet:uerũ utinã iſtis finibus hæc ſe fingendi licentia continuaſſet. Nam Paulus alexandrinus Hermete

Hermes primus auctor partium.
Aboaſar
Alchabitius

Vnde nomẽ ſortis fortũæ

Paulus alexãdrinus addit q̃ttor partes. Innumerus Nũerus p̄tiũ Chaldeos p̄tibꝫ nõ uſos Porphyrius.

quem diximus aliquot ſæculis iunior addidit partibus planetarũ partes quattuor non iã ſyderum/ſed rerum parentũ.ſ.filioꝝ/fratrum/& coniugii:quod inuentũ occaſio fuit præ/terea ita delirãdi:ut innumerũ numerum effingentes fere quiſquiliarum partem in cælo deſignarent.Nam & cicerum & fabularũ/& lentis/& ordei/& ceparum/& mille rerũ hu/iuſmodi partes apud arabes omnes & latinos legis auctores chaldeos nullis uſos parti/bus nõ tam moueor ut credã quoniã inuentũ fuit egyptiorum q̃ qm̃ Porphyrius inſtitu/tiones ſcribens apoteleſmaticas ex chaldeorũ ſententia/partium nuſq̃ meminit. Ptolo/meus præter fortunæ partem reliquas omnes abominatur: q̃q̃ rectius etiam illam contẽ/pſiſſet cum horoſcopũ lunæ & quicquid in eo cõminiſcunt̃ uanum & arbitrariũ ſit. Sed uidetur erratum illi ueniabiliter cum ad ea reſpicitur in quæ de unius partis exẽplo/aſtrologorum licentia futili temeritate/prolapſa eſt. Qui cur diſtantias ſeruent planetarum duorum/curq; illam numerẽt ab horoſcopo/cauſa iam patet:quoniã.ſ.ita factum in for/tunæ parte repererunt/ in quo factum id a ueteribus:quia quaſi horoſcopus querebatur/quare in ea diſtantia fuit collocanda ad orientẽ/in qua ſol a luna mouebatur/poſtea originem dogmatis neſcientes ſuas ibidẽ quales narrat Aboaſar fabulas confinxerũt.

Aboaſar. Ad expimenta aſtrologos nõ poſſe cõfugere ob auctoꝝ diſſidentiam. Snĩa Helio. & Materni. Snĩa Alcha/bitii & Abo/aſaris. Alia Abẽza/gelis. Snĩa arabũ. Alia Helio.

Qui ſi potius experimentis q̃ ratione motos ſe dicant/reſpondebo ꝙ hactenus ſemper feci nõ eſſe experimentis auctoritatẽ/ſuper quibus equali homines auctoritate non concordant. euenit autem & hoc in partibus ut in omni dogmate aſtrologorũ.Et primũ ipſam fortu/næ partem alius fere ſemper alio loco ſtatuit. Quoniã Ptolomeus ſeu diurna fuerit ge/nitura/ſeu nocturna computandã a ſole ad lunam præcipit.alii a nocturna genitura cõ/putandũ a luna ad ſolem affirmant partem ueneris.Heliodorus & maternus a parte demonis ad uenerem interdiu nocte contra Alchabutius ſequens Aboaſarem a parte fortunæ ad partem demonis in nocte.Interdiu a demone ad fortunam. Abẽzagel a uenere in fortunam/& die & nocte pariter accipit. Parentum partem arabes in diurna a ſole in ſa/turnum:in nocturna natiuitate a ſaturno in ſolem accipiunt.Heliodorus ſi Saturnus radiis occultetur ſi nox fuerit aut dies a marte pergit ad iouem. Partem fratrum Maternus nocte a ioue in Saturnum.Greci nocte ſed interdiu a Saturno in Iouem.De cõiugio diſſonãt mirum immodũ:Nam ſi mariti ſortẽ inquiras Alchabitius ſemper a ſole numerat in uenerem.Heliodorus in uenerem quidem ſed a ſaturno. Maternus ex antiquorum ſen/tentia iubet ut interdiu quidẽ a ſaturno eamus ad uenerem nocte uero a uenere incohẽ/mus/ſe uero quod alii quoq; p̄cipiunt multis in genituris ꝓbaſſe teſtatur/ut in diurna nocturnaq; genitura a ſole ad lunam ſemper cõputetur. Quod ſi fœminæ geniturã perſcrutemur/Iubet Maternus interdiu a marte in uenerem computari/nocte a uenere ad mar/tem.Alii ſemper a uenere in ſaturnum: quã Abenzagel Velli: Alchabitius Hermetis ait eſſe ſententiam.Abenzagel probat ut a luna in martem ſemper accipiatur.Alii ſemper a ſole in martem ſic in reliquis diſſident/ſed tedium omnia proſequi.Partem peregrinationis arabes a domino nonæ in minutias primas ipſius/greci a ſole in martem. Partem hereditatũ illi quidem a ſaturno in lunam:hi uero a ſaturno in uenerem:Seruorũ illi a mercurio in lunam:hi a marte in lunam.Partem matris antiqui omnes a ſaturno in lunã cõ/putant:numerum deinde ab horoſcopo percenſentes:ut in omnibus facere ueteres con/ſueuerunt.Arabes eam a luna querunt in minutiam primã octauæ domus:ſuperaddũtq; tot gradus quot ſaturnus ex ſigno in quo eſt perambulauerit: & quantãcunq; computus

feccerit ſummã tantã ab initio ſigni in quo eſt ſaturnus per ſequẽtia deinde ſigna: Sed nõ tam ocioſi/ut omnes eorũ fabulas memoremus illud certe conſtare cui libet poteſt nõ niti fidelibus experimẽtis: quæ ſibi quiſq; pro arbitrio dogmata confixit.

Caput XIX Dodecathemorioꝝ ſententia exploditur & auctores eoꝝ ægyptii cũ ſuis quoq; climatericis annis reiiciũtur.

Quid dodecathemoriõ de quo hic agitur

p Ar inſania dodecathemorioꝝ pariq; ratione qua partes exibilanda/nõ autem dodecathmorion illud intelligo: cuius ſupra meminimus: quod eſt ſigni cuiuſlibet pars duodecima. Sed quod traditur a Materno græciſq; ſcriptoribus in hunc modũ: cuiuſcunq; inquiunt ſtellæ uolueris dodecathemorion quærere partẽ eius duodecies computata: ſiue illa ſigni in quo eſt planeta pars decima ſiue quinta/ſeu quouis alio numero fuerit: tũ quãtas ſumma cõputationis cõſecerit dies eas ſingulis ſignis triginta diſpartiens. Sed a ſigni primordio ſumes initiũ in quo ſtella eſt cuius dodecathemorion quæris: & in quocunq; ſigno poſtremus uenerit numerus ipſe tibi partem dodecatthemoriorii oſtẽdit. Exemplũ huius pone ſolẽ in arietis parte quinta & minutiis quinq; ſi qquinq; duodecies multiplicaueris erunt partes ſexaginta/ minutiæ unã facient partem atqque ita erunt partes ſexagintaunæ. Dabis arieti in quo ſolem eſſe diximus/triginta: tauro triginta dodecathemorion in prima geminorũ inuenietur. hoc inuẽto quid uanũ magis: aut futile poteſt excogitari: cũ per numeros iſtos nulla tamen uis planetæ: nulla qualitas eam in partẽ trãſmittatur. Quod ſi obſeruatũ dicitur euẽtis tam reſpõdere/obiiciã Paulũ alexandrinũ auctorẽ grauiſſimũ apud egyptios/quorum illud potiſſimũ fuit inuẽtum/qui talem obſeruationẽ deprendi falſam atteſtatur: quare nouã ipſe methodum introoduxit contra ueterũ omniũ opinionẽ ut nõ duodecies partes illæ multiplicarẽtur: ſed terdecies. ſ illi computatio antiqua nõ ſuccedebat/ut pote falſa & comentitia. Et quoniã aliquãdo terdecies multiplicãdo eueniebat ei quod quærebat/morte aſtrologoꝝ ex uno ſucceſſu dogma inſtituit. Hæc ſunt illa myſteria ægyptioꝝ: quorũ ſentẽtias uelut oracula ſuperſtitioſum uulgus adorat/quoꝝ doctrina nedum nõ habet aliquid diuinitatis. ſed ridicula eſt etiã ſemidoctis. Nam ſi qua foret aſtrologia nihil minus ægyptii q̃ aſtrologoꝝ nomen mererẽtur/qui & rerũ quæ ſunt in cælo uerarũ & naturaliũ/hoc eſt ſyderũ & ſtellarum motus ignorabant/ut infra dicemus: & in p̄dicendo plus iſtis fallacioſis ſomniis utebãtur/q̃ ſtellis & planetis. Scribit Heliodorus Mercuriũ trimegiſtũ qui partes planetarũ prius inuenit uiam aperuiſſe: unde per ſolas illas partes nulla alia re ſpectata p̄nũciari poſſit de omnibus pariter monomeris & dodecathẽmonis mirum quantũ in omni p̄dictione tribuebant: unde eos oblique notans Ptolomeus prudentiſſimus aſtrologorũ ait ſua ſe dogmata traditurũ υμλιακληρομ και αριςμωμ αμαιτιολογντωμ quæ ſunt omnia περιττοσ υποτωμ μολλωμφλυα ροιμεμα και μηπιθαιμομ εχομταιλογομ: hoc eſt nõ per ptes & numeros inefficaces & cauſæ rationẽ nõ habentes: quæ ſuperflue multi nulla ad perſuadendum ratione fabulãtur: cum autẽ numeros dicit: & quæ reprẽdimus dodecathemoria notatat: & qui climatericos ãnos faciũt ex numeroꝝ ſola obſeruatione: ut enneadicos & hebdomadicos. unde multis moleſtia ſenibus ſuperſtitio ſup ãno ſexageſimotertio: quoniã p̄peius angui tygrideq; formidant. ſed peccat in his uulgus errore ueniabili/ qui philoſophi eſſe uolunt quis excuſauerit.

Exemplũ

Confutatio. Paulus alexãdrinus q a falſa hæc deprendit aliam excogitauit computationem

Contra ægyptios.

Ptolo. aſtrologorũ prudẽtiſſimus.

Libri ſexti diſputationũ Ioannis pici aduerſus aſtrologos finis.

# IOANNIS PICI MIRANDVLAE DISPVTATIONVM ADVERSVS ASTROLOGOS LIBER SEPTIMVS.

Caput primū. Quid hactenus diſputatū: & quid in hoc libro diſputandum.

Continuatō huiuſ libri cū ꝑcedentibus

HActenus nulla eſſe aſtrologia demōſtrabat ablata ſyderū efficiētia/quod ex philoſophia: ex ſyderū dignitate: conditiōe rerū inferiorꝝ: & fide experiētiæ rationabiliter dici a nobis oſtēdebamus: Tum ſi illa efficiāt quod opinātur aſtrologi: quia hæc tamē alit faciāt q̄ ſit ab illis excogitatū/ ꝓbauimus nullā de iſta efficiētia & cōſequēter de futuris rebus cognitōem illis eē poſſibilē. Nūc illud nobis agēdū/ ut ſi fieri cælitus hæc cōcedamus & quomō ab illis eſt cōfectū/ hoc eſt ab hora primordiali ſortiri res omēs fata ſua de cælo: quod tamē cuiuſq; rei ſit fatū ſciri ab eis nō poſſe declaremus. Eſt aūt hoc illis primū neceſſariū ſi aſſequi debēt ut quæ ſit cuique hora fatalis certiſſime habeāt exploratū: quod nec ſciri poſſe aut ſcitū certe ab eis nō eſſe præſentis libri diſputatione docebimus. Et quoniā rerū uariarū prīcipia uaria ſtatuuntur: de principio hominis primum diſputabimus: & illud eſſe in ambiguo declarantes: & omnino qualecunq; ſit/ illud certe non eſſe quod ab aſtrologis exiſtimatur.

Caput II Ambiguā eſſe horā fatalē ſi qua eſſet in oibus rebus quæ nō momēto ſed tēpore abſoluūtur & in hominihus maxime: in quibus gēitura parū roboris habere uidet̄.

Quæſtio circa initiū rei.

Fatū ſortiri rē cum fieri incipit.

ESt autē in decernēdo principio cuiuſcunq; rei quæ nō momēto ſed tēpore conſummatur quæſtio inextricabilis/ an ſit fatale illi tempus quo primū opifex facere illā aggreditur quācunq; demū cauſam efficientē ſortiatur. An potius cū abſoluitur: an cum non tota quidē ſimul exigitur ſed per partes ſint partiū diuerſarū fata quoq; diuerſa: quicquid enim dixerimus ſuā habet rationē qua confirmetur. Nam ſi fœliciter manus opifex admouerit quomodo eſſe poteſt opus infœlix quod fœliciter opifex operatur: cum ea ſit demū & operātis & operationis fœlicitas ſi opera & bene & ex uoto operantis eueniat. Tum ſi fatū efficienter nō ſignāter tm̄ eſt a ſyderibus/ quādo potius fatum accipere res ſuum debet: q̄ cum ſydera illum intercedētibus aliis cauſis efficiunt. Videtur igitur fatū ex ea hora pendere qua rem facere primū opifex eius aggreditur. Cōtra fatum quo pacto accipiet res priuſq̄ ſit: aut quomodo eſſe dicetur a nobis cum primū incipit fieri ut aliquādo ſit: Deniq; ex ſpecie & quæ momento aduenit ultimo conſtituente forma res illud eſt quod eſt. Quod igitur illi potius fatale momentū q̄ quo eſſe primum incipit quod eſt/ & ſeorſum a cauſa a qua fiebat/ ſua cōſtare poteſt natura & firmitate: nō igitur de hora qua fieri/ ſed qua eſſe incipiūt res fata rerum rationabiliter auſpicabimur Rurſus ſi aliæ alio tēpore partes abſoluētur: cur nō quæque decretū ſuæ fortunæ de ſuo tēpore adipiſcetur: maxime cū experientia cōprobetur/ aliter uariis eiuſdē rei partibus euenire: nā & in corpe eiuſdē hoīs alia interdū membra recte ſe habebūt: alia male: & aliqua pars eiuſdē urbis ruinis & incēdiis erit obnoxia: cū nihil eiuſmodi reliquis ptibus accidat: cur nō igit̄ rōnabilius unūquodq; moueri & gubernari a ꝓpria cōſtellatione: q̄ de pterito quodā principio & fortaſſis abolito trahere res ſequētes fati conditionē. Et hæc quidē in uniuerſum de rebus oibus dicta ſint: nūc pticulariter eadē in hoīe examinemus: de cu/

ius fatali primordio(ſi aliquod eſt huiuſmodi)multa & inextricabilis neceſſario ambiguitas naſcit̃. Quid enĩ potius ſtatuemus cũ tam multa eius principia/eaque oĩa digna pricipatu cõſpicianť:an ꝙ inter oĩa primũ tẽpore eſt punctũ illud fatale tẽporis arbitramur quo uir fœmine primũ congredit̃:an nõ illud quidẽ:ſed cũ ſemen de mare acreſcit in uterũ:an potius hæc quidẽ quaſi ꝑludia/& neceſſario ãtecedẽtia. Primũ uero humanæ formationis initiũ ſtatuemus cũ adorit̃ uis ipa ſeminalis puriſſimã partẽ excrementi muliebris eamq; cõſtituit/hoc eſt/cogit in fœtũ:queadmodũ a coagulo lac unitur & cõdenſatur:An neq; hoĩs adhuc initiũ ſed cũ in cõceptu ꝑtes corporis oẽs ꝑtãte inſunt: an cũ mẽbranulis iã ſiue ſecũdis circũobducit̃:an hoĩem exordiri natura incipit quãdo cor primũ actu ſecernit̃/cuius uirtute quod gignit̃ iam quaſi filius a patre emãcipatus a ſe ipo incipit gubernari/ut naturæ interpres Ariſtoteles docuit. Huic enĩ pricipio uis magna auctoritaſq; debet̃:cũ & cor primũ ſit quod formať:& in ceteris ꝑtibus diſtinguẽdis cũ motus omniũ:tum incrementũ a corde diſtribuit̃:ut(ſi nobis eſt cum aſtrologis ſabulandũ)quẽadmodum cordi inſita uirtus:totũ deinde reliquis coagẽtibus explicat hoĩem: ita hauſta prima ĩ corde ſolaris uirtus totã deinde explicet fati poteſtatẽ:An potius hinc quidẽ cordis & uitæ fatũ pricipale:ſed mẽbri cuiuſlibet diſpoſitio ex hora potiſſimũ qua diſponit̃/priuati ſubit ſuiq; fati conditionẽ. Conſiderãtibus enĩ recteq; oĩa penſitãtibus illud ualde apparet rõnabile:ut ſi gratia uerbi luminaria ut dicũt oculis ꝑſunt/ex luminariũ diſpoſitione cũ oculi diſponunť eoꝝ potius habitus mixtioq; depẽdeat/q̃ uel ex ea quæ pridẽ cũ ſemen ĩpleuit uteꝝ ãteceſſit/uel poſt ſecutura eſt cũ pridẽ oculis abſolutis/extra uteꝝ matris infans eſt ꝑditurus/id quod de reliquis mẽbris pari ratiõe dictũ intelligat̃. Quod ſi poſt habitis oĩbus his quæ diximus:aliud auctoritate efficaciaq; ꝓſtantius initiũ inueſtigetur:quodnã rõnabilius ꝓferemus q̃ quo aĩa fœtui participat̃ qui tunc incipit eſſe homo: & ꝛ ſubſtãtiæ integrã rõnem cõſecutus/tunc ex materia ſua formaq; cõſiſtit: Et ſi fatũ ex hora ꝓficiſcitur/qua res primitus eſt/nulla utiq; potius fatalis hora hoĩs exiſtimabit̃. A qua ſi tamen opinione recedendũ eſt illud magnã habebit ꝓbabilitatẽ/ut quæ corporis ſunt ad ſeminale principiũ referãtur/quæ anime ad ipſam animationẽ: quæ ſunt externa atq; fortunæ ad id forte momentũ/quo hunc campũ in quo ludit fortuna clauſtra uteri egreſſus homo primũ ingreditur. Deniq; ex hac tam uaria atq; nodoſa de humano principio ambiguitate extricabunt ipſi ſe forte qui ſunt diuini:philoſophia quæ tm̃ rationibus nititur explicare ſe recte nullo modo poteſt:quæ ſi eſt tamẽ aliquid affirmatura nihil minus affirmabit q̃ ꝙ aſtrologi decreuerunt uti ex hora natiuitatis naſcentis hominis fata depẽdeant:in quam opinionẽ nec ratione aſtrologi ſunt adducti. Sed quoniã hoc principiũ aſſequi magis poſſe uidebãtur:ideo primas illi partes conceſſerunt. Quare & poſt geniturã dare aliquid ſolent conceptioni:quoniã ſperent de ea nõnihil interdũ etiã poſſe cognoſci. Reliqua quæ ſunt potiſſima certe principia/præſertim cũ animatur fœtus ex aſſe reiecerunt. quare ꝛ ſi illis ex aſſe hoc eſt penitus ſunt ignota:nec ſi inde pẽdere hominũ fata ꝛ conceſſerint:poterunt ſibi diuinãdi de fato aliquid arrogare. Verum ut reliqua præter mittamus geniturã conceptui & fœtus animationi qua ratione ꝓponant:quãdoquidem ſi ꝛ primas in fato conſtituẽdo partes initio illi demus: quod maxime tempore primũ eſt/ non eſt prius principiũ principio ſeminali ex quo omnia alia proficiſcũtur: ſi non tam primum tempore q̃ efficacia dignitateq; ꝓponitur/tempus animãdi fœtus omnibus erit præ

Quæ hora fatalis hoĩs dici mereat̃

Varia principia hoĩs

Ariſto. naturæ interpres.

Nonus modus principii ex pluribus mixtus.

ponendũ:genitura & poſterior omnibus & efficaciæ aut nihil aut parum habet quæ nec hominẽ incohat/nec facit/nec abſoluit:ſed incohatũ & iam abſolutũ ipſa ſolũ oſtendit.

Caput III Ptolomeum plus cõceptui ꝙ geniture tribuiſſe/cui neq; aliquid tribuendũ eſſe Ptolomei ratio cõuincit.

Ptolomeum plus dediſſe conceptui ꝙ gæniture.

q Vod ſi uerba ipſius Ptolomei grauiter penſitẽtur uidebimus eũ ui rationis ad/ ductũ/plus dare cõceptui ꝙ genituræ:ꝙꝙ ut faueat profeſſioni de efficacia geni turæ multa aſtruere ſit conatus:uerba ipſius in tertio apotelesmatũ ſunt huiuſ/ modi/cũ principiũ tẽporale hoĩs aliquod ſtatuat natura quidẽ illud erit principiũ cũ ſe/ men utero genitali admittit:potẽtia autẽ & ſecundũ accidẽs cũ hora ꝑtus infans egredit qui igit horã admiſſi ſeminis caſu uel obſeruatiõe dep̄henderint illã ſequi potius eos de/ cet in ꝓprietatibus corpis aĩeq; dignoſcẽdis efficiẽtibus eo tẽpore ſtellarũ cõfiguratõibus cõſideratis.Cũ.n.ſemel a pĩcipio ſemẽ exambiẽtis aeris affectiõe certa qualitate diſponi tur:licet pconſequẽtis cõformationis tpa uariet: quoniã tamẽ ꝓpriã cognatãq; tñ mate riã naturaliter ſibi aſciſcit cũ actũ fuerit magis etiã primæ ſuæ qualitatis diſpoſitiõi aſſimi labit.Hæc ibi Ptolo.ad uerbũ.ubi mihi uidet ꝙ exp̄ſſiſſime & aſſeuerate nulla interiecta dubitatiõis pticula ꝓnũciare primũ & naturale & efficaciſſimũ hoĩs pĩcipiũ/ eſſe ſeminis admiſſionẽ:atq; huic potiſſime inherendũ cũ agnoſcit in p̄noſcẽdis hoĩum uiciſſitudini/ bus tã quæ ad corpis/ꝙ quæ ad aĩam attinẽt.quod ubi etiã aſſeruit tũc quæ uidebant obi/ ici poſſe de ſeminis pmutatione accurate anxieq; diſſoluit. Verũ quoniã ſciebat artẽ picli tari ſi aliunde ꝓnũciari de hoĩs fato pnegaret/adiecit his que diximus in hunc modũ.qui autẽ horã ignorãt principii ſeminalis quæ plerũq; ignorat illos neceſſariũ eſſe ſequi prin cipiũ natiuitatis.Penſemus autẽ hæc & priuſꝙ alia ſubiungamus:in quibus ſolũ utẽdum ait hora geniture cum hora cõceptus ignorat:& de hora quidẽ cõceptus dicit:ꝙ adhere/ re illi cõuenit.ita enĩ græce ſcribitur προσηκει de hora natiuitatis non conuenire dixit:ſed αναγκαιον:hoc eſt neceſſariũ eſſe/quaſi neſciẽtibus horã hoĩs concepti: & tamẽ uolẽtibus de eius fato diuinare ad natiuitatẽ neceſſario eſt cõfugiendũ ut luce clarius appareat nõ uolentẽ ſed coactũ neceſſitate in hãc ſñiam deſcẽdere Ptolo.ut hora genituræ quaſi ſecũ/ da(ut dicit)poſt naufragiũ tabula utat:& hactenus quidẽ pro rõne locutus mox ne deſe rat ꝓfeſſionẽ conat ꝗtum põt hoc quoq; de genitura principiũ ualidũ demõſtrare:quare de eo ita ſubdit.& hoc etiã eſt maximũ principiũ atq; hoc ſolo a primo deficiẽs ꝙ ex con/ ceptu ea etiã poſſunt p̄cognoſci quæ ãte partũ eueniũt.Porro ſiqs hoc quidẽ principiũ di cat:illud autẽ καταρχην.i. poſt principiũ erit quidẽ illud ab hoc tpe ſecundũ:ſed fortaſſe erit ptãte pfectius:fere.n.iure hæc humani ſeminis generatio nõ negabit/illud autẽ hoĩs cũ multa tũc accipiat infans/quæ prius nõ habebat cũ erat in utero:& ea nature hoĩs pro pria:ꝗuis item quod hora partus nõ circundat nihil uideatur cõferre ut qui naſcitur talis aut talis ſit/facit tamẽ ut ſubcognatã circundãtis cõfigurationẽ ꝓdeat in lucẽ:qm̃ natura poſtꝗ eum pfecit tñ ad excundũ impetũ dat/cũ diſpoſitio eſt ſimilis figuræ illi quæ a pri cipio fœtum formauit: quare rationabile & harũ quoq; rerum ſignificationẽ habere diſ/ poſitionẽ ſtellarum hora natiuitatis:non quia ſit effectrix illarũ:ſed quia ex neceſſitate & ſecundũ naturã ſimilis eſt illi poteſtate quæ efficit.hæc Ptolo.a nobis fideliter recitata in quibus illud primũ eſt uidere oĩno eſſe falſum quod ait interpres Auenrodã dubitãter lo qui Ptolomeũ in prioribus uerbis ubi de efficacia cõceptus ediſſerit/aſſeuerare in his po/

Verba Ptol.

ſi ſtremis ubi horã natiuitatis ſignificãdi uĩ habere demõſtrat: cũ cõtra potius ibi quidẽ omnia affirmet/nihil excipiẽs/nihil dubitãs/hic nihil nõ adiecta dubitatiõis particula loquat̃ nũc fere/nunc fortaſſis ĩterponẽs: & cũ denicp totã ſuã diſputationẽ termĩaturus nõ aliam habet rõnem qua fati ſignificatricẽ horã geniture defendat q̃ ut ſimilẽ eam principio ſeminali eſſe ſuadeat. Tantũ abeſt ut auctoritatẽ decernẽdi qualis ſit futurus qui naſcitur neget eſſe ĩ conceptu/ut nõ plus ſup hac re concedat geniture/q̃ ut conceptui ſimilis & conſentiens inueniat̃. nã illa quidẽ opĩo apud aſtrologos ĩuulgata/credita etiã ab interprete Ptolomei: ut ſignificet ſolũ hora conceptus/quæ in utero matris fœtui accidũt de ſalſa intelligẽtia dictorũ Ptol. nata/facile itelligit̃/qui non ea ſolũ ſignificari per conceptum dixit: ſed etiam illa quæ genitura nõ poſſit. Præſtat inquit hoc Ptolo. cõceptus geniture: q̃ per illũ etiã ea quæ ſunt ante partũ poſſunt p̃uideri. Quod ſi illa tm̃/nunq̃ erat etiã apponẽdum nec p̃ptera p̃ſtare primũ principium ſecũdo exiſtimandũ cum longe ſit maius ſpaciũ totius uitæ q̃ rudis adhuc naturæ informiſq; fœtus rudimenta gubernare. Quapropter ſi Ptolo. in illis dubitãter hæſitãterq; prolatis uerbis cõſidat ut ſi principii ſecũdi uirtus/fortaſſe p̃rio efficacior/& hoc fere ſeminis hũani illud hoĩs potius ſit p̃rĩcipiũ: nõ ſolũ a rõne ſed a ſeipo plane diſſentit. A ſeipo qm̃/ut dicebã/non potuit in principio naſcẽdi auctoritatẽ fati defendere/niſi excogitata cũ p̃ricipio ſemĩali/natiuitatis affinitate/& cũ poſtea de ſexu aliiſq; naſcẽtis cõditiõibꝰ p̃uidẽdis p̃cepta tradit: ea ex cõceptu magis q̃ ex natiuitate ait p̃cognoſci. A rõne cũ p̃pter multa quæ ſupra diximus: tum quia ualde extra rõem eſt ut conceptũ principiũ ſemis natiuitatẽ hoĩs dicamus/quãdoquidẽ cũ ſemẽ uterũ ĩpleuit nõ fieri ĩpm ſed ĩcipit aboleri cũ hoĩ fabricãdo natura manus admolit̃: quia illud ſicuti hoĩs generẽdi. ita corrũpendi ſeminis eſt principium q̃ ſi principium hoĩs uoces natiuitatem quia multa tũc primum hẽt quæ in utero non hẽbat: at nõ illa p̃tinẽt ad ſubſtãtiã quæ iam facta & abſoluta eſt: ſed ad geſtiones operũ tm̃modo nõnullorũ quæ nec hoĩs p̃pria a quibus ſi fatũ hoĩs auſpicemur/multo poſt ortũ temp̃e/fatum orietur: ut cum. ſ. fari nõ iam infans incipiet: cum cogitare: deliberare: rõcinari: nã ſtatim quidẽ natus nihil habet hoĩs p̃rium p̃pter eiulatum: nõ igit̃ his tã ſcilicet falſis & friuolis/ aſtrologorũ prudentiſſimus Ptolo. inſiſteret: q̃q̃ ea ne oĩno deſertor p̃feſſionis p̃uaricatorq; putaretur p̃tulerit dubitãter. Neq; uero hæc ſolum quibꝰ cõceptui genitura p̃ponitur: ſed quæ aliquam uim in fato decernẽdo aſtruunt geniture: minus hẽre poſſunt firmitatis. ſumma eñ totius uirtutis ad conſenſum refertur qui ſit inter natiuitatẽ atq; conceptum: at qui nã iſte cõſenſus: quæ ſimilitudo. Reſpondet Haly ſolem hora geniture in ſigno ſemper ĩueniri: quod aut ſeptimum aut nonum aut decimum ſit ab eo in quo fuit hora conceptus. Heccine igitur illa ſimilitudo: O ridiculam uanitatem quaſi aliquod tp̃s alicui tp̃i hac rõne non conſentiat: quare. ſ. ſol quocunq; tp̃e a ſigno in quo alias fuit aliquo ſemp ſignorũ numero neceſſario diſtat. An probabilius quod affertur de luna: cuius locus cum naſcimur horoſcopus ſit conceptionis: & qui tunc lunæ locus horoſcopus ſit deinde natiuitatis: atqui hoc ſalſum confictumq; ab aſtrologis poſtea demonſtrabitur. & Haly Auenrodan in tractatu præſentis quæſtionis exponens Ptolo. ut uerum interdum ita falſum interdum ait a ſe depræhenſum. Verum age ſit uerum nulla potius uia fictus ille conſenſus utriuſque horæ euidentiuſq; coarguetur: quoniam ſi ex regula illa aſtrologorum conceptus horam inueſtigaueris & thema ad id tempus tibi conſtitueris inuenies cæli ſtellarumq; diſpoſitionẽ ab

Taxatur opinio uulgata.

Confutatio Haly.

ea ſemper eſſe diuerſam: aliarumq; rerum oĩno ſignificatricem: quæ hora natiuitatis ſup/ putantibus apparebit. ſed quid plura in nugis confutandis uerba prodigimus Haly inſi/ gnis aſtrologus in lib. quem ſcripſit de electionibus aperte cõfitetur efficaciam fati decer/ nendi eſſe in hora conceptus. Sed quoniã hæc ignoretur/ idcirco ad horam natiuitatis a/ ſtrologos confugiſſe. Et ipſi eum urgentur de hortu geminorũ quorũ diſpar ſit fortuna ſo lent dicere interdum diuerſitatem conceptum illorum fortunam uariare: cũ tamen ſi ho ra conceptus ea ſolum diſponit quæ accidunt intra uterum illud potius ſequitur ut poſſit eorũ quorũ conceptus diſpar compar quidem eſſe fortuna: ſed natiuitas nullo mõ eẽ poſſit

Haly effica/ ciã ſati dicit eẽ ĩ hora cõ/ ceptus.

Caput IIII Vniuerſalia fata quibus uiis aſtrologi ueſtigent & q̃ parũ rõnalibus.

d Iximus de initio fati particularis q̃ ſit incertum: & q̃ falſa rõne ab aſtrologis cõ ſtitutũ: reſtat dicere de uniuerſali: unde. ſ. fata urbiũ/ gẽtiũ/ regnorũ & in uniuer ſum mũdi ꝓnũcientur/ q̃ hoc quoq; (ſi aliquod eẽ concedat᷑) in ãbiguo tñ & in/ certo ſit: & a noſtris aſtrologis ꝑperã definitũ. Solent aũt ad uniuerſales ꝑdicẽdas mutati ões triplici fere uia ꝓcedere: aut ex magnis ſyderũ ſupiorũ/ uel luminariũ elypticis cõiũctio nibus: aut ex cæli diſpõne cũ primas arietis minutias ſol ingreditur: quod quaſi principiũ anni ſtatuerũt: aut ex pricipiis urbiũ/ regnorum/ gentiũq; peculiaribus: hoc eſt ex hora quã urbs ædificata: uel regnũ inſtitutũ: uel lex genti data q̃ uiuit/ quaq; gubernatur: quæ oĩa q̃ ſint friuola magna ex pte ſupra eſt oſtenſum: nõ ſolũ ubi tota depulſa eſt ſyderũ efficiẽtia: ſed etiã quũ totã ꝑdicendi ex magnis coniũctionibus rõnem infirmauimus: & ſiue ab illis ſiue a defectibus luminarium/ lõgo poſtq̃ acciderunt tempe expectare aliquid uanum de clarauimus: tũ impietatẽ inſaniãq; deteximus aſtrologorũ: & legem cæli fato/ & fato ſuæ legis gentes ſubiicientiũ: necnon q̃ ſit uanũ/ uel urbis ædificatæ uel accepti regni: quaſi rei naturalis diẽ natalem decernere. Nũc & ſi oĩm rerũ fatum aliquid eſſe cõcedamus ſumus oſtẽſuri de fatali pricipio harũ rerũ nihil certũ aut poſſe definiri/ aut hactenus eſſe ab aſtro logis definitũ. Primũ quidẽ in auſpicãdo urbis fato a iactu lapidis qua rõe mouẽtur: quan doquidẽ iã ciuitatis potius q̃ urbis fata ꝑſcrutãtur: illud momẽtũ potius obſeruandũ quo urbs ædificata cœpta eſt habitari/ & ſuis legibus regi & cõtineri. De regis item fortũa ma/ gna ĩter eos diſcordia cũ alii putẽt ex hora illã pendere qua rex ĩſtituit᷑ ſiue decernit᷑. Alii cathedrã potius ſiue coronationẽ putãt inſpiciẽdã. ſed hæc quaſi minutiora ꝑtermittamuſ cũ etiã Haly fata gẽtiũ urbiũ & regnorũ nõ tã ab hiſipis quæ dicebamus/ q̃ a pricipiis ma gnarum uniuerſaliũq; conſtellationũ credat dependere: de quibus cum illis collato pede mox diſputabimus.

Triplex a/ ſtrologorũ uia uniuerſa lia ꝑſagiẽdi.

Inſania a/ ſtrologorũ & impietas.

Vrbis fata ñ rõuabiliter a iactu primi lapidiſ auſpi cari.

Magna diſ/ cordia inter aſtrologos de regis for/ tuna.

Caput V Aſtrologũ nõ poſſe ꝑdicere quanã orbis regiõe ſatũ aliquod eueturũ ſit: quoniam incertum apud ipſos quæ cui ſigno uel planetæ regio ſubiaceat.

ſI magnæ q̃s uocãt cõiũctões: ſi defectus ſolis & lũæ quãtas aſtrologi fabulãtur ci/ ent mutatões illd nõ cõtẽdo: uere tñ de illis ab aſtrologis nihil poſſe ꝑdici: neq; tũ illis cõiecturis quæ obiici pñt horoſcopũ magne cõiũctõis ĩcertũ/ an ſit ꝓprius aut ipſius ãni quo uertẽte illa cõtigerit: arbitrarieq; illos in defectu lumiariũ pricipiũ mediũq; obſeruare/ tpibꝰ reliqs inobſeruatis tñ etiã ſolius pricipii hita rõe: cõdonẽtur illis hæc oĩa nec ſup hiſ litẽ ullã faciamus alibi ꝑmere eos poſſumus efficacius: unde oĩmoda hmõi præ dictionũ ĩcertitudo demõſtretur. ſunt. n. earũ quattuor capita: primũ ut prædicatur quid ſit futurũ: ſecũdum quo in genere rerum: tertiũ quonã tempe: quartũ apud quas gẽtes & ĩ

Rões præ/ termiſſæ.

quibus locis ac regiõibus. Quod ſi nulla fere rerum mutatio eſt/nullus caſus uel pſperus uel aduerſus qui nõ aliqua mũdi pte apud aliquos pplos accidat quocũq tpe ueniat/ erit oĩs huiuſmodi uana futiliſq pdictio/niſi poſtremũ hoc hẽant exploratum/quon ã.ſ.loco quaq pte terrarum admirabiles illæ mutatões euenturæ ſint. De hoc aũt ita definiũt ut in regionibus illis expectetur quæ ſint ſigno ſubiectæ: apud qđ talis uel cõiunctio ſyderũ uel luminarũ defectus cõtigerit: nec ſolũ quæ ſigno pẽituſ eodẽ: ſed uł eodẽ uel ſigno ſaltẽ eiuſdẽ triplicitatis. Hec eſt oĩm aſtrologorum ſuper hac re indubitata ſnĩa. Vnde illud colligit̃/nihil poſſe de fato alicuius regiõiſ uere pdiuiari: niſi prius cõſtiterit/cuinã ſigno/cui planetæ regio illa ſubiiciat̃: ſicut nec de hoĩs põt fato pñũciari ſi tps geniture fuerit ignotũ. Q.đ ſi đ ſub ſignis pleãtiſq diuerſis terrarum diſtributõe oĩa apđ aſtrologoſ ſint ĩcerta patet euidẽtiſſime pdictões eorum de huiuſmõi rebꝰ neceſſario fore q̃ incertiſſimas. Illud uero qui Ptolo. & Albumaſaris libros legerit accurrate facile ĩtelliget: cũ nullũ ſit dogma in quo ſibi minus aſtrologia cõſentiat. Ptolo. in lib. apotelesmatũ igueã triplicitatẽ pẽſſe dicit ſeptẽtrioni: terreã meridiei: aereã oriẽti: aqueã occidẽti. Quod ſecutus ẽ Iuliuſ firmicus opionũ ueterum emlator. Idẽ uero Ptolo. ſecũdo lib. eiuſdẽ opis/uel aliter explicare/uel ĩmutare nõ nihil/eã uidet̃ partitionẽ/igneã triãgularitatẽ/nõ tam ſeptẽtrioni q̃ his terris pficiẽs/quæ ſite ſſunt ĩter ſeptẽtrionẽ & occidẽtem: terreã his quæ ĩter orientẽ & meridiẽ: his uero quæ ĩter ortũ & ſeptẽtrionẽ aereã aqueã inter occaſum collocat & meridiẽ. A quibꝰ oĩbus ea tãtũ diſtant quæ Albumaſar ſcribit q̃tũ diſtat oriẽs ab occidẽte. is .n. ſexto lib. magni ĩtroductorii igneã triplicitatẽ ñ ſeptẽtrioni/ut Ptolo. ſed oriẽti uoluit dñari: ipi quidẽ ſeptẽtrioni cui .ſ. igneã pficit ptol. ipẽ aqueã dñari cõtẽdit: & q̃ oriẽti Ptol. aereã: ipi cõtra pficit occidẽti. Idẽ tenet Paulus alexãdrinus ĩ iſtitutõibꝰ artis apotelesmaticæ. Sed ipſe idẽ Albu. q̃ſi ſui oblititus lib: prĩo de magnis cõiũctionibꝰ tã diuerſa ab his ſcribit quæ ſcripſerat in introductorio q̃ illa erãt diuerſa a dogmate Ptolo. Nã ibidem nõ igneã ut græci cum Ptolo. atq Materno: nõ aqueã ut ipſe alibi arabeſq permulti: ſed ãreã pficit triplicitatẽ: & quã ibi ſeptemtrioni aqueam dederat/tum oppoſitæ aſcribit regioni/hoc eſt meridianæ: occidẽti autem nec aqueam ut Ptolo: nec ut ipſe alias aeream ſed terream ait dominari: quibus ſentẽtiis quidnam poteſt eſſe pugnãtius: quarum ſe arbitrum quiſnam faciet: cum nec ratio hic poſſit nec experientia monſtrare ueritatem. Henricus macluuienſis poſtremam hanc Albumaſaris opiniouem ait eſſe ueriſſimam & experimentis q̃ plurimis comprobatam. Contra Alchabitius & Zael iſraelita: & Abraam auenazra: & Saphar in iſagogicis & Meſſala illam probant quam ſcripſit in introductorio. Haly Auenrodan utraq reiecta Ptolo. ſententiam omnibus anteponit. Mitto q̃ ipſi ſuper his ueteres inter ſe diſſentirent/ægyptii ab Hypparco/ab Hypparco Ptolo. id aliquibus exemplis declarabo. Arieti enĩ ægyptii antiquam babilonem/& arabiam ægypto conterminã. Ptolo. Britãniam: Gallatiam: Germaniã: Haſtarniam & Paleſtinam ſubiecit. Hypparcus & ãtiquiſſimi aſtrologorum exactiore quidem rõe: aliis .n. ſigni partibus alias regiones ſubiecerunt: atq ita ſiniſtro quidẽ anteris hnumero Babiloniã: dextro thraciam τωστηθει armeniam τοιστπλευ ραισ arabiam ægypto cconfinem τωλ ερα χεικαιροτω Perſida & Capadociam & Meſopotamiam: & Syriam & rubrũ mare: atq ita in cæteris ſignis eſt diſcordia: ægyptii Hypparcus: Ptolomeuſq diſcordant non minus quam a Ptolo: etiam Albumaſa. & a ſeipoſo. Vnde luce clarius constat nihil poſſe ab aſtrologis certi pronunciari: ubi nam gentium atq terra-

Quattuor capita huiuſcemodi pdi/ionum.

Quo pacto ſecũdũ aſtrologoſ cognoſci poſſit iu q̃ mũdi pte effectus alqis ſit expectandus.

Diſcordia aſtrologorum đ domiatu planetarũ ac ſignorũ ſuper mundi regiones.

Opĩo Albu.

Alia opinio ipſius Albu.

Hẽricus poſtremã Albumaſaris approbat ſentẽtiam.

Alchabitius

Abraam.

Zael. Saphar Meſſala.

rum caſus aliquis ſit uenturus cum de ipſa ſub ſignis gentium terrarumq; diuiſione nihil habeant certum uel exploratum.

Caput VI Nõ poſſe initiũ unũ conſtitui de quo totius ãni pẽdeant fata:tũ uana a uariis anni ſtatui principia & iuxta hebreos ãnum potius autũno q̃ uere incohare.

r Eliquũ ut de initio anni dicamus quod nõ poſſe unum conſtitui ex quo totius anni ſtatus prædicatur tam exp̃pſſe firmat Ptol.ut nullius potius q̃ ipſius uer/bis hoc ſim cõprobaturus.Is igitur lib. apoteleſmatũ ſecũdo ita ſcribit.i circlo nullus cogitare pricipiũ ſimpliciter poterit.in zodiaco aũt ea utiq; quis principia iure conſtituet:quæ equinoctiis atq; ſolſticiis determinãtur:quæ ſunt quattuor duo.ſ. equinoctia/lia & duo ſolſtitialia:uerũ hic locus hæſitationi an aliquid hoꝝ quattuor ſit p̃ponendum Nã ſi ipſam quidẽ ſimpliciter circularẽ naturã ſpectes:nullũ eorũ ſingularis principii pri/uilegiũ obtinebit.Vtũtur aũt qui de his ſcripſerũt/aliquid ſupponentes/diuerſimode unoquoq; illoꝝ quattuor quaſi principio moti ab aliquibus eorũ ꝓpria rõne naturaliq; cõſenſu:habet.n.unaqueq; illarũ ptiũ aliquid peculiare & excellẽs/unde ſibi pricipii & noui anni auctoritatẽ uideant̃ uẽdicare:ut uernũ equinoctiũ quod tũc primũ dies nocte icipit longior fieri:& quia tp̃s id ãni abũdat humiditate:quæ qualitas & natura( ut ſupius diximus in omni principio generãdarũ rerũ plurima eſt.Eſtiualis ſolſtitii p̃rogatiua hæc eſt:q; tũc maxime dies in ſuo quaſi faſtigio cõſumatiõeq; ꝓducitur:tum uero apud ægiptios & inundat nilus & canicula exoritur:In autũnali æquinoctio fructus oẽs colligũtur & terræ ſemina iaciũtur:in brumali ſolſtitio poſt decrementũ incipit dies tunc primũ augeri: Quod aũt mihi cõuenietius & nature cõſonũ magis uidetur:hoc eſt ut in obſeruatione rerũ anni quattuor illis principiis utamur obſeruãtes quæ ante illa ꝓxime ſiũt ſolis & lunæ uel coi/tus uel oppoſitiões:& præſertim eclypticas:ita ut ex principio quod ſumit̃ ab ariete uer q̃le futurũ ſit p̃uideamus:ab eo uero quod a cãcro æſtatẽ:a libra autũnũ:hyemẽ a capricor/no.hæc ibi Ptolo.ad uerbũ:E quibus appet & creditũ ab eo & cõprobatũ nullũ uerũ initi/um poſſe conſtitui.Ex quo totius anni ſatũ p̃uideatur/ut nõ poſſim ſatis mirari & Auero/dan eius interp̃tem:& iuniores aſtrologos identidem prædicãtes plus tribuere Ptolomeũ in anno exordiẽdo ueris equinoctio/ q̃ uel autũni pricipio uel ſolſtitii. nã queadmodum uernum æquinoctiũ quid non habere dicit unde principii priuilegium mereatur facit idẽ nihil ſecus in reliquis:& poſtq̃ oĩbus initialẽ eſſe auctoritatẽ oſtendit:tum non aliud qui/dem alio plus habere momenti:ſed æque oĩa obſeruanda eſſe decernit: hoc & magis cõueniẽs & naturalib⁊ cõſonũ aſſeuerãs q̃ ut unũ ex illis reliquis ſuphabitis obſeruet̃.Quãdoquidẽ unũqdq; ſuã hẽt rõem cur pricipiũ aliqđ ãni iure exiſtimet̃.Quo factũ eſt ut di/uerſæ etiã gentes alie ab alio ex his initiis ãnum exodirẽtur.ægyptii ab æquinoctiali ſolſtitio.Romãi ab hyemali:alii ab autũnali:hoc ẽ ab igreſſu ſolis in librã eã etiã horã obſeruãtes qua uigeſimã ſcorpii ptẽ pagrabat/plurimũ i ea efficaciæ momẽtiq; putãtes ad ſtatũ & mutatões aeris p̃dicẽdas:qđ Saphar & Aomar ſunt ſecuti:nonnulli itẽ ex ſnĩa ægyptiorũ uolũt illa q̃ttuor pricipia cõſiderãda:ſed nõ ita ut oĩa i oĩb⁊ obſeruẽtur.unde cũ ſol quidẽ arietẽ igredit̃ ipius ſolis ſtatũ cõſiderãt:cũ uero cancꝝ iouis:cũ librã ſaturni: cũ capricor/nũ martis q; hæc oia ſydera i eis ſignis regnare exiſtimẽtur.Albu.aliud ſibi ſomniũ ẽ conuẽtus:ut ſi quũ arietis p̃rias minutias ſol iuadit horoſcopus iuẽit̃ ſignũ fixum ex eius horæ cæleſti diſpõne đ toto ãno qdẽ recte ꝓnũciet̃ ſi cõe ſit ſignũ duo pricipia ãni ſtatuãt̃/ſi mo

Error Auerodan & recentiorum.

Varia apud uarios anni initia.

Albumaſa/ris cõmentũ

bile quattuor quæ ꝓrſus uana & arbitraria ſicuti nec rōne/ita nec ueteꝝ uel auctoritate uel experimētis fulciunť. Quod ſiquis forte ex mundi creatione opinionē aſtrologorū uelit cōfirmare: ut ꝓpterea ex ĩgreſſu ſolis ĩ arietē futura fortuna cognoſcatť: qm̄ per id tp̄s mūdum deus creauerit: ut nō ſint aliud ānoꝝ cōuerſiones q̄ reuolutōes mundanæ gēituræ: is uero facillime ſtatimq; reuicetť. quādoquidē ſi mundi ſequamur gēiturā tā erit incertum ꝗ ſit āni prīcipium ſtatuendum/ q̄ etiā eſt incertum quonā tpe āni mundus fuerit inſtitutus. Neq; .n. apud hæbreos/a quibꝫ mundi creationē accepimus quicq̄ ſup hac re certum & definitum ē: ſed alii uere: alii autūno exortū cōtendūt: & ſi altera opio eſt ꝑferēda/eo potius declināt ut in autūno cōditum credāt. Nā quod ſcriptum ē eodē mēſium ĩ quo phaſe celebrabatť primū mēſem in anni mēſibus futurum id ratione ſolēnitatum celebrādarum dictum uolūt: quare ſi illa maxima prima & præcipue eſſet ſolēnitas/a qua eorū exitum de egypto/quod primū dei in populū beneficiū/cætera ſint ſecuta in reliquis autē rebus omnibus a ſeptembri initiū faciebant: quod multis tū ſacrarum litterarū locutionibus: tū antiquis cōſuetudinibus iudeorum uidetur cōprobari. Scriptū .n. in exodo eſt/ſcenophegia/hoc: eſt in feſta taberuaculorū celebrari in exitu anni: ea uero medio ſeptēbri celebrabanť Et in libro neemiæ ſcribitur & factū eſt in menſe caſſeu is eſt apud chaldeos qui apd̄ nos december anno. xx. tum. ſ. factum eſt in menſe niſan/hoc eſt aprilis anno. xx. qui ſi mēſis niſan. i. aprilis caput anni eſſet non uigeſimo āno: ſed primo ac uigeſimo erat ſcribendū Præterea cum lege caueretur ne ſeptimo āno qui. ſ. erat ſabatū annorū/aut meterēt agros aut ĩſeminarent ſi caput anni erat aprilis/ſequebatur/ut quod per octobrem ſexti āni ſeminauerant/id eſtate ſequēti metere non liceret quare hæc. ſ. æſtas ad ſeptimū annū pertinebat ſi ſi eius exordia a uere ſumebātur: quod ſi erat/credita ſexto anno terræ ſemina deperibant: quod incōmodum non ſequebatur a ſeptembri annū inſtituentes. Mitto quæ Lerſienſis in computo ſcripſit & Beda in lib. tempoꝝ: & Ioſephus in primo ātiquitatū: & Hieronimus in epiſtola de ſolēnitatibus: qui Ezechielē etiā exponens octobrem dicit primū eſſe mēſem Ianuariū uero quartū: e quibus oībus liquet ſiue ex mūdi creatione aliquid cōiectemus: ſiue aſtrologorū ueteꝝ rōem anctoritatēq; ſequamur oīno aſtrologos aberrare/qui ex ingreſſu ſolis in arietem de totius āni fato ꝓnunciari poſſe contendunt.

Annū rōnabilius ſecundum hæbreos incohare autūno q̄ uere.

Lerſiēſis
Beda.
Ioſephus.
Hieronimus.

Caput VII De directionibus aliiſq; modis/quibus tempora futuroꝝ definiūt q̄ parum conſtent/q̄ue in his aſtrologi inter ſe diſcrepent.

ſ

Sicut errāt in fatis anni auſpicādis (ſi qua fati cōcedatť auſpicatio) ita in tpe deſiniēdo quo illud ſit euētuꝝ qd̄ initialis hora ꝓmiſit. utūtur. n. hac quoq; in re friuolis/ſalſis/nauis ſuppoſitionibus & methodo naturali/nihil cōuenientibus ĩter quas illa pria & potiſſima ē de planetaꝝ ptiūq; zodiaci directōibꝫ. Sic. n. libet eas uocare)quo magis ab his qbꝫ cū diſputamur ĩtelligamur. Ille igiť q̄ ſalſis nitātur ridiculiſq; fundamētis breuiter apiemus declarata prius ex ꝓpoſito aſtrologoꝝ opīone. Eſto igiť gēituræ alicuius horoſcopus leōis. p. quīdecia. Satur. ĩ uirgīs. p. ſexta collocetť/ patet ſaturnū honroſcopo/nec aſpectu nec alia re copulari: q̄re ñ debet illi nocere: uerūtamē opīanť puēturūū aliqñ ex directōe horoſcopū ad ſaturnū: & quo āno illuc pueniet ex ſaturno morbi piculiū nato īmīere: pueīre āt aiūt hæc rōne: qm̄ ſinglis ānis ſingule nobis ſignorū ptes attribuunť pro anaphorarum tamen proportione: ſed hoc nihil ad rem de qua nunc agitur. Dicunt ergo primo anno uitæ ipſum deberi gradum in quo eſt horoſcopus: quare ſi in

eo gradu planeta bonus aut corpore ut radiis fuerit/eo ãno ſua bona largiri:contra ſi ma lus mala:ſecundo anno ſecundũ a primo gradu reſpõdere:tertio tertium:& ſic deinceps. Quare ſi ſaturnus exempli gratia/ primam & uigeſimam partem ab horoſcopo o ccu/ pauerit cũ primo & uigeſimo ætatis anno pars illa reſpondeat ſore ut annus ille ſaturni radiis infeſtetur. Cum uolũt igitur quonã anno bonum malũue aliquod euẽturum ſit na to præuidere/dimetiũtur gradus iter loca principalia genituræ/& corpus aut radios boni maliue ſyderis interceptos:& pro numero graduũ de annorũ numero pſcribunt:poſt quẽ euentus ille debeat expectari:hæc eſt eorum poſitio in directionibus: ex quibus & uitæ ſpa cium.Ptolo.& caſus oẽs uiceſq; fortunæ aſtrologorum turba pnuuciat:quibus quid põt leui us:quid magis irrationabiliter cogitari:nam illa primum ad ãnos graduũ diſtributio:po teſt ne magis ex libidine fingi:nullo ſundo ſciẽtiæ rõniſue cõcepta maxime cum interdũ annos interdum dies(ut.ſ.eis ſubuenit)a gradibus iſtis dicãt indicari. Et haberet hoc for/ ſan aliquã pbabilitatẽ/ſi partitio ipſa graduum eſſet a natura:illa uero ex arbitrio tota pẽ det mathematicorum ſigna in triginta potius q̃ in uiginti partes nõ ob aliud diuidẽtium q̃ q; numerus ille diuiſionibus arithmeticis eſt accõmodatior:ut teſtimonio ipſo aſtrolo/ gorum proximo libro nobis demõſtrabitur:ſed qũo mihi nocere poterit.Saturnus in ſex/ ta uirginis pte/ſicut erat acceptũ(cũ naſcebar iuuentus/ etiam ſi illis demus primo & uige ſimo ætatis ãno eius influxum ad me ptinere:nã quando ad me pertinebit ſaturnus: illic non erit:& quãdo ibi erit Saturnus/pars illa ad me non ptinebit:qui ſi forte queãdmodũ a peſtilentia infecte ueſtes uenenum ad aliquod tps non amittũt ita partibus cæli etiã eue nire dicãt:ut receptã a malo ſydere contagionẽ diu retineãt:proptereaq; gradus ille iã tũ cum naſcebar iſectus a ſaturno/ poſt multos etiã annos uim noxiã illã in me refundat:p/ belle poſitionẽ ſubtiliterq; defendẽt: & ſiquidẽ cum philoſophis eſſet ſermo iuberem me miniſſe luminis affectionẽ ſubiecto non hærere ſed abire cũ corpe a quo diffundatur. Cæ/ leſtiũ aũt oĩm impræſſionũ ut in metheoris ait auicẽna:& uehiculũ lumen eſt:& fomentũ

Sed ipſi mihi reſpondeant cum ad eũdem gradum tot annis intermediis aliorum accurſus ſit planetarũ/an ſupuentu luminũ ſalutariũ inolitum illud uirus/putent aboleri poſſe uel ĩminui.Præterea ſi perdurant in cæli regionibus a planetis acceptæ ſuſceptæq; qualitates/ nec ad exiguũ ſpaciũ tpis conſeruãtur:non erit in factis diiudicãdis tantummodo obſer/ uandum/quis quo cæli loco uel ãno reuoluẽte/uel hora genituræ/ planeta inueniat̃: ſed qui eadem loca pcedentibus etiã annis pagrarint.Poſtremo cõmentũ illud dirigendi ali ud non eſt/q̃ ſubiicere res nõ ſolũ conſtellationibus his quæ ſunt ſed quæ eſſe etiã poſſent nam quid aliud eſt dicere lunam quæ me naſcẽte exagonis radiis a ſole feriebat̃:infortu/ niũ tamẽ aliquãdo mihi pariturã ex quadrato ſolis aſpectu:ſub quo illa quidem non fuit cum naſcebar:ſed fuiſſet ſi pluribus cæli partibus interiectis pcula a ſole magis conſtitiſ/ ſet quas partes per quas.ſ.a quadrata radiatiõe diſtabat cũ peregerit poſt tot ãnos ab ea illa ibi calamitas infligetur.At conſtellatio iſta ſub ortu meo nõ fuit/& ſi poſtea aliquan/ do eſt futura:nihil tñ ad me cui ſi fatũ aliqđ ẽ pterita illud cæli diſpoſitio dedit. Patet igit̃ q̃ abſurda/q̃ falſa/q̃ ĩcõſona ſit poſitio dirigẽdi:q̃ qui quotidie utuntur aſtrologi:quodnã hẽat fundamẽtũ ac unde ſit deducta:nũdum ſorte ut opinor ĩ cõſideratõem examẽq; reuo carũt:utunt̃ aũt pter directiões in euẽtorum tẽporibꝫ pũdendis domĩatu planetarum:quos ori die quodã ĩperiũ uitæ ſuſcipẽ cõfixerũt:hĩc cẽtra chaldeorũ:fridariæ pſarũ:indorum nouenæ

Reſponſio. Confutatio. Prima ratio Auicẽna in ĩ metheoris. Secunda Tertia. Quarta Alii modi q bus aſtrolo/ gi tpa euen/ torum.

tecates Ptolomei: aphoriaq; occurſorq; hinc: decēnia egyptiorū: cronocratores arabū: & quæ alia hoc genus alii alia pro libidine ſomniarunt quæ omnia peccāt hoc inconcinnū quod de ſyderibus ita definiunt: ut hic quidē tot annos planeta nos regat: quo tēpore cōſumato/ſuccedēti planete uel pro ſpherarū uel pro climatis ordine quaſi per manus gubernacula tradit: qui rurſus per cōceſſum ſibi tempus adminiſtrata iuriſdictione/cedat ſyderi ꝓximo ius & poteſtatē: quod quidē ab omni eſt naturali ratione penitus alienū. Nā quod hoc potius q̄ aliud ex eis hoc tempore inferioribus dominetur/nō alia poteſt cauſa rationabiliter aſſignari/q̄ aut materie diſpoſitio huius potius q̄ alterius impſſionibus opportuna: aut ſyderis ipſius ad nos efficatior habitudo: ut ſuper terrā feratur aliis ſub terra collocatis: aut uergens ad aquilonē regionibus noſtris ſiat ꝓximior/aut rectiores radios in terrā iaculetur: & q̄uis cum aſtrologis ſentiremus de bona malaq; rerū conditione pro locoꝝ/ſignoꝝ/radiationū diuerſitate eius planete qui plus cæteris in cælo per id tempus auctoritatis & poteſtatis obtineat: hoc eſt ſolū quod dici ex naturali methodo pōt. At reliqua ſicta & fabule ſunt ut iouē dicamus nūc pēſſe terrenis: quare ānis pcedētibus pfuit Satturnus: quē ex ſpheraꝝ ordine iuppiter ſequit᷑: & taurū hoc āno dominari: qm̄ pcedēti aries dominabat᷑ quaſi terrenoꝝ & magiſtratuū uices in ſyderibus inuenirētur. Quod ſi ita dicat experiētia comprobatū poſſet eſſe aliqua fides ſi de iſta inter ſe diſtributione tēpoꝝ conuenirent. Sed cum alius lunæ alius marti alius ioui eoſdē annos attribuat nōne oībus pariter experimēti ſides abrogāda: quā pro ſua quiſq; opinione in tanta opinionū uarietate ptendat: Aegyptii quos ſequit᷑ Firmicus uitæ adminiſtrationē cuilibet ſyderum dannt æqua partitione ānos. x. & mēſes. ix. hoc ordine: ut in diurna genitura primū decēniuum ſol accipiat in nocturna luna: poſt quod decenniū/qui in genitura per ſignoꝝ curſum in ſecundo loco fuerit inuētus/tertius qui poſt ſecundū fuerit/& ſimili modo cæteri. Sed quicūq; decenniū ſortitus fuerit/ licet ſit totius tpis dominus/ oībus tamē ſtellis totā decēnii ſubſtantiā diuidat a ſe/incipiēs/& poſt ſe illis tradēs qui ſint p ordinē poſiti. Primo autē illi quicūq; in themate ſecūdus fuerit inuētus. Eſt autē ſumma annoꝝ quos planetæ ſeptē moderātur ex eoꝝ ſentētia quiq; & ſeptuaginta ternis mēſibus adiectis/quibus cōſtitutis ad primū rurſus planetā reditus ſit: perſæ eundē quidē ānoꝝ numeꝝ colligūt & a ſole ſimiliter ſiquis natus interdiu fuerit: a luna ſi noctu exordiūtur faciētes etiā ipi unū quidē tēpoꝝ dominū principalē: ſed alios tamē in dominatu uicaria ſucceſſiōe pricipes: quā diſtributionē uocāt ſridariā: unde illa uulgata inter iuniores aliquē eſſe ſridariæ iouis participē: multū uero diſcordāt ab ægyptiis: nā in ſucceſſu planetaꝝ nō loca thenatis genituræ ſed ſphæraꝝ ordinē obſeruāt ſolem mediū faciētes. Præterea non cuiq; planetæ æquale tēpus aſſignāt: ſed ſoli quidē ānos decē: ueneri octo/mercurio tredecim/ lunæ nouem/ſaturno undecim/Ioui duodecim/marti ſeptē/capiti tres/caudæ duos: quod quā haboere poſſit rōnem ipē quoq; Auenzra in libro rerū aſtrologicarū fatetur ſe neſcire. Cōtra ueroin aſciſcēdo pricipe dominatus æquā cuilibet planetarū portionē dant perſæ ita ut pprinceps planeta ſeptimā ſui tēporis partē ſolus gubernet: ſecundā cū planeta a ſe ſecunddo: tertiā cū tertio. ægyptii uero inequalē hanc faciunt diſtributionē decernētes ſoli quiddem mēſes nouē & decē: ſaturno triginta: ioui duodecim: marti quindecim: ueneri octo: mmercurio uiginti: lunæ uigintiquīq;: quā rurſus ſubdiuidūt: ut ſaturno ex triginta ſuis mēſibus dies ſex reliquis planetis impartiatur/atq; idē de ſuis cæteri mēſibus faciāt: ut docet

pꝛuideri poſſe putant

Opinio ægyptioꝝ & Materni.

a Boaſar iſtas locoꝝ ꝓprietates a planetaꝝ colligit ordine: ut primus primo detur: ſecundus ſecũdo: tertius tertio. Proq; planetæ cõparis numeri proprietate ꝓprietas quoq; loci decernatur. Sed grauiſſimũ ſtatim incidit incommodũ: ut eidẽ planetæ rerũ oppoſitaꝝ loca attribuãtur ſaturno primus & octauus: ioui nonus atq; ſecũdus: ueneri quintus & .xii. Eſt eni primus locus uitæ locus: octauus mortis: quomodo igitur primo pariter & octauo pꝫerit ſaturnus: poſtq̃ eni pro numero planetarũ ſeptẽ loca percurſa ſunt redeunt ad primũ: quare ſaturnus incidit in octauũ: quod oẽs confitetur. Item nonus eſt fidei ſapientiæ religioniſq; ſignificator: ſecũdus diuitiarũ: ſed deus & mamona nõ cõſentiunt. Adde ꝙ ibi ſicut alĳs quoq; locis ait Aboaſar iouẽ futuri ſæculi fœlicitatẽ ſignificare/que per ſidẽ & ſapientiã acquiritur. Venerẽ autẽ fœlicitatẽ iſtius ſæculi: igitur cũ diuitiæ ad iſtius nõ ad uẽturi ſæculi fœlicitatẽ pertineãt potius a uenere q̃ ab ioue ſignificabũtur: nec ad locũ ſecundũ cui iuppiter numero cõpetit: ſed ad quintũ cui uenus datur referẽtur: pſertim ꝙ & ipſi ſolent oppoſitas domos iouis & mercurii dicere: qm̃ ſapiẽtia cuius auctor ſit mercurius dignitatibus & diuitiis iouiis aduerſet᷑. Hinc quãdoq; calũniam repellẽtes qua ſæpius inceſſunt᷑. ꝙ. ſ. per futuroꝝ præſcientiã & cæleſtiũ uirtutũ deductiõnẽ naturæ fere totius domini/uiuãt tamẽ plerũq; pauperes & ignobiles. eſſe eni in hoc fatũ dicũt ſapientũ ne diteſcãt: quia mercurio iuppiter aduerſet᷑. Quomõ igit᷑ iouem nũc ut diuitiarũ ita ſapiẽtiæ faciũt auctorẽ: ſed in uenere quoq; magis abſurditas clueſcit: quæ ſicut quintũ locũ ita pariter ĩcidit in .xii. quoꝝ alter letitiæ uoluptatis: alter carcerũ & mœroris & tenebrarũ locus dicit᷑. quibus quidnã põt eſſe pugnãtius: excogitarũt quidã belliſſimã defenſionẽ: nã quoniã ſolet uoluptates conſequi penitẽtia: dicũt ueneri utrũq; locũ cõuenire tã gaudii. ſ. q̃ doloris: puto defendẽt ita quoq; pariter: ut qm̃ uitã ſequit᷑ mors ab eodẽ planeta utrũq; ſignificari. Nec dubito pari rõne dicturos ad martẽ bella pacẽq; ptinere: qm̃ ſemp bella ſequit᷑ pax: ſicut pluuiã quoq; ſerenitas: pluuia ſerenitatem. Verũ ne putẽt extra oẽ gaudiũ ſibi ſemp mœrendũ ne aliquãdo mereãt/admonere illos uolo nõ oĩs lætitiæ comitẽ eſſe mœrorẽ: ſed quæ pter modũ fuerit & rõem: hæc aũt a quĩto loco ſignificari nõ dicẽt ſi ſuoꝝ prĩcipioꝝ memores ſunt. nã ad qntũ hæc referũtur qm̃ iuuẽt/foueãt/refocillẽt ſicut locus quĩtus ĩũgit᷑ aſcendẽti p qđ naſcẽtis hoĩs uita ſignificat᷑. Immodica uero uoluptas quã pñia dolorq; ſequũtur nõ ẽ uitæ fomentũ ſed pnicies ſed nimis ſerio loqmur ĩ cõfutãdis nugis. De marte uideamus Aboaſaris rõem & finẽ faciemus fratres ingt ſignificat & ſorores: qm̃ ex illĩus ſunt parẽtibus: rõ dogmatis hæc qm̃ primo loco quo geniture dominus iudicatur aſcribitur ſaturnus: ſecũdo igit᷑ iuppiter qui ſecũdus eſt planeta. Tertio mars ꝑ ſphærarũ ordine tertius. Sed ex eodẽ genere ſũt mars

Aboaſar

atq; ſaturnus:quia uterq; malus & noxius eſt. Significabit ergo tertius locus quæ ſunt ge/neris eiuſdem cū eo qui naſcitur:quare fratres atq; ſorores. Hæc noſter Aboaſar qui niſi hæc ſcripſit ebrius certe ſcripſit inſanus. Qui.n. diſſimilis magis planetarum marte & ſa turno:ille ignis:hic terra:ille feruore ſurit: hic torpet ſrigiditate: ille nocturnus:hic diur/nus:& omēs ſi percurres nullum inuenies influxū martis ſaturni influxibus cōuenire. Præ terea cū ſilii quoq; ſimiles ſint parentibus aut non debuerūt a quinto ſignificari cui uenus aſcribitur:aut erit dicendū ſaturnum cū uenere quoq; cōuenire:narrauimus rōnes aſtro/logorū quibus locoꝝ ꝓprietates probāt in eo forſitan magis arguendi ꝗ nimis diligēter ꝗ̄ ꝗ parū illas uere taxauerimus/ductas tenui quadā ſimilitudie rerū: ſed quāuis nullo ne gocio coſnutantur:habent tamen ex ueterum traditione ſcribentiumque teſtimoniis po/tius inficiandam ꝗ̄ negligendam auctoritatem.

Caput VIII Gaudia planetarum cum domibus ruere.

h Inc oia ſubuertuntur de gaudiis planetarum:quoniā locorū ꝓprietatibus deno tātur. nam gaudere planetā queq; uolunt eo loco cuius ꝓprietati planetæ pro prietas eſt ſimilis. Sic uenerem quinto loco:quia gaudia ſilios uoluptates quēadmodum uenus ſignificet:ſic & alios aliis locis eadē rōne:quod ex Auenazra lib. tertio rōnum & Aboaſaris introductorio licet intelligere. Quāꝗ̄ ſi ſequamur hanc intentionem mercu/rio magis tertius locus aut ſextus cōueniebat ꝗ̄ aſcendens:lunæ magis aſcendens aut oc/cidens ꝗ̄ tertius:magis ſolis decimus ꝗ̄ nonus:ioui potius nonus item ſecundus ꝗ̄ unde/cimus:marti ſeptimus ꝗ̄ ſextus:ſaturno quartus ꝗ̄ duodecimus. Quæ poterit qlibet mu/nera locoꝝ planetaꝝ cōditiōibꝫ cōferēs aīaduertere. Abēzagel aūt ſigni cuiuſlibet ptes aſs eē calidaſ & ſiccas:aſs ſrigidas & hūidas aſs ſrigidas & ſiccas aſs calidas & hūidas aſs me dias ſiue mixtas:qre de ptibus ſue naturæ uigorari quēlibet planetaꝝ. Mediaſ aūt ſiue mix tas cōuenire mercurio:uerum non reciperet iſtam rōnem Ptol. & alii qui uenerem calidā & humidam eſſe uolunt quare partes humidæ & ſrigidæ nulli planetarum cōueniēt. Præ/terea cum mars in ariete tantū quiq; partes poſſideat erunt tātum in ariete ſi uerus Aben zagel partes quinq; calidæ & ſiccæ reliquæ conditionis alterius & a natura ſigni diuerſæ qui tamen natura calida ſiccaq; decernitur. Similiter erunt in tauro plures aeræ partes lō ge ꝗ̄ terræ:ſic i aliis eueīet. Fallax igit Abēza. rō:nec ſi uera noſtrā tñ explicat qōem qñ re liquet īcertū quæ ptes calidæ quæ ſit ſrigidæ:qre ñ erit certū quæ cui plāetaꝝ potiuſ dbeāt

Caput IX Rationes Ptolemæi de planetarum domibus deſtruuntur.

n Vnc agendū de ſignis:& quidē ſup his multas iā rōnes coꝝ euertimus: ut qui/bus ꝓbaut ſigna eſſe.xii.ſed nec plura nec pauciora. Tum pricipiū ſignoꝝ ſta tuēdū ab ariete:diuiſionē pterea illā in aquea/terrea/ignea/& aerea:cur itē hoc illius pla netæ uł exaltatio uł trigonū/hoc alterius:reſtāt alia de qbꝫ nūc dicemus a plāetaꝝ domi/bus ordiētes. Neq;.n.ſi cōcedat cū ſignis diuerſis affinitatē hmōi eē plāetaꝝ:ut hic quidē ſub ſigno tali poſitus iſirmetur: ſub alio ſiat ſortior:hoꝝ tñ ſignoꝝ differētiā nulla rōe poſ ſe nos cōſeq:qñ nō pt aliter hoc fieri ꝗ ꝑ nā ſtellaꝝ eiuſq; ſigni ut ſupius diximus. Sed na turā ſtellaꝝ nobis rō nō ꝺmōſtrat. Igit nec ſignoꝝ cū ſyderibꝫ affinitatē:quæ ſi ſpacia cæli potius ꝗ̄ ſtellas cōſeq dicat nihil minus īexplorabił erit ſilogiſmo ꝗ̄ occłte cæteraꝝ reꝝ ꝓ prietates. Pto. ꝺ domibꝫ ſol & lūæ nitit una rōe tm̄:de reliquoꝝ domibꝫ triplici. Pría ſūit a nā ſignoꝝ. Scda ꝺ ꝓportōe cōfiguratōis ad domos lūiariū. tertia ꝺ nūero cōſequētiaq; ſphæ

Tres rōnes. Pto. ꝺ domibus planetarum.

rarum.primā primitus excutiamus.Eſt aūt eiuſmodi capricornus & aquarius hyemalia ſi
gna ſunt quia frigida:ſaturnus quoq; planeta frigidus.igitur illi recte conueniunt.Peccat
autem multipliciter argumentū. Sed primo quia debet in natura ſigni ſpectari potius qđ
conuenit ex ſe q̄ quod ex accidēti.Conuenit autem ex accidenti ſignis illis frigiditas: quia
Rō Pto. pec dumtaxat ea ratione ꝙ poſitus ſol in illis frigoris cauſa eſt per accidens: dum.ſ. mouetur
cat mutip li longius a nobis. Cum uero de illis pro ſua natura decernitur alterum apud ipſos aſtrolo
citer. gos terreum:alterum eſt aereum:quæ qualitas ioui potius cōuenit q̄ ſaturno qui frigidus
& ſiccus omnibus aquarii qualitatibus aduerſatur. Præterea ſolent aſtrologi cum diuerſa
diuerſis ſtellis aſſociant ſi malæ ſunt ſtellæ dare illis quæ potius earum naturæ diſſentiant
q̄ quæ conſentiant:ut eorum natura.ſ.mala contrarii mixtura temperetur: ſic diurnum ſa
turnum martē nocturnum faciunt:cum tamē calore martis frigida nox frigore ſaturni ca
lidus dies non conſentiat:ut inde qualitas utriuſq; noxia refrenetur feruor in marte: tor/
por in ſaturno.Dicant igitur an in ſignis planetæ malo reddendis hanc quoque ſequi ue
Ptol. lint ratōnem:an contrariā potius.Equidem Pto.contrariam ſequi uidetur ſentētiam nūc
methodi quā ſupra ſeruauerat in nocturnis diurniſq; diffiniendis. Verum liceat illi diuer
ſis in locis eadem non ſentire modo in eadem ſerie uerborum ſibi non repugnet.At ſi na
Reſponſio. turæ ſaturni conſonum ſignū domum faciat/aquarius excluditur:ſi diſſonum/ foras mitti
tur capricornus.Dicet Ptol.ad illas ſe reſpicere ſignorū qualitates quæ de ſolis oppibus il
Confutatio. lis debentur:ſignum autem utrumque tam capræ q̄ aquarii frigidis numeratur:quod ſa/
turniæ qualitati concordat:nos extra rationem fieri cōtendimus/ſed admittamus/ nec ta
men colligi quod putat declaremus.Reſpondebit enim hoc forte ſuper ſaturno ſuper ali
is planetis non ſuccedet.nam ueneris domus libra/taurus/libra ſignum autumnale: qua
re ſiccum & frigidum:ſicut aquarius frigidum quidem hyemale. Repugnat igitur ueneri
libra quæ pluribus quidem calida/prorſus omnibus humida definitur.Nec parum demi/
ror Ptolemæum qui dixerit hæc ueneri ſigna conuenire:quoniam ſint.
quaſi dixeris generatiua maximeque fœcūda.Nam poteſt hoc dici de tauro:de
libra dici nullo modo poteſt.In ioue quonā pacto ratio quadrat:cui nulla cōio cum piſci
bus & ſagittario.Siquidem anni tempus ſub iſtis ſignis eſtimatur/alterum finit hyemem:
alterum autumni finis.Igitur illud per frigiditatem repugnabit ioui:hoc etiam per ſiccita
tem quāq̄ nec piſcium humiditas aquea uitali iouis humori conuenit.Ptolemæus ad iſtā
ſe refert cōcordiam:ꝙ utrumque illorū uentos facit & uim quoque habet genitalem:qua/
Ptolemæus. re cum illis iouem conſonare planetam temperatum. Quæ dum refello putarem ſuper/
uacuam operā facere:niſi potuiſſet hæc prodere Ptolemæus/cuius facile poteſt auctoritas
imperitis imponere.alioquin his ſimilia quæ ſolent interdum litterati per iocum ludētes
inter ſe dicere uentos ſuſcitant:igitur ioui ſimilia.Rationem reddit Auenrodan: quoniā
rerum uiuentiū genituræ ſeminibuſq; præeſt.Iuppiter:quorum uapores alituſque uētis nō
nihil ſimiles ſunt.O mirabilem ſapientiam qua poſſent etiam humidis ſicca ſimilia defen
Auenrodan di.Nam uentos quidem philoſophi(niſi fallor/omnes ſiccos faciunt contra geniturā om
nem humidam:ſed & fœcunda ſigna:quoniam poſito in illis ſole ſemina germinant:res
exoriuntur.O ſi potuiſſent ad humanum ſemen deferri/ cōmodius oīno accidiſſet hoc eis
ab ariete.Sed non poterant ioui dare quem mars occupauerat/quāq̄ oīno iniuria. Quid
eni illi cū prīo uere:cuius nullus calor & gēitalis humorq; prolificus cū torrida martis ſic/

citate nihil participat. Inuaſit audacia pari ſcorpium nullo etiam iure/ frigidum.ſ. ſignũ & autumnale. Non igitur iſtam ſi ſequamur rationem ſatis æqua partitio fuerit iſta domorum. Examinemus alias a configurationibus luminarium & a ſphærarum numero ſuſceptas. Verum quoniam per habitudinem colligunt ad luminariũ domos excuti prius oportet rationem qua domus ipſæ luminariũ ſtatuantur. Eſt aũt huiuſmodi quam Ptolemæus affert. Cancer & leo de duodecim ſignis oĩm maxime uergũt ad aquilonẽ proximãtq; uertici capitũ noſtrorũ ꝓpterea duobus maximis & principalibus ſtellis: hoc eſt luminaribus data ſunt: leo ſoli quoniã maſculũ ſignũ: cancer lunæ fœmineũ. Primũ igitur falſum qđ aſſumitur: nã ſigna nobis uicimora/ cancer & gemini/ non cancer & leo: deinde ſi ſit uerũ quæ ratio docet maioribus ſyderũ ſigna conuenire nobis proximiora. Potuerũt hoc dice/re ueteres hac ſimilitudine ꝙ & illa proximiora nobis inter planetas. Sed Pto. dicere non poteſt/ qui mediũ facit ſolã oĩm planetarũ. An ideo factũ qm̃ in leone ſol magis calefacit Verũ ſæpius dictũ ex ſitu id euẽire/ nõ de ſigni proprietate: quare gentibus aliis faceret ſol in libra quod nobis facit in leone. Quod ſi uiriũ ſyderũ cæterorũ ſenſus ita ueros & rões ut ſolaris caloris haberemus expiremur de reliquis idẽ quod de ſole/ magis affici nos ab illis accedẽtibus ad leonẽ q̃ cũ procul a nobis in aliis ſignis inueniũtur. An aliis igitur rõnibus ſol cũ leone cõcordat: ſane quod calidũ ſignũ & ſiccũ/ quod maſculũ itẽ eſt non eſt ꝓprium leoni/ ſed arieti cõe & ſagittario. Reſtat una conditio cuius meminit ille grauiſſi/mus Aboaſar. Nã quẽadmodum inquit ſol medius planetarũ: ita leo medium ſignũ æſta- *Rõ Aboaſar* tis. hac niſi rõne ligarer nõ erã conceſſurus apud leonem melius phœbũ q̃ apud alias cæli beſtias hoſpitari. Sed perſuaſit Aboaſar uere præſidiũ & dulce decus aſtrologorum: qui de lunæ quoq; cũ tauro cognatione pulcherrimam rem cogitauit. Nam Ptolemæus attu/lit ad diſtantiã ꝙ inter ſigna ꝓxima nobis eſt fœmininũ. Non cõtentus Aboaſar aliud addidit ꝙ ſignificet luna rerũ initia. Sit aũt cancer æſtatis initiũ: cui demõſtrationi quis non cõceſſerit. *Alia eiuſdẽ rõ q̃re cãcer lunæ domus* Hoc non uidit Auenrodan uſus alia rõne: quod ꝓxime.ſ. ſolis ædibus ædes lu/næ merito collocentur: quia luna ſequatur ſemper ſolem. Sed uiderit q̃ de uenere & mer/curio rectius hoc dicatur: quorũ etiã ædes proximas ſoli natura fecit ſi credimus Ptole/mæo cuius interpres Auenrodan quẽ citauimuimus. Ceterum ſint iſte domus lumĩarium quæ ratio ſuper aliis diſtribuendis: Pto. hãc affert ĩprimis ut domus ſyderũ malorum qua/lia mars atq; ſaturnus inimica radiatione lumiarium domos aſpiciant: domus uero bonorum ut iouis & ueneris amica: mercurius illis proximus ſtatuatur. Recte igitur marti datũ ſcorpiũ & arietẽ quadrãgulares cancro atq; leoni. Saturno capricornũ & aquariũ/ illis oppoſitos: ioui triquetra illis ſigna piſces ſagittarium: exagona ueneri libram & taurũ: proxima gemĩos uirgineq; mercurio. Sed nec uerum quod aſſumitur nec ex aſſumptis recte col/ligitur. *Confutatio.* Nam domum ſtatui eam rationabiliter dicimus in qua planeta poſitus bene ſe habet: ſed noxia marti ſolique pariter illorũ radiatio quadrangula: noxia item oppoſitio ſa/turno/ tum propter oppoſitionis aduerſitatem: tum propter retrogradationem. Quod ſi uerum illud quod ipſe tradit Pto. fœlices omnes planetas in ea diſtantia ſummotos a ſole in qua domus eorum a ſolis domibus diſtant: quod græci uocant idropiropiam: arabes almugeam: ſequeretur & ſaturnum oppoſitum luminaribus/ & martem illis quadratum eſſe fœlices: cõtra ſentẽtiam oĩm aſtrologorum de talibus ſchematis infortunia calamita/teſq; magnas decernentiũ. Poſtremo non quadrare principio quod colligitur euidens eſt

nā cum dicunt has uel illas domus triquetras uel quadrangulas eſſe domibus ſic accipiūt ut cōparent̄ ad leonem: quæ inter cū & capricornū pro ſignorū conſequentia ſunt: ad al/terum ordine cōuerſo quæ īter cancrū & aquariū: quare altera ſolis altera lunæ medietas & imperium dicitur: alioquin domus ueneris tam quadrangulæ ꝙ triangulæ dici poſſent/cum ſit libra quadrata cancro/leoni taurus: & martis domus triquetræ forent ſcorpius cā cro/aries leoni. Igitur ad domū cuiuſq; lumīaris cōparari debet domus collateralis & qua ſi ſub ſyderis ditione locata. Quod ſi fiat falſiſſimū depræhendetur/ opponi lumīaribus ut ait Pto. domos ſaturni: quoniam nec aquarius cancro: nec leoni capricornus opponit̄ Quapropter domos illa ſaturni nemo dixerit quia ex diametro lumīaria reſpiciant: ſed

Auenrodan

qa ſextū a ſole uel octauum a luna locum teneant: qđ Auenrodan quoq; confitetur. Alia

Rō Ptol. penes nūerū orbiū ſumpta.

ratio penes orbium numerū ſumit̄. ut cū de leone cancroq; definitū eſt: tum ꝓximioribus ſoli lunæque planetis in ordine ſpærarū proximiores domus aſcribebantur: ſic mercurio ſtatuunt hinc geminos inde uirginem dari: tum ueneri quæ ſequūtur: proxima marti: de/inceps ioui: poſtremam ſaturno: has omnes ab iſta ſphærarū conſequentia ductas argu/

Auenazra

mentationes falſas: tum ſi uere forent incertas eſſe declarauimus. Recte igitur Auenazra lib. ſecundo rationū. Queſiui inquit in libris ſapientum de ſignis rationes domorū nec reperi in eis aliquid bonū. Tantū ad fidem experimentorū ſe cōuertunt: hæc ille: nos hoc libro rationes: proximo aſtrologorum experimenta labeſactabimus.

## Caput X Facierum & finium rationes iam eſſe reprobatas.

Diuiſio facierum.

Alia diuiſio indorum.

f Acies planetarum quibus omnes utuntur a cōſequentia ſimiliter orbium diuiduntur nam primas arieti partes decernentes domīo domus dant/ſeqntes ſequentibus iuxta ordinem ſitus & ſphærarum ſoli .ſ. primas a marte: ſecundas ueneri: atque ita deinceps. Indi primas dabant domīo domus: alias duas dominis ſigno/rum eiuſdē trigoni: q; ſi trigona ſatis confutauimus & quæ ſuper orbium numero argumētantur: non eſt opus aduerſus huiuſmodi rationes/nouis rōnibus. Super finibus adeo nō conueniunt ut quinque ſuper eis fecerint opiniones. Quare rationes alterius alter argu/it & irridet. Ita uero ſunt omnes debiles & infirmæ: ut ſuos quiſque confines nouo quodā iure mutet & inuadat alienos. Ex ordine trigonorum chaldei fines ſuos ordinarunt: ut trigona ſigna ſimiliter partirentur. Eſſet autem modus partitionis ut primas partes trigoni dominus occuparet: tum ſubſequentes qui ſequentibus in ſignis habent trigoni poteſtatē

Aegyptii.

numeris ſemper ab octo decreſcentibus ad quattuor. Aegyptii quod illis obiicit Pto. nul/lum ſeruant methodi tenorem: nunc adunt trigona: nunc rege: nunc patresfamilias or/dientes: interdum ab his qui nullam in ſigno poſſident auctoritatem: ut a mercurio in ca

Ptolemæus.

pricorno Ptol. aliam probat diuiſionem: cuius legere rationem cuiq; promptum libro primo apoteleſmatō: pendet autem a dominis domus exaltationis & trigoni: quam proba/re non debuit tamen Pto. niſi reprobat ſeipſum quādoquidem illius auctor diuiſionis ex/altationem trigono præponit: trigonum domui. Ptol. uero ꝓponit oībus domū. poſtremā q; facit exaltationem: quæ in illa diuiſione cūctis anteſertur. Indi maſcula ſigna ſimiliter per omnia diuidunt & fœminea pariter eodem exemplo: ſed exempli in utriſq; ratio nul/

Aſotol:

la cognoſcit̄. Aſotol dedit lumīaribus etiā termīos/cuiq; planetæ totidē partes: primas autē domīo domus ꝑ ſphærarū ordine/reliquas reliqs. Nos cū iſtud iā fundamentū & ſilīter domos exaltationes/trigona/ſuſtulerimus uel ſiquid ſunt in incerto eſſe ꝓbauerimus: con

cidit omnis ratio finium definiendorum(ſi qui fines eſſe concedantur) Præterea ſi de tri/
gonis:domibus:altitudinibus:ueritas foret explorata:non tamẽ exploratum hoc modo
potius q̃ illo fines decernendos:unde nata uarietas opinionum dum aliud aliis magis ꝓ
babile uiſum eſt.

Caput XI Quod cui membro ſignum dominetur uarie a uariis determinari & ab omnibus parum rationabiliter.

QVod item caput arieti taurũ collo ſignis aliis ſimilia membra ſubiiciũt ab illo
quoq; iam ſæpe ſugillato numerorũ ordine trahunt originẽ: ut primũ.ſ. ſignũ
primæ corporis parti præficiatur/ſecũdum ſecũde:tertiũ tertie:quãuis illa quo
q; peccant in hac partitione:non tam ꝙ arietem primũ faciunt ſignorum:ꝙ ſigna.xii.ue/ Ariſto.ſeptẽ
luti ex confeſſo rem tam ambiguã ne falſiſſimã dixerim:ꝙ ꝙ corporis partes quaſi princi/ facit ptes cor
pales tot fieri rõ nulla perſuadet.Ariſtoteles ſeptẽ fecit Nichomachus.x.cur.xii. ipſi red/ poris. Nico/
daut rõem:uidẽt rem potius abſurdam/humeros/brachia/manus/ in unam cogere partẽ macus.x.
ſigno uni/ſubiectã:tamen & pedes tibiis/tibias geniculis/& genicula fœmoribus/uti par/
tes quattuor magnas/quattuor ſignis ſubiiciendas: Præterea facturis diſtributionẽ huiuſ/
modi potius calida calidis:frigida frigidis erãt cõparanda:q̃ ſecunda ſecundis:tertia ter/
tiis:hæc eſt potius obſeruanda naturæ cõio q̃ ſitus & ordinis enumeratio: nec forſitan ri/ Nota medi/
derẽtur pedes piſcibus ſubiicientes:qui ſoli pedibus inter cæleſtia carẽt.Caueãt igitur me/ ce.
dici ne tam futili aliquando dogmate perſuaſi/metuant uenã incidere brachiorũ ſi res po
ſtulet/luna geminos pagrãte:quoniã brachiis gemini ꝑſunt/nec ſalutare remedium ducti
uana ſuperſtitione morentur.Nõ Hyppocrates:nõ Galenus:nõ Auicẽna:nõ Paulus:non Hyppocra/
Oribaſius:aut hoc ipſi fecerũt: aut aliĩ ut facerent cõſtituerũt: nõ qui noſtra(quod alibi di tes
ximus)tempeſtate/fœliciter & prudenter hanc artẽ exercuerũt: quare ceſſet ois hoc genus Galenus.
inſana ſupſtitio:que ſi nullã ꝓbatur habere rõem:nec robur habere põt experimenti. Tum Auicenna.
quia ueritas nulla conſonat mendacio:tũ propterea quæ ſumus libro ſequẽti plurima ꝓ/ Paulus.
baturi:tũ ob ipſam ponentiũ hæc iter ſe cõtrarietatẽ.Nam dat ſagittario teſtes Auenazra Oribaſius.
dat Aboaſar illos ſcorpioni:dat Alchabitius uirgini:diaphagma:qđ latine ſeptum tranſ/ Auenaraz.
uerſum:Porphyrius leoni cui etiam uentrã:quẽ Arabes uirgini:ſunt qui genua ſagittario: Aboaſar.
quæ tamen arabes & latini capricorno. Heliazer garnozenſis uir hebreus in libro de aĩa Alchabitius
cancro manus & pedes aſſignat:cũ tamẽ alii geminis manus:pedes piſcibus reddant. li/ Porphyrius.
bre rurſus ille crura pedeſq; etiã alia tamẽ rõne q̃ cancro ſubiicit. Cãcro eĩ ſubiicit quate/ Heliazer.
uus ſ.gradiẽdi functionẽ implẽt:libræ propter hanc ſimilitudinẽ:quia dum fit inceſſus at Nico. orem.
tollũtur & deprimũtur inſtar libræ:Cæteri libræ nihil tale:ſed aquario crura:piſcibus pe/
des:libræ uero tã nates q̃ renes.& lũbos ſubiiciãt ſcorpioni fel reſpõdere ait Heliazer/na
turã ſagittario ſed alii ſcorpioni dãt uerẽda. Quod ſiquis dicat aſtrologis obſeruatũ nun
q̃ tuto ferrũ admoueri mẽbro cuius ſigno luna ꝑ id tẽpus inſederit: primũ in tãta incerti/
tudĩe quodnã ſigno mẽbrũ ſubiici dicat experimẽtũ cõſtans & cõfeſſum haberi nõ põt: ta
mẽ utcũq; forſitan cõtigerit ſapiẽs tamẽ uir oppoſitũ obſeruauit. Scribit.n.Nicolaus orem
grauis philoſophus & mathematicus plerũq; ſe uidiſſe factã ſalubriter in pede ſanguinis
emiſſionẽ cũ luna foret in piſcibus:& in brachiis itẽ cũ geminos illa peragraret.

Caput XII Rationes aſtrologorum quibus proprietates ſignis abſolutæ conueni/entes aſtruuntur:& quod de ſupradictis ſint reiectæ.

d lximus de ꝓprietatibus quibus ad nos & ad planetas ſigna referũtur:reſtãt quæ ſimpliciter illis cõpetunt & abſolute:quas illi de triplici genere ꝓbationis aſſu/ mũt.Primum a cõfutata iam cũ planetis ducitur affinitate: ſecundũ a figura co gnominis animalis.Tertiũ ab his quæ ſub eis poſitus ſol operatur.Ab affinitate cũ plane tis argumentãtur cũ talẽ naturã ſigni faciunt qualis quoq; planetæ qui domiatur in eo ſi/ gno:ut cum arietem dicunt latebras latronũ maleficorũq; hoĩm ſignificare: quoniã mar tis eſt domus id genus hoĩm ſignificantis:ab opere ſolis cum mobilia ſigna fixa cõiaq; de cernunt.Ex quibus ſol anni tẽpus aut mutat aut firmat:aut qualitate promiſcua temperat A figura cũ alia mites mores/alia ferinos afflare naſcẽtibꝰ dicũt ꝙ hæc oĩm gerũt imaginẽ ut aquarius:gemini:uirgo:alia beſtiarum:ut leo:taurus:capricornus.Itẽ hæc eſſe pulchra illa deformia:nã pulchra uocãt quæcunq; ſub hominũ ſpecie cogitãtur ꝑter aquariũ:quo niam ſit ſaturni ſenis hoſpiciũ quaſi nõ ſenex etiãq; deformis pulchro poſſit hoſpitio uel egere uel delectari/pariter quæ ſint bruta effigie: ut taurus: & ſimilia ſemiuocalia uocant uocalia quæ humana:muta quæ ſpẽm referunt aquatiliũ:quod genus uiuentia uocẽ non habeãt.Rurſus & aquatilia multe prolis: humana ſpecie ſterilia. Reliqua mediæ ſtatuũt

Conſutata hæc eſſe. cõditionis/pro natura.ſ.animantiũ quarũ ferre creduntur imagines. Quos modos poſi tionum ſuperius diſputata ſatis euerterunt. Cum enim de planetæ domiciliis & ingenio faciunt coniecturam argumentantur ab aſtrologicis:quæ nos pauloante cõfutauimus:cũ ab ope quoq; ſolis argumentãtur quantũ uel fallãt uel fallanť oſtẽdimus: qñquidẽ non eſt natura ſigni putãda quod opus eſt ſolis in ſigno locati/nõ pro ſigni natura/ ſed pro ſi tu ad terram diſtantiaq; taliter operantis.Præterea quod in anni tẽporibus aereiſq; muta tionibus euenit fallaciſſima coniectione transfertur ad alia:ut quia ſignũ mobile aries tẽ pus uariat faciat quoq; in eo naſcẽtis ingenium mobile:non perſeuerãs: factum ad incho andũ potius q̃ ad abſoluẽdum.Nec ſolũ errãter ab aeris qualitate ad euenta diuerſa pro/ prietateſq; ſe uertũt ingeniorũ: ſed in ipſis aeris mutatiõibus cũ fieri putatur in ſydeꝛibus aliis quod in ſole ꝓſpicitur:ut quia ſol poſitus in ariete uernũ faciẽs æquinoctiũ ciet fulgu ra ſuſcitatq; tonitrua:putemus in ariete lunã poſitã idẽ facturam. Nec aliũde lapſus in er rorem q̃ ꝙ ad ſigni referunt naturã:quod a ſole pro ſitus prouẽit uarietate.De figuris ima ginũ diximus abundanter libro octauo q̃ ſint nullæ ꝗ̃ uanæ/ q̃ cõmenticiæ. Non opa dei ſed hominum:non a naturæ ratione ꝑfecta:ſed poeticæ mentis temeritate cõficta. Sed ut ille ueriſſime nuſq̃ tamen aſtrologi magis falſi q̃ cum ex illis ſignorum proprietates elici/ unt quandoquidem a ſignis ut ſupra late demonſtrauimus:etiam in octaua ſphæra diffe/ runt imagines non modo ſitu mobilitateq; ſed & partium moliſq; dimenſu & quantitate Deniq; nimis inerti futili ſupinaq; tarditate:repugnãt dũ eorumdem ſignorum & ab ope re ſolis & imagine conditionem inquirunt.Et.n.illud aperte ſignis immobilibus ex com muni conſenſu:mobilibus iſta conueniunt.

Caput XIII Taxatur Pto.de planetis loquens ac ſi ex elementis conſtarent ratio neſq; aliorum quibus planetarum probat qualitates pariter confutantur.

h Actenus de ſignorũ rationibus q̃ inſigniter ſint irrationales: in planetis eadẽ falſitas imo maior/ maiorque temeritas. Oſtenſuri nos ſuperius Ptolemæum male philoſophatũ de erroribus ea potiſſimum indicauimus : quibus naturã planetarum inquirit. Nam quaſi planetæ conſtent ex elementis:aut ex paſſionibus con/

ſtent elemētoꝝ:nō ſolum ſeſe inuicē uel calore uel frigore permutātes:ſed a terræ quoq uaporibus permutari:ſic de eis ſermonē facit Ptol. Luna inquit humida eſt quoniā terræ ꝓxima ſurſum ad eā terræ uaporibus aſcendētibus humeſcit. Saturni ſtella frigida eſt imprimis & modice ſicca:friget ꝓcul a ſole poſita. Areſcit ꝓcul a terræ uaporibus exaltata. Mars ſolis uicinitate torridus exſiccatur. Iuppiter medius inter frigus ſaturni martiſq; feruorem tēperatus euadit. Quoniā uero ſup calidas ſphæras fertur martis atq; ſolis:ideo præcipue calefacit:uenus humida eſt æque atq; luna:nā luminis ſui copia multos ſibi terræ uapores aſciſcit. Habet item a ſole cui ꝓxima uim calefaciēdi. Mercurius & a ſole cui ſemper heret habet exſiccandi proprietatē:& a terræ uicinia lunæq; confinio humectādi uires. Sic primo libro apoteleſmaton ratiocinatur Ptolemæus. Cui ſi perſuaderi non poteſt a peripateticis liberū eſſe cælum ab iſtis affectionibus:ſaltem ex numero eoꝝ quæ ipſe demonſtrauit/illud intelligat:plus a luna diſtare terrā q̄ ut poſſint ad eam terræ uapores halituſq; ꝑuenire.qui nec ſupra ſexdecim ſtadia putātur a phyſicis ſurſum tolli nedū ad lunam/ad uenerē/ad mercuriū incolumes non attollātur. Adde uenerē de ſolis uicinitate futurā magis ſiccam q̄ de terræ nebulis humidā ſiquidē ſoli iunctior eſt q̄ terræ:nec cū ſolis potentia uis humoris terreni poteſt comparari. Adde etiā ꝙ mercuriū terræ ꝓximiorem:& a ſole ꝓpterea diſtantiorē/plus ſiccum facit eſſe q̄ humidū. Quomodo igitur cōſentit ſibi ueneris humiditatē conferens lunari igne tam uicino tam parum excaleſcente ut frigida multis exiſtimetur. Et ſi riget ſaturnus a ſole minus elongatus:nonne tota ſtellarum hærentiū multitudo cum diſtantior ſit a ſole torpida frigoris glacie diſtringetur: cum tamen inter eas igneæ multas eſſe naturæ pronūcient. Igitur ratio Ptolemæi nō modo falſa ſed nec conſona ſibi quod in falſis plerunq; rationibus uſu uenit. Alii de planetarum coloribus argumentātur:quod in marte quoq; tetigit Ptolemæus. Dicunt igitur hi mentiri philoſophos elemēta putātes nullo colore ſaporeue participare. Sed aquæ colorem album/dulcedinē ex ſaporibus cōuenire.terræ fuſcum colorē & ſaporē amarū:quod alii tamen negant dulcem potius contendētes:nec ſi foret amarus terrā quicquā germinaturā. Tum in igne ſaporem confitētur nullum/colorē uero rubeum:aerem dicunt tam coloris q̄ ſaporis expertē:admittere aduentitios uarioſq; colores:in planetis ipſis nullos quidem ſapores ſed colores eſſe multiplices:ex quibus illorum facile naturam poſſumus explotare.nam fuſcedinem in ſaturno terrenā oſtendere proprietatē/& atrebili conuenientē. In marte ruborem igneæ qualitatis & bilis rubre teſtimonium facere:uenerē croceo & albo radiantē:ex croceo calidam intelligi humidam ex albo:quæ quoniā nec pares ſunt qualitates indicari nature temperamentū qualis aeris ſanguiniſq; cōditio:de ioue ſimilem fieri cōiecturam:in luna quod albicat humiditatē oſtēdi:quod fuſcedinis aliquid habet frigidam demonſtrari:mercurii quidem colorem identidē permutari qui nūc uiridis uideatur:nunc fuſcus:nunc in alium quoq; uertatur aſpectum:uerūtamen magis fuſcū adamare:quare terrenæ ſiccitati reddi conformiorē:ſic illi ratiocinātur nimis utiq; præter rationem.nam conſequūtur colores elementoꝝ mixtionem quæ nulla eſt in cæleſtibus:nec colore dicūtur ab Ariſtotele participari cæleſtia:niſi quatenus lumē color quidam eſt:neq; uero ſi color indicat mixti aliquam proprietatē:indicabit & lumen naturā corporis præfulgentis/ſiquidem cōiectura fit de colore qui uarius pro mixturæ uarietate putatur emergere. Quare cum nō erit aliud color q̄ luminis euidentia magis aut minus

clari non de cõpoſito/ſed de ſimplici corpore manans/nullũ faciet nobis iudicium cor/
poris illuminãtis. Quid ꝙ certa nobis indago cæleſtibus explorandis ex coꝝ coloribus
nulla foret/etiã ſi ueris coloribus prædicta eſſent interiectu tam uaſti quodq; magis obtur
bet tam multiformis ſpacii fidem coloris penitus auferente. Nec uolui obiicere illis Pla/
tonem ſcribentẽ in phedone nõ eſſe quæ uidemus/nos ſyderũ corpora ſed radiorũ quaſ/
dam reflexiones in aere ſimilẽ ſyderi ſpeciẽ referentes/ſicut in profundo uitã agentes pi/
ſces uident in aquæ ſuprema facie non ſydera ſed imagines ſyderũ quaſiq; dixerim radio
ſas umbras: Verum ſiue hoc ſiue ipſa ſydera cõtuemur nemo neſcit initiatus ſacris philo/
ſophiæ uariari colores mirũ immodũ rerũq; uidẽtur interuẽtu corpoꝝ multiformiũ. De/
niq; dubiũ apud medicos/an quod putat Galenus ex odore/colore/ſapore/tactu/cogno
ſci uires & proprietates herbarũ poſſint. Idque multis tum Auerrois rationibus: tum expe
rimentis falſum demonſtrari: porro de ſolo cõſequi nos id poſſe colore nemo ſuſpicatus
eſt: rerum inq̃ illarũ que ſub oculos/ſub obtutũ babere dies integros poſſumus/nõ motu/
nõ ſpacio/non luminis multitudine cõiectantis induſtriã ſtudiũque interpellãte. Quis
igitur de cæleſtibus hoc audeat polliceri: quanq̃ colores corpoꝝ illoꝝ ueriſſime quoq; no
bis ĩmixti/ſinceri/puri renũcientur. Calcis candor a niue fere non uincitur/cum ſit tamen
in calce plurimũ caloris: in niue cõtra plurimũ frigiditatis. Errat autẽ Auenrodam nimis
imprudẽter qui falli nos quidẽ in terrenis rebus colore credit/in cæleſtibus minime: qm̃
illa mixta ſint ex elementis/cæleſtia nõ ſint mixta. Nam hinc maxime ſcimus de cæleſtiũ
natura fidẽ adhibendã non eſſe coloribus/qm̃ ex elemẽtis nõ ſunt mixta: cũ tantũ poſſit
indicare naturã corporis color/quantũ mixturæ nobis ĩdicat modũ. Præterea(quod mox
dicebamus)interiecta tam uaſta regione corpoꝝ multitudo/nõ poteſt quicunq; fingãtur
ibi colores nõ peruertere interpollare: quod uel ipſa demonſtrat ſuper iſtis coloribus na/
ta uarietas opinionũ. Negat enĩ Aboaſar tales cæleſtes colores planetarũ eſſe qualles nar
rauimus ſupra/creditos ab his qui de coloribus ſydera iudicarũt/quippe ſtellam ſaturni
plũbi potius referre colorẽ q̃ qui terre fuſcedinẽ repſentet: nec albedinem eſſe in ioue: nec
itẽ ueneris eſſe ꝓpriũ candorẽ: tum ſi mars ideo calidus dicitur quia rubeus eſt multo ſo/
li rubrũ colorẽ magis deberi qui ſit marte calidior. Albam lunã neminẽ putaturũ qui nõ
careat oculis: nõ nihil diuerſa uidẽtur quæ de coloribus planetarũ ex ueterũ monumẽtis
in naturali prodũtur hiſtoria: ubi candidus ſaturnus: iuppiter clarus: uenus nũc candens
cũ lucifer dicitur: nunc fulgens cũ ueſperi nomen habet: mercurius radians: luna blando
colore deſcribitur: omnino quod dicitur in mercurio uariare illũ coloribus: quare naturæ
quoq; multiformis & mutabilis eſſe de fallaci naſcitur euidẽtia. Neq; enĩ ꝙ mercuriius hu
iuſmodi ſit hoc cõtingit uerũ quoniã ſoli proximũ ſemper magna ex parte uidetur prope
finitorẽ/qua cæli parte multiplices(ut teſtatur Ptolemæus)halitus humiditateſq; terrenæ
uerſipelles aſpectus/& colores ſtellarũ multiuagos repſentant. Nulla igitur iſta de colo/
ribus ait Aboaſar cõmentatio/ꝓbabilitatis fide coloratᷣ: a qua tamẽ ut ait Aboaſar aſtro
logoꝝ uniuerſitas pẽdet. Aboaſar ipſe reiiciens memoratas rationes putat ex primis qua
litatibus quas planetæ ꝓducunt coꝝ natura poſſe cognoſci: quod etiam Ptol. admonuit:
quare ſaturnũ auctorẽ frigoris & ſiccitatis experimẽto dephendi: nam uigere in corpori/
bus has qualitates cũ fuerit ipſe gubernator ãni: ſic de marte de reliquis obſeruatũ. Quas
quiſq; corporibus elementariã influat affectionẽ. Ex his uero de tota natura planetæ cõ/

Galenus
Auerrois

Error Auen.

Varie ſentẽ/
tiæ de plane
tarũ colori/
bus.

iectan ſiquidē cum frigus & ſiccitas opera ſaturni uitæ ſint aduerſa/maleficū ſydus ſatur/
nus infœlixq; decerni:maleficū quoq; martē ob æſtum caloris adurētis īmodicæq; ſiccita
tis:contra iouē & uenerē ſtellas eſſe beneficas ob caloris naturā & humidi:quibus quali/
tatibus uita cōſeruatur:ſic in aliis argumentatur.Ad quattuor deniq; illas qualitates oīa
referens frigus/humorē/calorē/ſiccitatē.Sed huiuſmodi ratio pendet ab experimētis.Nā
frigoris effectiuū ſaturnū potius q̄ caloris nō ꝓbat ratione:quod pauloante cōfutari ſace — Cōſutatio er
re conabātur/uerum experimēto/quaſi compertū ſenſus euidētia/quod falſiſſimū putant — roris Aboa.
multi philoſophoꝝ aſſerentes nullā ſtellā frigoris & ſiccitatis eſſe ꝓductricē:quaſiq; con/
ſtet inter eos quæ cuius qualitatis ſtella ſit opifex:quod tamen ambiguū in luna & uene/
re eſt:Venerē enim frigidā & Abenzagel & Alchabitius: Aboaſar cum Ptolemæo calidā
putat:lunā Ptol.calidā/cæteri frigidā:de mercurio quoq; nō conueniūt:Tum ſi de plane
ta gubernāte annū(ut Aboaſar uult)facta eſt obſeruatio/quomodo poſſunt in ea cōueni/
re:cū tanta ſuper anni domino deligendo ſit ambiguitas opinionū:ut tot fere ſint futuri — Abenzagel.
domini quod aſtrologi ꝓnunciauerint. — Alchabitius.

Caput XIIII Si cōcedamus planetas primas efficere qualitates:nō eſſe ꝓpterea cōce/ — Aboaſar
dendū alios noxios eſſe:alios ſalutares. — Ptolemæus.

c Aeterum ſiue talibus experimētis/ſiue primis adducti rōnibus cōcedimus quæ
de primis qualitatibus dicūt:nō plus efficitur/q̄ influxus ſyderū exploratos in
permutādo aeris ſtatu nō corpoꝝ per iſtiuſmodi primas affectiones:uerū nec
ſalutares has eſſe ſtellas alias noxias:nec quæ ꝓpriæ peculiareſq; ſydeꝝ dotes inde colli
gi poteſt.Primū ſi naturā terræ ſaturni ſtella:ſi martis ignē repſentat.cur aut ille malus/
aut hic:ſi nec terra mala nec ignis malus:ex quibus īnumeri uitæ uſus ſine quibus natura
cōſtare nō poſſit.Nā in uiuentiū quoq; corporibus bilis atra rubraq; nō ſunt noxie ſed ne
ceſſariæ/nec minus utiles quibuſdā mūeribus ſubeundis q̄ uel ſanguis uel pituita:q; ſi no
cere dicatur exceſſu/nocēt eo modo ſanguis & pituita ſi ſupra modū excreuerint. Quod
ſi de mūdo uniuerſali ratio particularis mundi quē hominē appellamus rite ueſtigat̄/in
iuria cognoſcemus aſcribi ſtellis/exceſſum cuiuſpiā qualitatis in humano corpore. Nā q;
elemēta maneant intra fines & p̄ſcripto iure contēta negociū mundi nō faceſſant a cæle/
ſti natura credit̄ eſſe regente & moderante fluxibilē & erraticā materiā reꝝ corruptibiliū.
Cur nō igit̄ eadem ratione cæli potius fuerit/cōtinere frenareq; qualitates in noſtro cor/
pore ſub continuā uitæ diſpoſitionē q̄ alterius excitatu ſuperfluo reliquas perdere totūq;
labefactare: Quare ſi p̄eſt atræ bili ſaturnus cum nihil a cælo nō ordinatū non uiuificū
emanet/nō excitabit illā ad exitium animalis:ſed moderabitur ad conſeruationē:nec ha
bebit a ſtella ſua bilis atra quo magis & uiolētius agat:ſed quo moderatius atq; uiuacius
Eſt enim iſtoꝝ materia quedā congeries elemētoꝝ/efficiens cauſa cælum:ſed efficiens in
unum cogit quæ miſcētur:ac ſub unius cōmunionis pace oīa tēperat aliud alia cæli parte
mouēs ſi diuerſis iſta ſtellis ſubiiciātur:omnibus uero ſimul cum cælo ſtellis ad armoniā
totius unanimiter conſpirātibus. Proinde nemo fallatur ut cum rubræ bili ſaturnū p̄fici
audierit in ſubiectā ſibi qualitatē fieri quicq̄ a ſtella ſuſpicetur:quod ordini bono uitæq;
nō conueniat/cum nō minus compeſcere tumultuantē/q̄ ſuſcitare torpentē intelligi de/ — Mors ñ a cæ
beat cæleſtis præfecture munus:nec mors a cælo ſed a natura:cum uitio ꝓprio quæq; qua — lo ſed a na/
litas ita degenerauerit/ut præfecti ſyderis diſciplinā non ſuſtineat:ſed uel euagetur ī mo/ — tura.

Nullā ꝓfeſſionē eſſe magis iīuriā cælo q̄ aſtrogiam.

dica uel remiſſa deficiat: hoc eſt quod ſemel iterūq; lectorē admonui nō eſſe ꝓfeſſionem cælo magis iniuriā aſtrologicā ſuperſtitione/quæ quicquid a nobis fit præter rationē culpa uoluntatis: quicquid in natura euenit ꝑter ordinē uitio temerariæ labiliſq; materiæ id totum ſyderibus ambit imputare: nec putat illoꝶ ſaluā dignitatē/ſi nō illis indigniſſima quæque accepta referamus. Ita igitur ratio colligatur nō nocere corporibus ſed prodeſſe quattuor qualitates cū ſint modicæ & temperatæ: ſed nō aliter eas a ſtellis ꝓuenire. nō igitur ꝙ ab eis ꝓueniant/ſtellas noxias dici poſſe. Primū neque mars neque ſaturnus ideo mali dici poſſunt: quoniā bilem hic quidē atram ille rubram ſuſcitet in corporibus: quādo neutra/ſi fines modūq; non excedat uitæ noxia/cui potius eſt neceſſaria. Tantū uero abeſt ut exuberet/exitialiter auctore cælo: ut nō aliunde intra modū præſcriptūq; cōtineatur: de qua re diximus abundāter libro tertio: quo loco ꝓbauimus mala corporis cælitus nō ꝓuenire. Quod ſi qualitates huiuſmodi uigoraret cælum/& ultra modum nō ſtatim ſequeretur eſſe malos planetas omnibus martem & ſaturnū: ſed eſſent aliquibus exceſſus iſti ſalutares. Nam & frigidū ſemen radii martis temperarēt. Et plus excaleſcens frigore ſaturni ad competentiā redigeretur. Quare nō poſſet aſtrologus eum cuius in genitura uidiſſet præpotentē ſaturnū atræ bilis incomodis adiudicare. nec quem ꝓ præ ceteris mars afflaſſet æſtibus coleræ obnoxiū ꝓnunciare/niſi qualis natura illis hos illi ſcripſiſſet: uel uſus haberet exploratū. Quod cum ille neſciat nec ueſtiget. Sed de iſtis tantū eexceſſibus qualitatū bonā malāq; fortunā examinet: patet eum in dubio ſemper uerſaturū. Patet itē illud quod dicunt fortunator planeta mutatur interdū in infortunatorē: & infortunator in fortunatorē. Nocet enim iuppiter quādoq; & prodeſt ſaturnus/nō aliter hoc accidere/ q̄ pro materiæ conditione. nō autem pro locoꝶ diſtantiarū ſignorūq; uarietate: quæ ſi forent in cauſa mutationis huiuſmodi/peſſime ſuper ea decretū foret ab aſtrologis ſiquidē poſitionē de primis qualitatibus tuētur. Nam mars in ariete uti magis calefaciet: ita magis nocebit/quod ipſi pernegāt. nam mars inquiūt domū ſuam nō euertit: & uniuerſaliter quælibet uel domū/uel finē uel altitudinē ſtella poſſidens fœlix illis exiſtimatur calefacturū uero magis martē in ariete quis dubitet: ſiquidem aries ut uolūt igneum ſignum eſt: pariter in capricorno ſaturnus noxius/in ariete fœlix erit putādus contra illorū opinionem: quando de capricorno ſaturni frigus & ſiccitas quibus nocere putatur intendūtur: & calor arietis illius rigorem moderabitur. Fœlicior enim erit cū retroceſſerit quod

Alchindus

nō putant: q̄ cum recto curſu ſe mouerit: quoniā ut Alchindus ait/cum regreditur magis calefacit. Eadem ratione mercurius in uirgine nimia ſiccitate nos ledet: & ſolis calor ex leonis calore uiolentius q̄ oporteat nos īuadet: moderatius uero ſalutariuſq; nos afficiet ſi frigidi ſigni mixtione temperatus in nos eius radius diffundetur. Ita multipliciter iſta de primis qualitatibus accepta ratio nō modo ueritati ſed aſtrologorum dogmatis repugnat. Sūt item præter ea quæ diximus adhuc multa quæ illis obiiciamus: ut ſi quæramus cur nō ſtella ſit aliqua dominās pituitæ: ſicut imperat atræ bili ſaturnus: mars rubræ iuppiter ſanguini: Cui ſi lunā aut uenerem dominari dicant/uenus & luna planetis infortu/

Ptolemæus.

nātibus erunt enumerādi/cum nō minus exuberans pituita uitæ noceat q̄ atra bilis & rubra porro ſi luna qualis a Ptolemæo definiatur/infœlix habere præ omnibus aſtri rationem uidebitur: Eſt enim (ut illi placet) parui caloris/humiditatis uero multæ: qua tēperatura nihil putrefactiōi magis obnoxiū: quare ſi noxius, & ſalutaris planeta de primæ qua

litatis influxu iudicatur/erit noxia luna ſoluentis & corruptricis mixtionis effectrix:& lō ge noxia magis q̄ mars atq; ſaturnus:qui ſi nō optimas naturales tamen infundunt qua/ litates:que ſolum nocent nō moderate. Verum quod a luna deſcēdit ipſa ſua ratione eſt immoderatū per caloris imbecillitatē fluente humido neq; cocto ſatis neq; coacto. Quā tamen & Ptolemæus ipſe fortunātibus ſtellis ānumerat uete℞ nixus auctoritati. Et Aboa ſar etiam ioue fælicioreम eſſe contendit. A quo libenter id quoq; ſciſcitaret:cum ſit mar/ te calidior ſol/adiunctaq; ſiccitate:mars infortunatior & inter ſydera fortunātia primus ſol exiſtimatur. Ita enim definit Aboaſar principe loco inter auctores fœlicitatis ſtatuens ſolem:ſecundo lunā:tertio iouem:uenerem quarto:quinto mercuriū:de quo ſibi uidetur diſſentire cum mercuriū ſua natura ſiccum eſſe uelit:& terre naturā ſapere magis q̄ alio/ rum. Quare ſi principia ſua ſequatur debet illum inter noxia numerare. Diſſentiunt au/ tem alii cum inter ſe etiā cum ab ipſo quoq; Aboaſar plurimū:nam magna pars lunā/ſo lem/mercuriū/medios faciunt inter nocentes atque beneficos:quos ut uidimus omnes beneficos facit Aboaſar. Heliodorus & paulus inter ſalutares quoque mercuriū ānume/ rant. Ptolemæus lunam ſalutarem:ſed mercuriū & ſolem mediæ conditionis facit:ut uel iſta eorum inter ſe diſcordia nō parum opinionem iſtam euertat:& artis incertitudinem palam faciat. Adde futurū ſi uera illa ſuppoſitio de primis qualitatibus:ut ex duodecim ſignis cæleſtibus citra controuerſiam ſex infœlicia & infortunantia ſint/omnia.ſ.ignea: omniaq; terreſtria:cum illis abundent hæ qualitates ꝓpter quas martem atque ſaturnū infœlicitatis accuſant. Sed & nouem potius q̄ ſex cum in aqueis quoq; cum frigiditate ſi/ cut putant exitialis humiditas/etiam non qualis ſit aeris ſignis qualiſq; in ioue uenere & planetis aerea hoc eſt uitalis atq; prolifica:ſed aquatica fluxaq; dominetur. Id quod ab/ ſurdum duplici ratione:nam cælum primū omniū corpo℞ maximeq; beneficū maxima ſui parte dānabitur:& fœlicibus aſtris infœlicia ſigna domus erunt:ut ioui piſces & ſagit tarius:ueneri taurus:quæ debent tamen pro nature cognatione diſtribui. Deniq; ſi fortu nas hos planetas uocāt illos infortunia:quoniā de primis qualitatibus quæ uitales/ma/ gis ab his proueniāt:contraq; corruptrices & noxiæ ſunt ab illis:nō plus tamen(ut cū eis benigniſſime decidatur)efficient q̄ ad corporis habitū iſtam uel fœlicitatem uel inſœlici tatem pertinere:qui de primis illis qua qualitatibus temperatur & conciliatur: Ceterum ad externa fortuitoſq; ſucceſſus id etiā deriuari quonā pacto defendent:ſi non illa ſunt infirmiſſa:quæ ſuperius contra iſtā opinionē adduximus. Poſtremo ut nihil ſint oīa quæ nunc diximus dubiū non eſt nimis parum perite parūque cōſiderate facere qui de influxi bus ſyderum penes has primas qualitates reddere rationē uolunt:quod tamē nullus nō aſtrologus facit:nec qui ſe dogmatis huius artis naturales cauſas afferre poſſe gloriātur alio tandē ſe cōuertunt q̄ ad elementales huiuſmodi affectiones. At uero ſiqui ꝓprii par/ ticulareſque ſyderū ſunt afflatus:hi non huiuſmodi qualitates/ſed occultas uereque cæ/ leſtes uniuſcuiuſq; ſtellæ ꝓprietates conſequūtur:ad quas etiam ſolent in terrenis rebus referre quæcunq; ſupra elementalē naturam/infra corporis tamen terminos/attollere ſe uidētur:in quibus multas interdū uidemus dotes atq; uirtutes non ſolū de mixtione qua litatū elementaliū non prouenietes ſed diſſentiētes etiam ab illa. Quēadmodum mira bolani quidē temperatura frigida & ſicca plus ad mortē facere uidētur q̄ ad uitā: in quo tamē ſecretioris naturæ priuilegio ad uitā prorogandā uegetandāque mirabilis eſſe cre/

Ptolemæus. Aboaſar

Heliodorus Paulus

ditur efficacia. Multo magis & iuppiter & ſaturnus & natura omnis ſuperior ſiquæ putãt aſtrologi influunt nobis/etiam ſi hic quidem planeta frigidus & ſiccus/ille calidus humidusq́ʒ cenſeatur: multa tamen ea quæ præcipua nõ per has qualitates/ſed per alias radiorum ſuoꝝ occultas uires agere ſunt putandi: Tum quare illorum naturæ magis hoc congruat: Tum ꝙ opera ad eos relata ab aſtrologis nõ poſſunt ut demonſtrauimus ad qualitates illas affectionesq́ʒ referri. Quod ſi eſt patet rõne illas dephendi nõ poſſe quod hoc loco ꝓbandũ ſuſcepimus. Reſtabit experiẽtiæ uia de qua libro ſequẽti late diſputabitur.

## Caput XV Rationes aſtrologoꝝ de dominis dierũ & horaꝝ: anniſq́ʒ planetarũ inefficaces eſſe: tum aſtrologos ſæpe uti demonſtratione circulari.

C Onfutauimus omnẽ modum quo ſe planetarũ uniuerſales ꝓprietates ꝓbare poſſe confidũt: ut a locis ſphærarũ & terræ ſitu: uel a coloribus ſtellarũ uel influxu primarũ quattuor affectionũ: reſtant argumẽtationes quibus nonnullas particulares magis planetarũ colligunt cõditiones: he uero uel a parabolica ſimilitudine: uel ab aſtrologicis: uel a ſphærarũ ordine eliciũtur: a ſphæris ut in dominatu dierum & horarũ: nam horã diei primæ gratia exempli dantes ſoli: dãt reliquas planetis: qui deinceps ex ſphærarũ poſitione ſuccedunt atque hinc dierum diſtributio naſcitur ut illi planetæ dies aſcribatur cui facta per ordinem præcedentẽ horaria diuiſione primæ diei hora contigerit. Hec autem ſuperioribus ample confutãtur: ubi ꝗ futilis iſte modus argumentandi: ꝗ rurſus in ambiguo poſitus adhuc orbiũ ordo: ꝗ in cæleſtibus uane cogitata imperandi ſucceſſio declauerimus: ꝑter quæ poſſumus illud quoq́ʒ aſtrologos percũctari: quænam ratio chaldeis & ægyptiis/auctoribus huius ſuperſtitionis primã totius tẽporis diẽ demonſtrauerit: Neque enim uti poſſunt auctoritate legis moſaice niſi credant eidẽ aſtrologos cum omni diuinatore prorſus exterminãdos. Ab aſtrologicis ratiocinantur cũ tot uitæ annos largiri planetã quẽpiam dicunt. quoniã tot in zodiaco fines poſſideat. Eſt enĩ tam incertũ quod de finibus ſumitur quaſi conceſſum/ꝗ quod inde de annis eſt ccomprobandũ: quãꝗ tamen ſi uerum quod de finibus nolunt (nulla tamẽ auctore Ptol. Ratio cõſequentiæ: ut per tot annos uiuendi nobis ſpacia decernãtur. Peccant autẽ & in his ſæpe ꝙ qui circulo ꝓbant/alibi de annoꝝ numero finiũ numerũ: alibi ex finibus annos colligentes. Ab ariete annũ auſpicantur: quoniã primũ ſit ſignorũ: quod tamen primũ eſſe in continuo circulo ſolent inde monſtrare/ꝙ initium. ab eo temporis ordinamur: ſic & locum ſecundum ioui reſpondere: quia rem faciat atq́ʒ portẽdat: & iouem rem facere atque portendere quia ſecundo loco reſpondeat argumẽtantur. Ad hoc exemplum plurima inuenies in eorum libris: ſed & longe magis ridicula: præſertim ſi in Aboaſaris incidas libros apud quem nuper hoc legebam lunam largiri annos centum & octo: ſol annos centum & uiginti: nam deficere lunam a uita ſolis annos duodecim/quippe quæ uim nõ habeat niſi poſtꝗ a ſole gradibus iam duodecim fuerit elongata: ut iam nihil ſit mirum gloriari Aboaſarem ſe dogmatis aſtrologici plene reddidiſſe rationẽ. Cum nihil ſit a deo irrationale quod nõ ei ratio uideat᷑. Par inſania cum annos breuiores ſolis decem & nouẽ ideo eſſe dicunt: qm̃ per hunc numerũ medio motu luminaria coniũgunt᷑: ubi nihil oĩno cõmune: nihil cõnexum: nihil ſequens antecedẽtibus cum ſequẽtibus: hi tamen ita argumentãtur: poſt hunc annoꝝ numerũ coeunt ſol & luna medio motu. igitur totidem an/

Confutatio.

Anni principium.

Quare luna annos. cviii. ſol. cxx. largiat᷑ ſecũdũ Aboaſ.

Anni minores ſolis quare. xix.

nos dat ſol cum pauciſſimos dat: ſimile enim ac ſi dicatur homo duobus oculis naſcitur, ideo ex duobus quoque parẽtibus naſcitur. Parabolica ſimilitudine ſic utunť: luna cæli ianua eſt. igitur os ſignificat: eſt enim ianua fere os domus & os cibi ac ſermonis ianua: barba itẽ ad idẽ attinet ſydus quod inſtar lunæ identidẽ renouatur. Subiiciũtur aũt aures ſaturno: quoniã ſublimes tenẽt in capite partes ſicut in cælo ipſe ſaturnus qui eadẽ rõe qm̃ ſ. eſt ſupremus proceros hoĩes parit: quod illius tamẽ naturæ nõ cõuenit ſiquidẽ ſiccus frigidusq; decernitur: Hæc ſunt rões aſtrologorũ quibus cæleſtia ſua dogmata fulciũtur: q̃s non ego rõnes ſed uel errandi uel ludendi uocauerim occaſiones: quibus auditis tam patet uanitas dogmatis q̃ ſolet ueris auditis firmitas ĩnoteſcere. Quare ſatius illis fuit hæc uelo aut ciſta quaſi orgia regere ſuſpicionẽ myſterii relinquẽtes/ q̃ dũ rõnales uideri uolũt ſuis ipſimet rõnibus quaſi ꝓpria manu accuſationi ſuæ ſubſcribere: cum non ſit aliud cas audire q̃ quid aſtrologos in errorem duxerit intelligere.

Diſputationum Ioannis pici Mirandulæ aduerſus aſtrologos libri decimi finis.

## IOANNIS PICI MIRANDVLAE DISPVTATIONVM ADVERSVS ASTROLOGOS LIBER VNDECIMVS.

Caput primũ Ex his quæ hactenus ſunt probata patere aſtrologiam experimẽtis nõ eſſe comprobatam: tum idem multis rationibus probari.

ra uero ad id exemplū leuiſſimis ſcilicet oīa cōiecturis: & tenui nixa diſſimillimaq; ſimili tudine/etiam rerum terrenarū/qualia ſunt illa fœlices eſſe planetas cum procedūt infau ſtos cum retrocedūt/cunq; etiam ſtare creduntꝰ: quaſi negent retrocedentes/quod ꝓmiſe rant: expediant ꝓcedentes quod pollicentꝰ: morentur ſubſiſtentes/quod largiuntꝰ: Defici entem ſolē & lunā parere magnas calamitates. Nam hæc imprimis terrificant ignota. cā quaſi uel deſerentibus nos deis uel abrogantibus: in apogeo poſitis ſtellis naſcentē exal/ tari/qm̄ is locus etiā ſit altiſſimus/partes lunæ: tam aliorū deinde ſyderum: poſtremo & auenæ: & fabarū quis inuexerit. error explicatū lib. octauo. Poſtq; autem hmōi cōiectamē tis hæc dogmata fundauerunt cæperunt geneſes obſeruare naſcentiū/& ſi ſemel aut iterū caſu dogmata reſpondiſſent experimēto nulla iam fides nulla maior erat auctoritas/ut ſi forte gratia uerbi natus aliquis marte ſcorpiū occupante bello claruiſſet/indubiū habeatꝰ ſcorpiū eſſe martis domiciliū/quaſi nō longe ſit aliud marte ſic poſito aliud a marte bel/ licoſum naſci quaſiq; ut diximus experiri fideliter quicq̄ poſſent in celeſtiū motibus tanta delinquentes. Annotabāt igitur etiā quæ euenerant dn̄o genituræ cuiuſpiā themate & re/ gulas inde canoneſq; cōdebant qm̄q; non erat hæc uia uerorum experimentorum: ſed illis pro ratione caſus atq; temeritas/ideo & aliis/& iiſdem etiā alias obſeruantibus/aliter contin gebat: quo factum ut tot euaſerint ꝑene aſtrologiæ/quot erant obſeruantes: unde illa cō/ fuſio pugnantiaque oppinionum quas proximo libro late ſumus executi.

Retroceſſio

Defectus lu/ minarium

Caput VI. Quibus fomentis aucta quomodo propagata.

ſ Ic de nugacibus orta coniecturis fallacibus adoleuit experimētis/fota ſeculi ui tio: nutritaq; hominū curioſitate: nullo nō auido futura de ſe ſciendi/atq; ea/e cælo ueriſſime peti: quotus enim quiſq; de populo de ſcholaſticis etiā q̄ nō re/ cte de cælo petuntꝰ iſta: cognoſcat. accedebāt principiū ſtudia nihil nō credētium ob im/ peritiam: nec non ſperantiū ob cupiditatē. quibus ſi quando de cælo fœlicitas pronūcia/ batur. (pronunciabatꝰ autem ſemper) tamen nolebant euerti aſtrologiā q̄ ne iſtam quoq; fœlicitatem. prædicebāt interdum uera/nunc temere: nunc aſtute: nunc demone ſuffragā te/modis quos explicauimus. quod cui etiam non ſuccedat multa prædicenti. Tum uero plauſus acclamationes/& tum mile mendacia ſtatim obruebat obliuio: ſed & multa illis fides auctoritaſque ab oraculis non modo probantibus iſtā artem/ſed exercētibus. Inter/ rogatus apollo mas an fœmina naſceretur. fœmina reſpondit: quoniā in cōceptu ad ue nerem luna ferebatꝰ. quod uero maius teſtimoniū profeſſioni q̄ deos habere auctores: no uerunt ſcilicet improbi demones ſic nō ſolum a noſtris/ſed a platonicis quoq; nuncupa/ ti/nouerunt in q̄ ſub una ſuperſtitione quantū mundo ueneni ꝓpinarent quod cum alti us in uenas penetraſſet primū quidem fidem adimeret religioni/ſummo hominū bono/ quaſi de cælo pendente fatali neceſſitate quaſi nulla miracula: nulla diuinitus præcogni tio futurorū: ſed ui cōſtellationū omnia ꝓuenirent: tū uitiis patrociniū faceret cælitus in nos deſcendētibus/atq; adeo fortaſſe bonis ſiquidē quæ a natura bona omnia ſunt (infice re demū bonas artes medicinā & philoſophiā ut quas non euerteret/ſicut nec theologi/ am/contaminaret tū & philoſophiā quidē a rationibus ueris ad fabulas: medicinā a na/ turalibus efficacibuſque remediis ad uanas obſeruationes/& anilia deliramenta con/ uerteret fieretque una peſtis peruerſæ ſuperſtitionis & corpori & animo ſimul exitialis: ui debant peſſum ire prudentiam pro qua iam conſuleretur aſtrologia quid agendum:

Quare de/ mones aſtro logiam pro/ barint.
Quot reb9 noceat aſtro logia.
Religioni.
Vitiis patro/ cinatur
Bonis artib9
Philoſophie
Medicinæ.
Prudentiæ

Aſtrologia tegmen aliarum ſuperſtitionum.

quo tempore:qua ratione ſedens in ipſa ſtollidiſſima uanitas uitæ clauũ in manu teneret
poſtremo ſperabãt fore quod euenit quæ una de cælo mathematiciſq; ſupputatiõibus ca
ptaret auctoritatem/reliquarum ſuperſtitionum minus fraudem diſſimulatam/minus fu
catam infirmitatẽ/obtegeret.nec uanæ putarentur quæ cæleſtis doctrinæ ſequaces appen
dices/& alumnæ forent.neque enim ulla eſt ut oſtendimus lib.primo quæ quidẽ aſtrolo/
giam uel ſociam/uel parentẽ/uel ducem non agnoſcat.An non dignares igitur pro qua
ſe quoq; facerent aſtrologos demones nocentiſſimi.nihilque nõ procurarent/quo magis
indies peſtifera perſuaſio ſenſus hominũ ſtudiaq; poſſideret:nam uſos demones in ora//
culis aſtrologorum regulis/credẽdum ob aliud ꝙ̃ ut fallerent ideſt fallaciæ fidem facerẽt

Porphirius.

quis addubitet etiam porphirianus.quando ipſe porphirius tunc mentita dicat oracula

Superſtitioſa medicina unde orta.

cum aſtrologicis nixa dogmatis reſpondebãt quod non eueniſſet ſi uera foret.futurique
præmonſtratrix quando in ea lattere demones peritiſſimos rerum naturaliũ/nihil pote//
rat his fomentis adulta præſidiiſque munita ægyptios & chaldeos penitus occupauit/pe/
peritque ſtatim apud eos ſuperſtitioſam medicinam ſcripſit enim necipſus in ægypto.qui
decanus quem morbum faceret:cuiuſque rurſus decani poteſtate curaretur:rem habitam

Magia unde & quid ſit.

Libri de uera fide aduerſus ſeptem hoſtes.

in arcanis interque miſteria quaſi non arbitraria ut demonſtrauimus ita partitio decano
rum irriſaque & neglecta penitus a Ptolemæo.hinc ſtatim emerſa magia/quæ non eſt ali
ud ꝙ̃ complexus idolatriæ aſtrologiæ ſuperſtitioſæque medicinæ quæ ſicut alias quoque
ſuperſtitiones in libris de uera fide aduerſum ſeptem hoſtes ſingulatim confutauimus.

## Caput VII. Quomodo ab ægyptiis ad alios Aſtrologia deuenerit.

a B ægyptiis & caldeis ad græcos aſtrologia deuenit:ſed per auctores igno//
biles Nam excepta domibus circulatorum/licium & academiam non intra
uit:Sed nec in porticum:quoque licet procurante thalete cõcorditer admiſ

Epicurus

Ptolemæus.

ſa nec qui poterat atomis & uacuo aſtrologiæ tamen credere potuit epicu//
rus primus centeſimo & quadrageſimo poſt chriſtum anno bene audiens in litteris eam
coluit Ptolemæus ſed parcius ꝙ̃ cæteri/ita ut non tam inſaniæ iſti fauere ꝙ̃ modum pone
re uoluiſſe uideatur:utcũque auctoritas unius hominis ſemper mathematici/raro philoſo
phi:tot contra in mathematicis philoſophiaque hominum clariſſimorum obſtãtibus præ
iudiciis/relabitur.Rapuit nomen Ptolemæi græcos aliquos in errorem/alioquin ad ſu//
perſtitionem propenſos ut porphirium cuius nimiam in cultu demonum operam curam
que ſuperſtitionum & præceptor Plotinus/& diſcipulus iamblicus dannauerunt.A græ/

Ptolo.

Aboaſar.

cis ad arabas maiori tamen auctoritate deuoluta mirantibus illis quicquid a græcis ſcri//
ptum inueniebant/& in nominibus ægyptiorum & caldeorum uanam illam antiquitatis
ſpẽm ſuſpicientibus ſicut autem acceptam illam a barbaris repurgauit pro uiribus circon
ciditque Ptole.prudentiſſimus aſtrologorum ita acceptam a græcis Grammaticus quidã
aboaſar & ſcriptor hiſtoriæ refert nugis & fabulis innumerabilibus/fecitque aſtrologiam
pene tanto peiorem aſtrologia Ptolemæi/quanto bonis artibus peior eſt aſtrologia/fa//
ctus homo ad inanem loquacitatem/nec modo phyloſophiæ/ſed aſtronomiæ quoque fe
re penitus inſolens/ſugillatus a doctiſſimo quoque aſtrologorum:multitudini gra//
tus apud quam magnus qui plura dixerit/non qui meliora. Creuit autem per ea

Nota.

Alphonſus.

tempora ſtudium mathematicæ ſicut totius quoque philoſophiæ diſciplinarumque
omnium in hiſpania/in qua cum regnaret alphonſus in numeris mathematicis.

& celeſtium motuũ ſupputatione diligentiſſimus amaret quoq; diuinatricem uanitatem
alioquin philoſophiæſtudiis nõ imbutus & in eius gratiam arabum & græcorum multa
eius artis monumenta ad nos peruenerunt/per Ioannẽ præſertim hyſpalẽſem & Micha/
elem Scotum ſcriptorem nullius põderis multe uero ſuperſtitionis. Amplexatus hæc pri/
mum Albertus ut pote noua/natus enim per ea tẽpora ſed puto nõ tam ſenex probauit q̄ Albertus.
Iuuenis ſicut & magica adoleſcens cum uulgaſſet matura ætate deteſtatus eſt ſanctiſſimã
in coenobio & inculpatã uitam degens Factum tñ tempore ꝓcedẽte cum diuturnitate tra
ditionis: tum multitudine ſcriptorũ & quadã cum mathematica aſtronomia/tam nomi/
nis q̄ ſubiectarum rerũ/affinitate: ut fere in controuerſiã iam ueniret an ſine fallatia ſcien
tia. an ſuperſtitio foret. uerũ licet tam multis ſeculis a multitudine excepta cuius ꝓprium Nota.
nihil ſapere a ſuperſtitioſis exculta/quorũ ſcire delirare eſt: curioſis quæſita nullo iudicio
uiris ita ſemper ut primo libro monuimus a prudentibus a philoſophis/ſanctiſſimis uiris
irriſa cõfutata ꝓfligata fuit. Nam quo tempore cum idolorũ cultus in ægypto atq; caldea
cunq; omnium uanitatũ inſania adoleſcebat/apud hæbreos ueri dei cultores per Moſen/
per Eſaiam: per Hieremiã per alios ꝓphetas: uoce/ſcriptiſq; damnabat in græciam cum
uenit Pythagoræ non placuit auctore & diogene & Theodoreto. platonici & peripateti/
ci ne dignam quidẽ putauerunt de qua uerba aliquando facerent. ut quã inter artes circu
latrices haberẽt. Eudoxus Gnidius legiſlator prudentiſſimus(ſcripſit enim leges ciuibus
ſuis) idẽ magnus ſub Platone philoſophus in mathematicis uero princeps ætatis ſuæ om
nium conſenſu/nullo modo credendũ aſtrologis affirmauit ſcriptumq; reliquit: fecerunt
idem aliquot poſt annis caſſander ac Archelaus inſignes mathematici fecerunt Panetius
& Carneades graues ueriq; philoſophi. Romam quotiens ueniebant uel ex egypto: uel ex
babilonia diuinatores iſti: totiens eos romana illa prouidentia ſeueriſſimis legibus urbe
ſubmouebat. ſic ſub Tiberio: ſub Vitellio: ſub diocletiano: ſub Cõſtantino: ſub Grationo:
ſub Valentiniano: ſub Theodoſio: uel deſerere profeſſionẽ uel pænas dare profeſſiõis co
acti ſunt. Hadrianus horum præſtigiis cur ſit delectatus ſatis maniſeſtũ/nam propẽſione
quadam naturæ ægyptum ſic adamauit/ut nihil ægyptiacum poſſet illi nõ placere quo tẽ
pore tamen phauorinus illos aperte: Pultarchus obliq; grauiſſimo uir iudicio ſugillauit.
Mox ſub Ptolemæo cum parꝝ uiſa eſt honeſtari ſtatim & plotini magni platonici: & Ale
xandri aphrodiſiadæ inſignis peripatetici & Origenis in omnibus diſciplinis eminentiſſi
mi/iudiciis infamata eſt Cũ ad arabes uenit detinuit quidẽ Abẽzageles & Aboaſares/nec
dialecticos homines: nec philoſophos Auerroes & Auicẽnas nõ detinuit. ubi uero in aca
demia pariſiẽſi primitus apparuit uix impetratũ a curioſis quin internicioni data ſub igni
bus deliteſceret: cunq; aliquot poſt annos honeſtare eam Rogerius bacchon & alii qui//
dam conarentur. Reſtiterunt eis uiri doctiſſimi Guielmus aluernius epiſcopus pariſien/
ſis: & poſt eum Nicolaus oreſmus mathematicus excellens: & Henricus ex haſſia: & Ioan
nes caton: & brenlanlius britanus aſtrologiã non ſolum qua parte ledit religionem/ſed
plane totam/ut uanam falſamq; deteſtantes: quare non ita unquam artis nomen obtitu
it ut in præſcriptum abierit. Nam ſemper aliquis ueritatis patronus obnunciauit.

Finis

Diſputationes has Ioannis pici Mirandulæ concordiæ Comitis/litterarum princi
pis/aduerſus aſtrologos: diligenter.

Conmentationes Ioannis Pici Mirandulæ in hoc uolu
mine cõtentæ: quibus anteponit̃ uita per Ioannẽ fran/
ciſcum illuſtris principis Galeotti Pici filium cõſcripta.

Heptaplus de opere Sex dierum geneſeos.

Apologia tredecim quæſtionum.

Tractatus de ente & uno cum obiectionibus quibuſdã:
& reſponſionibus.

Oratio quedam elegantiſſima.

Epiſtolæ plures.

De precatoria ad deum elegiaco carmine.

Teſtimonia eius uitæ & doctrinæ.

Exibunt propediem diſputationes aduerſus aſtrolo
gos aliaq; complura tum ad ſacra æloquia tum ad
philoſophiam pertinentia.

Ioannes Franciſcus Picus Mirandula Ludouico Mariæ ſfortiæ uicecomiti Anglo Mediolanenſium duci Salutem.

Qui uiroꝝ illuſtriũ uitas illuſtriſſime princeps lectiõibus poſteroꝝ exaratas tradiderũt alii id
egere ut coꝝ noĩa q̃bus aut ſanguinis neceſſitudine deuicti aut parta diſciplina obnoxii redebant̃
edaci uetuſtate nõ exoleſcerẽt ſed ab obliuionis iniuria ꝓrſus uindicarẽt: qđ pietatis genus plinio
auũculo plinius & plotino p̄ceptori porphyrius exhibuerũt. Alii uero id ipm & quidẽ auſpicatius
effecere ut. ſ. nõ tã æternæ defunctoꝝ memoriæ q̃ ſupſtitũ cõparãdæ uitæ cõſulerẽt: ideoq; hilario/
nis Hieronymũ: Athanaſiũ antonii: Martini ſeueꝝ: paulinũ ambroſii: ſtudia indefeſſa: mores ex/
actiſſimos: opa præclariſſima chartis mandaſſe cõperimus: unde & dei gloria ſe p orbẽ diffudit &
hoĩes ad bene beateq; uiuẽdũ: & doctrina & moribus etiãnũ cõcitant̃: quoꝝ illectus exẽplis opæ/
pretiũ me factuꝝ putaui ſi uitã Ioãnis pici ſtilo ꝓſequerer: tũ ut patruo eidẽq; p̄ceptori cuius ſpiri/
talibus beneficiis auctus & cumulatus ſum quaſi debitũ munus exoluerẽ tũ ut hoĩem & noſtro &
futuris ſeculis ꝓponerẽ admirandũ: eius. n. exemplo mortales & ad frugalitatẽ inſtitui & impen/
dentis obitus poſſunt admoneri ſed & doctrina abunde locupletari cũ inter oĩfariã litteratos no/
ſtre tẽpeſtatis (ne citẽ antiquitatẽ) extra oẽm aleã principẽ locũ obtinuerit: inuidioſum fortaſſe uer
bũ ſed ꝓcul dubio ueꝝ: ſed his cõpertũ qui eũ intus & in cute (ut dici ſolet) explorauere nec illis fu
turũ abſonũ: q quinq; illũ nouiſſe linguas humanã & diuinã philoſophiã calluiſſe: cũctaſq; hauſiſ
ſe diſciplinas que in uſu ſunt mortaliũ: ſed quaſdã eruiſſe de tenebris: quaſdã etiã excogitaſſe: nec
dũ undena trieteride pſunctũ: aliqñ nouerint. Fidem ampliſſimã faciẽt cõtẽtatiões illæ nunquã
ſatis p meritis celebratæ que in p̃ntia ꝓdeunt in publicũ heptaplus apologiaq; & tractatus de ente
& uno aliaq; cõpluſcula: oĩa adeo illuſtria ſuapte natura totq; ſapientũ uiroꝝ cõmendata iudiciis
ut qui eadẽ uel damnet uel minus ꝓbet aut nõ ſũmis efferat laudibus protinus idem cõtra ſe ferre
ſñiam uel ignoratæ litteraturæ uel maleuoli animi ſuſpitioni ſit: inuidere ei tã multi p̃nt q̃ uel oẽs
admirari uel pauciſſimi imitari uel nemo reprehẽdere: reliquæ illius ſcriptiones ſequẽti ordine in
uulgabunt̃: potiſſimũ aſtrologicæ peſtis cõfutationes. Multis laboribus elucubratæ. Multis ſuſpi/
riis ab hoĩbus bene inſtitutæ mẽtis & expectatæ & flagitatæ multaq; opa a nobis in unũ ex litura
to & multas in partes diſcerpto exẽplari redactæ que ꝓxime foras exhibunt ut q̃ citiſſime fieri poſ/
ſit uiuifico ſuo ſplendore caligãtes oculos & tabifico ſupſtitionũ uapore infectos illuſtrent hos li/
bros ſi a tractãdis regni negotiis ſeriatus interdũ deguſtaueris: Fies extra oẽm cõtrouerſiã certior.
Aſtrologoꝝ dogmata meraciſſimas eẽ nugas & ueluti ſõnia dilirãtiũ eorũq; præſtigiãs his monu
mẽtis patefieri: quibus lectis atq; intellectis uanitatis iſtius profeſſores qui noſtrates imitati ranas
diu coaxauerunt niſi in apertã inciderint inſaniã macedonicaꝝ more cõticeſcẽt id qđ forte inter/
diſceptandũ ſup hoc negotio me tibi aliaqua ex parte teſtificatũ memini: Hec interim libenti ſu/
ſcipies aio que nulli magis q̃ tibi dicanda cenſui ut meã in te fidẽ & obſeruantiã quã dũ tuis mere
rẽ ſtipendiis pſpectã & exploratã habuiſti nõ mõ nõ traditã obliuioni ſed & pſeuerare & augeſce/
re indies agnoſceres: nõ ingratã ẽt me tibi rẽ factuꝝ ſum ratus qñ ea libroꝝ dignitas ſit ut inſcribi
eos ſibi maximi reges honeſtũ ſemp & glorioſum ſint arbitrati: Reliquũ eſt ut quo te amore ꝓſe/
quor ad bipartitæ iuſtitiæ obeunda munera exhorter atq; ad iugiter cõminiſcẽdũ inuitẽ (qđ prudẽ
tiſſimi principis ſemp eſt offm) nõ tã honorẽ q̃ onus eẽ ꝙ regnes ut ſpectatis circũquaq; q̃ & hoĩem
& principẽ hoĩem obſideant ĩpedimẽtis eadẽ moderatiſſimis affectibus ſupare poſſis æternãq; tibi
felicitatẽ ꝓmereri. Vale princeps clariſſime: Mirandulæ Kalen. Martii. Mcccclxxxxvi.

Ioannis Pici Mirandulæ Vita

# IOANNIS PICI MIRANDVLAE VIRI OMNI DISCIPLINARVM GENERE CONSVMATISSIMI VITA PER IOANNEM FRANCISCVM ILLVSTRIS PRINCIPIS GALEOTTI PICI FILIVM EDITA.

Oannis Pici patrui mei uitam ſcribere orſus: præfandum lecto/
ribus ĩprimis duco (ne aut ꝙ fratris filius: aut ꝙ diſcipulus fuerĩ
me aliqd in gratiam: blandientiũ more: dictuꝝ ſuſpicarent̃) Ni
hil hic amiciciæ datũ: Nihil familiæ nihilq; beneficiis quæ ma/
xima ꝓfecto in me extiterunt ficticia laude repẽſum. Tantũ qp/
pe ab adulatione ſciuncta eſt narratio mea: quantũ abfuit adu
landi neceſſitas: tantũq; caui ne me/uel mentiũ/uel uehemen/
tẽ/in laudibus legentes arbitrarent̃: Si quicqd de ipſo cõceperã
litteris tradidiſſem: ut illud fuerit fortaſſe ꝑiculum: ne parcũ potuerint/uel ipſemet uirtu
tes excelſe/uel eaꝝ aſſertores/coarguere: Quod uel hoc argumento uidere licet: cũ plu/
rimæ doctoꝝ noſtræ ætatis hominũ/& ex primoribus quidẽ/elucubratiſſime ſcriptiones/
nõ modo his quæ ſumus dicturi locupletiſſimũ reddiderint teſtimoniũ: Sed dum uteret̃
hac luce/& poſtq̃ eã cũ potiore cõmutauit/in eius me & moꝝ & doctrinæ præconiis præ/
celluerint: quaꝝ nõ nullas in huius libri calce poſt cõmentationes ipſius adſcribi iuſſi: ut
firmior teſtibus nõ gentiliciis fides adhiberet̃. Paternũ genus (licet ab Conſtantino cæſare Paternum genus
ꝑ Picum ꝓnepotẽ a quo totius familiæ cognomentũ memoriæ ꝓditũ ſit traxiſſe primor/
dia) miſſum facientes ab ipo tempore natiuitatis ſumemus initiũ. Tum ꝙ familiæ forſan
nõ minus honoris ille cõtulerit: q̃ acceperit: Tum ꝙ ꝓprias animi dotes/reliquaq; totius
uitæ & obitus ſeriem ꝑſeferentia: quæ uel ꝓpriis/aut auribus/aut oculis hauſi/ uel ab gra
uiſſimis excepi teſtibus apienda duxerim: Poſthabitiſq; & ſtemate/& præclaris auoꝝ fa/
cinoribus recenſenda: Anno a partu uirginis tertio & ſexageſimo ſupra mileſimũ & qua
drigenteſimũ pio ſecundo pontifice maximo eccleſiæ præſide & Federico tertio habenas Mater iulia
imperii Romani moderante. Mater iulia ex nobili boiardoꝝ familia: Ioanni frãciſco pa/ Io. frãciſcus
tri: ultimo eum partu peperit: Iam.n. Galeottũ maiorẽ natu: ex quo ſum genitus: & An/ pater
toniũ Mariã: Sororeſq; duas enixa fuerat: Quaꝝ altera Leonello iam cõiugi Albertum Galeottus
Pium ex carpi principibus unũ edidit: nũc Rodulphi principis Gonzagæ cõſors. Altera Antonius
Pino ordelapho foroliuiẽſi principe: cui iampridẽ nupſerat uita functo: montis agani co maria frẽs
miti ſecundas nuptias cõceſſit. Prodigium haud paruũ ante ipſius ortũ apparuit: Viſa.n. Sorores
circularis flãma eſt ſupra parientis matris aſtare cubiculũ moxq; euaneſcere/fortaſſe no/ Albertus
bis inſinuãs orbiculari figuræ intellectus ꝑfectione ſimillimũ eũ futuꝝ: qui inter morta/ pius
les eadem hora ꝓderet̃/uniuerſoq; terræ globo excellentia nominis circũquaq; celebrã/ Prodigium.
dum: cuius mens ſemꝑ cæleſtia/ignis inſtar/petitura eſſet cuiuſq; ignita eloquia flãmatæ
mẽti cõſona deũ noſtrum: qui ignis comburẽs eſt: totis uiribus quãdoq; cælebratura: ſed
ſtatim obtutibus hominum/ut illa euanuit/occulenda. legimus quippe doctiſſimoꝝ ſan/
ctiſſimorũq; hoĩum ortus: inſolita quãdoq; ſigna/aut præceſſiſſe/aut ſubſequuta fuiſſe: ue/
luti eoꝝ incunabula infantiũ ab alioꝝ cætu diuino nutu ſegregantia: ſummiſq; rebus ge/
rendis natos indicantia: Sic/ut omittã reliquos/examẽ apium Ambroſi magni ora luſtra Ambroſius.
uit: in eaq; introgreſſum eſt: dein exiens/altiſſimũq; uolans/ſeque inter nubila cõdẽs/ pa

Paulinus.

ternos aſpectus/aliorūq; qui aderāt uiſus cluſit: Quod præſagium paulinus pluriſaciēs
ſcriptoꝝ eius: fauos nobis indicaſſe diſſeruit: qui cæleſtia dona enunciarent: & mentes ho

Forma & corpis ha/bitudo

minum de terris ad cælum erigerent. Forma aūt inſigni fuit & liberali: ꝓcera & celſa ſta/
tura: molli carne: Venuſta facie in uniuerſum: albenti colore decentiq; rubore interſper/
ſa: cæſiis & uigilibus oculis: flauo & in effectato capillitio. Dētibus quoq; cādidis & æqua

Profectuſ in ſtudiis hūa/nitatis æta/te tenella.

libus. Sub matris imperio ad magiſtros diſciplinaſq; delatus: ita ardēti animo ſtudia hu
manitatis excoluit: ut breui inter poetas & oratores tempeſtatis illius præcipuos/ nec in/
iuria/collocandus eſſet. In diſcendo quidē celerrimus erat prompto adeo ingenio ꝓædi
tus: ut audita ſemel a recitante carmina & directo: & retrogrado ordine miri oīum admi

Ingenium uelox

ratione recenſeeret: tenaciſſimaq; retineret memoria: qd'/cæteris cōtra euenre ſolet: Nā
qui celeri ſunt ingenio natura fieri ſæpe ſolet/ut nō multū memoria ualeant: qui uero cū
labore ꝑcipiunt tenaciores pceptoꝝ euadant. Dum uero quartū & decimum ætatis annū

Ius, pontifi/cium puer caluit.

ageret/matris iuſſu/quæ ſacris eum initiari uehementer optabat/diſcendi iuris pontificii
gratia/Bononiam ſe tranſtulit: quod cū bienniū deguſtaſſet meris id inniti raditiōibus
cōſpicatus/alio deflexit: nō tñ abſq; bonæ frugis fœtura: qñ iam puer/& quidm tenellus
ex epiſtolis ſummoꝝ pontificum/quas decretales uocant epitomen quādam ſeu breuia/
rium cōpilauerit: quo oēs cōciſius/quā fieri potuit/ſanctionū illaꝝ ſñias cōcluſit: cōſumma
tis ꝓfeſſoribus opus nō tenue: ſed Secretarum naturæ reꝝ cupidus explorator/tritas has
ſemitas derelinquēs/intellectus ſpeculationi philoſophiæ que/cū humanæ/tum diuinæ/
ſe penitus dedidit: cuius enanciſcendæ gratia/nō tñ italiæ/ſed & galliaꝝ littearia gym/
naſia perluſtrās: celebres doctores tēpeſtatis illius/more Platonis/& Appollonii ſcrupu
loſiſſime ꝑquirebat: Operam adeo in defeſſam ſtudiis illis īpendens: ut cōſumatus ſimul
& theologus/ſimul & philoſophus imberbis adhuc/& eſſet & haberet̃. Iamq; ſeptenniū
apud illos uerſatus erat: qñ humanæ laudis & gloriæ cupidus (Nōdum enī diuino amo/

Nōgente diſputande cōcluſiones romæ ꝓpoſite

re caluerat ut palam fiet) romā migrauit: iniq; oſtentare cupiens quāta eum a ſummuſſo/
ribus impoſteꝝ maneret inuidia: nōgentas de dialeticis/& mathematicis/de naturalibus
diuiniſq; rebus queſtiones ꝓpoſuit: nō modo ex latinoꝝ petitas archulis: græcoꝝ que ex

Origenes Hilarius

cerptas ſcriniis: Sed ex hebreoꝝ etiam myſteriis erutas: chaldeorumq; arcanis: tq; arabū
ueſtigatas. Multa itē de pythagoræ: trimegiſtiq;: & Orphæi: priſca & ſuboſcura philoſo/
phia: Multa de Cabala: hoc eſt ſecreta hæbreorum dogmatū receptione: Cuius & Origi/
nes: & Hilarius ex noſtris potiſſimū cōminiſcunt̃: Queſtionibus illis intexuit: multa ēt
de naturali magia/quā nō paruo interſtitio/ab impia & ſceleſta ſeperari edocuit: Idque
multoꝝ teſtimonio elegātiſſime cōprobauit: Nec duo & ſeptuaginta noua dogmata phy
ſica & metaphyſica/ꝓpria inuenta/& meditata/ad quaſcūq; philoſophiæ quæſtiōes elu/
cidandas/accōmodata deſuerunt: His nouā p numeros philoſophandi inſtitutionē ad/
nexuit: Cunctaq; ſimul publicis locis: quo facilius uulgarent̃ affixit: pollicitus ſe ſolutuꝝ
eis impenſas: qui ex remotis oris didiſceptandi gratia romam ſe cōtuliſſent: Verum ob/
tractorum ſimultate (quæ ſemp/uelut ignis/alta petit) nunq̄ efficere potuit: ut des alterca
tionis præſtitueret̃: Ob hanc cauſam romæ annū manſit: quo tempore uitiligatores illi
palam eum: & libero examine/ nō audebant aggredi: Sed ſtrophis potius & cuniculis ſu
gillare/clanculariiſq; telis ſuffodere/peſtifera corrupti inuidia (Ita enī arbitrati ſunt plu/
rimi) conabant̃ liuorem/hunc uel hanc ratione ſibi maxime eum mouiſſe exſtimatum eſt

quod multi qui uel ambitione fortaſſis/uel auaritia litterario negocio diu incubuerãt/no
tam ſibi fore autumarent. Si iuuenis ille aggeſtis atauoꝝ opibus/multaq; doctrina quaſi
fertilis ager luxuriãs/in prima orbis urbe/de naturalibus/diuiniſq; rebus/deq; multis/ ꝑ
plura ſecula noſtris hoĩbus nõ acceſſis: periclitari doctrinã & ingenium nõ uereret: Et cũ
nihil aduerſus doctrinam/ueris machinis moliri poſſe animaduerterẽt/attuliſſe eoſdẽ in
mediũ tormenta calumniæ: tredecimq; ex nõgentis quæſtiones recte fidei ſuſpectas accla
mauiſſe/quibus forte ſe iunxiſſe nõnullos/qui queſtiones illas: utpote inſuetas eoꝝ auri/
bus: ut pie/ita fortaſſe paꝝ erudite & zelo fidei: & prætextu religionis inceſſerent: quas ta
men queſtiones nõ pauci/& quidẽ celebrati theologiæ doctores: ceu pias & mundas: pri
us approbauerant: eiſdemq; ſubſcripſerant. Quorum cœtu Bonfranciſcus Regiẽſis epi Bonfranciſ/
ſcopus annumeratus eſt: Vir omnigena doctrina: acerrimoq; iudicio: & morum grauita/ cus Regien
te præclarus: qui romæ ad pontificem maximũ ea tempeſtate: pro Ferrarienſiũ duce age ſis epũs
bat legatus. Aduerſus tamẽ eum Blaterones illi nihil attentarunt: cum forte ab eis labe/
factari eius famã nõ poſſe uererent̃ quãdo quicquid tractaſſet correctioni matris eccleſiæ
& pontificis ſubmiſiſſet. At is fame iſtec diſpendia nõ ppeſſus: Apologiã edidit: Varium Apologia
certe opus/& elegans/multaq; reꝝ ſcitu dignaꝝ cognitione refertũ/ Vigintiq; tm̃ nocti/
bus elucubratum. Qua editione luce clarius cõſpici datum eſt: nõ tam cõcluſiones ca/
tholicos potuiſſe ſenſus recipere q̃ illos qui prius adlatrauerãt/inſolẽtiæ & ruditatis coar
guendos eſſe librumq; ipſum: & quæ ſcripturus erat impoſteꝝ matris eccleſæ eiuſq; preſi
di ſanctiſſimo iudicio chriſtianiſſimi hominis more: cõmiſit: Id enim uel expreſſe/uel taci
te fieri oportere ꝑſuaſiſſimum eſt quaſi illud Auguſtini ꝓferret: Errare poſſum hereticus
eſſe nõ poſſum quando Alterum ſit hominis ꝓprium Alterum peruerſæ & obſtinate uo/
luntatis. Sed ubi Innocentius octauus pontifex maximus accepit per editionem Apolo/ Innocentius
giæ/interpetratas cõcluſiones illas/quæ prius calumniis infeſtatæ fuerant/ in chatolicũ octauus põ.
ſenſum: & a nota criminis releuatas/Referẽtibuſq; nõnullis quibus cõcluſionum examẽ
demandatũ fuerat decipulas opponi poſſe fidelibus/ſi nõnulle quæſtionum illarum(cru
de quidem & inexplicitæ diſceptandaꝝ more iacebant)paſſim uagarentur libelli lectio/
ne quo cõtinebant̃ interdixit/quæ omnia per Alexandri ſexti pontificis maximi/ſub quo
nunc uiuimus: Diploma/quod breue nominant liquido uiſunt̃: quod cum apologia ipa Alexander
impreſſoribus tradere exarandũ diximus. Verum in ipſo apologiæ calce/quod poſtea põ ſextus
tifex auctoritate preſtitit/quibus ille poterat rationibus antea factitauerat. Obſecrauerat
quippe amicos: & inimicos/doctos/& indoctos/Vt apologiam legerẽt libellũ uero ipm
cõcluſionũ inexplicataꝝ præterirent illectum: qñ in eo plurima cõtinerent̃: quæ nõ paſ/ Nota
ſim uulganda triuiis/ſed ſecreto congreſſu inter doctos & paucos diſputanda ſuſceperat.
Scolaſticamq; exercitationem more academiaꝝ meditatus: Multa ueterum philoſopho/
rum: Alexandri. ſ. & Auerrois aliorũq; quã plurium impia dogmata ꝓpoſuiſſet quæ ſem Alexander
per publicæ: & priuatim aſſeruerat. ꝓfeſſus fuerat: predicauerat nõ minus/ a ueræ rectæq; Auerrois
philoſophiæ/quã a fidei ſemitis declinare: Atq; in hunc modũ de libello illo nõgentaꝝ
cõcluſionum uerba faciens/Apologeticũ opus cõcluſit. Qui ergo me oderunt/ideo illa
nõ legant: quia noſtra ſunt: qui me amant ideo nõ legant: quia ex illis quæ mea ſunt co/
gitare plurima poſſent/quæ non ſunt noſtra. Cæteꝝ immenſa dei bonitate: quæ ex malis Dei bonitas
etiam bona elicit: effectum eſſe(quẽadmodum mihi rettulit)iudicabat: Vt calumnia illa

falſo a maleuolis irrogata/ueros errores corrigeret:Eiq; in tenebris aberranti(ut quātum exorbitaſſet a tramite ueritatis cōtueri poſſet)ceu ſplendiſſimū iubar illuſceret:prius enī: & gloriæ cupidus:& amore uano ſuccenſus:Muliebribuſq; illecebris cōmotus fuerat:fœminaꝝ quippe plurimæ ob uenuſtatē/corporis oriſq; gratiam:cui doctrina amplæq; diuitiæ:& generis nobilitas accedebant:in eius amorem exarſerunt:ab quarum ſtudio nō abhorrens/parump uia uitæ poſthabita in delicias defluxerat. Verū ſimultate illa exper/

Conuerſio aī ad deum.

rectus diffluentē luxu animum:retudit & cōuertit ad Chriſtum:Atq; fœminea blandimēta/in ſupnæ patriæ gaudia cōmutauit:neglectaq; aura gloriolæ:quā affectauerat dei gloriam & eccleſiæ utilitatem tota cepit mente pquirere adeoq; mores componere: ut poſt hac uel inimico iudice/cōprobari poſſet:Cumq; de ipo glorioſa ſtatim fama: & p uicinas & per remotas oras uolitare occepiſſet plures ex philoſophis:qui eruditiſſimi habebant᷑:

Cicero

ad cū:tanquā ad mercaturam bonarum artium(ut inquit Cicero)cōfluebant:uel ob commouenda litteraria certamina:uel quibus inerat rectior mentis ſententia:ad audiēda te/nendaq; recte uiuendi ſalubria dogmata:quæ tanto magis expectabant᷑:quāto ab homine doctiſſimo:pariter & nobiliſſimo profluebant:qui quādoq; deuios mollitudinis uo/luptariæ anfractus ſectatus fuerat:Vident᷑ enim ad diſciplinam morū auditorum mentibus inſerendam ea plurimū habere momenti quæ & ſuapte natura ſint bona:& a prece/ptore cōuerſo ad iuſtitiæ ſemitas/ex diſtorto/& obliquo libidinū calle/proficiſcantur:

Exuſta amatoria carmina

Elegiaco carmine amores luſerat/quos qnq; exaratos libris religionis:cā/ignibus tradi/dit:Multa itidem Rhytmis luſit hetruſcis quæ pari cā par ignis abſumpſit. Sacras deinde

Studium litterarū ſacrarum

litteras ardentiſſimo ſtudio cōplexus:ſtatim in tēplo dei/ceu frugū primitias/ octauum tunc & uigeſimū annum agens/de operibus ſex dierū Geneſeos/ & die quietis heptaplū obtulit:Opus quippe & pfectum ingenio:& elaboratū induſtria/cū ſublimis philoſophorum dogmatis/tum pfundiſſimis noſtræ chriſtianæ theologiæ miſteriis/refertiſſimū: Septemplicique uaria enarratione cōnexum/ſeptemnario capitū numero cuilibet ſeptēnæ expoſitioni cōſerto libri nomini maxime quadrans. Quod tamē ob erutas e naturæ gremio res & difficiles diuinaꝝ queſtionum euolutiones/Atq; ob pphete recōditiſſima ſen/ſa ſermoniſq; elegātiā/nō ſe paſſim philoſophie/& eloquētiæ/rudibus offert:Sed prætio/

Quid de ſacris litteris pnunciarit.

ſæ illius:& raræ ſuppellectilis uſus paucis parat᷑:quod & ipſe animaduertēs/ in eiuſdem proemii calce mentionē/de hac re non illepidam fecit. Cum primum ſacras deguſtauit litteras/nō tantum ueram ſapientiam:ſed & ueram eloquentiā/inueniſſe latebundus ex/

Pauli epiſtolæ

ultabat:Multaq; ut omittam ab eo teſtamēti noui allata preconia/Pauli epiſtolas orato/rum omnium ſcriptionibus eloquentia preſtare/dicebat.Tulli etiam ipſius: Demoſthe/niſq; primarii(ut inquit ille)dicendi artificis/lucubrationes nominatim citans non quod eſſent ut illæ calamiſtris inuſtæ:& corraſis undiq; fucis/& cincinnis cōſtipatæ. Sed ut ue/ram/ut ſolidam:& redolerent & ſaperent eloquentiā ueris ſententiis uera arte ſuffultā:

Eloquia legis ueteris.

Eſſentq; ut dicam breuius ægyptioꝝ opibus nō conſulto ſuffarcinatæ.Omnia porro ueteris legis eloquia cōſumatiſſimæ ſcientiæ & ſapientiæ plena prædicabat:quod & ſi cū alii

Auguſtinus
Septimius
Euſebius
Caſſiodorus

tum Auguſtinus in libro de doctrina chriſtiana luculenter oſtenderit:Septimiuſq; Tertulianus:Euſebius Pamphili:& Caſſiodorus affirment grāmaticos rhetoras:Oratores phi/loſophoſq; omnes priſcos eloquentiæ & doctrinæ ſuæ fluenta ex diuinarum ſcriptura/rum fontibus epotaſſe ipſe tamen aliis id numeris rationibus proſequebatur: quarum

partē in heptapli celebratiſſimæ exordiis: inq; ipſo ſecūde expoſitiōis ꝓemio: uidere opere
ꝓciū ē. Inter tot iuges diuine legis euolutiōes ſecūdo āno ab heptapli editōe: opuſculū ēt
de ente & uno decē capitibꝰ diſtinctū: abſoluit: Breue qdē corpore: ſed amplū uiribꝰ: Sed Libellus de
altiſſimis & phōrū dogmatis & theologicis ſenſibꝰ unde quaq; reſpſum: quo ſupius ente ente & uno
nō eſſe unū: ſed ſibi inuicē rñdere: æqualiq; eſſe ābitu oſtēdit: Cōtrouerſiaq; ſup ea re a pla
tonis Ariſtotiliſq; ſectatoribꝰ habitā reſenſuit: aſſeuerās accademicos illos: q cōtrariū cō
tenderūt: neq; Platonis dogma nō aſſequutos: ſenſuūq; prorſus cōmunionē iter Ariſtote/
lē & Platonē de uno & ente: ſicut & de reliqs: in uniuerſū & ſi uerba diſſiderēt demōſtratu
rus erat nō defuiſſe. Vltio quoq; operis capite: totā diſputationē ad inſtitutionē uite & mo
rū emēdationē: nō minus ingenioſe: q̄ religioſe cōuertit. Aduerſū qđ opus antonius fauē Oota
tinus/egregius alioqn philoſophus/nonulla quatuor epiſtolis obiectamēta ꝓtulit/quaꝝ
tribus ipſe reſpōdit/quartæ uero/uel qa fideliter delata nō fuit/uel qa ex ꝓſcriptis rñderi Antonius fa
poſſe putauit/uel alia quapiā de cā/quæ iuſta tñ credēda eſt/mētionē q̄ ſciuerim nō habu uentinus
it/Cui nos/poſtq̄ deceſſit e uita/ne falſa uel latrādi maleuolis: uel ciniſtri aliqd credendi
rudibus ꝓberet̃ occaſio: reſpōdēdi munus obiuimus: Illudq; potiſſimū curauimus/ut ex ꝓ
cedētibꝰ ipſius ſentētiis fuiſſe magna ex parte reſpōſum mōſtraremus. Vidimus ēt nōnul
la platonica/uernaculo ſermōe ab eo digeſta: in qbus multa ad priſcoꝝ theologiā enodā
dā facietia: multa in ænigmatibꝰ/& ſcirpis/abſtruſa/ſapiētū ſenſa reſerātia/ deꝓhēdunt̃:
quæ forſam maius ociū nacti latina reddere tētabimus: ne tāti hominis ſupereminēs do/
ctrina: hiſce de rebꝰ maxīe puia qbuſq;: Vulgi ante ora ferat̃. Hactenus đ pfectis lucubra
tiōibꝰ/quas añ mortē emiſerat/Veluti nūtios & anteābulones ꝑclaroꝝ operū quæ cōcepe Nonnnlla
rat: & ꝓcudebat. Vetus eī teſtm̄ interꝑtamētī iā facibus illuminarat: id ipm̄ muneris ut no platonica
uo ꝑſtaret accinctus: nec eos: tantū/quos litteræ ſeries ferre poterat ſenſus/ꝓtulerat: Sed
in his locis quæ tris alios diuinorū eloquiorum proprios latura fuera/tſuperædificabat:
Græciſq;/& hebreis exēplaribus noſtrorū codicū diſcordes ſententias cōferebat. Sed hoc
potiſſimum in eius mēte conſitū fuit/hoc de uniuerſis ꝓpoſitis/quæ in cōmentandi gene/
re conceperat altius inſedit: ut aliorū dogmata nō adduceret/utpote quæ iam haberent̃/
legerent̃/noſcerent̃/Sed ſua prorſus inuēta & meditata differeret ut ꝓpriis/nō alienis fa/ Verus teſta/
cultatibus/famelicas ueritatis animas pro uirili ſaturaret. Poſt hæc hebraico idiomate mentum in/
pollens: de ueritate trāſlationis Hieronymi Aduerſus hebreoꝝ calumnias libellū edidit terpraetatum
Necnon defenſionem pro. lxx. interpraetibus/quantū ad pſalmos attinet aduerſus eoſdē.
libellum item de uera temporū ſupputatione cōſcripſit. Poſtremo ad debellandos ſeptē
hoſtes eccleſiæ animū apulerat. Qui enim nec chriſto/nec illius paret eccleſiæ/& quod
eſt ſequens eius eſt hoſtis/aut impius exiſtens nullū recipit credendū dogma/ſiue falſis in
ſeruit idolis/ſubq; hiſce ſimulacris/demones adorat/Seu Moſaycā/perditiſſimorū iude/ Libellus de
orū ritu legem colit/Nefandū ue maomethē ſequit̃/deteſtandis illius placitis mancipa/ uarietate trāſ
tus/Aut chriſtianā auditu tm̄/nō operibꝰ & mēte ſincera uitā uiuēs euāgelica documēta ꝑ lationis hie/
uertit/Catholicæq; eccleſiæ nō cōſentiēs: obſtinato corde recalcitrat uel nō caſta fide ſed ronymi
uariis adulterata/ꝓphanataq; ſupſtitiōibꝰ euāgelia ſuſcipit/Aut licet ſolida nitidaq; ac cō Libellus de
ſtāti fide receperit opibꝰ aduerſat̃: Hos itaq; ſeptē/q̄ſi duces ſub qbꝰ reliq/uelut gregarii/ uera tempo/
cōtinēt̃/ꝓpriis eoꝝ armis cōflicturꝰ: ad cōgreſſū citauerat. Aduerſꝰ ipios philoſophos/qui rum ſuppu/
nllæ religiōis iugo colla deꝓſſi: nulliq; addicti numini: naturales tm̄ rōes adorāt: eiſdē ra tatione.

tionibus dimicabat ueteris teſtamēti ſententiis/ꝓpriiſq; iudaice ſcholæ auctoramētis/ua/
lidiſſime cōtra hebreos ꝑliabat᷑:cum maumethanis:Alcorano nixus pedē:cōtulerat.Ido
lorū cultores & multis uulneribus:& ui nō multa ꝓſtrauerat ſuperſtitionibus uanis irreti
tos:eos ꝑſertim qui diuinatricē colūt aſtrologiā:& ueræ philoſophiæ:& peculiaribus ra/
tionibus aſtrologorū acriter taxauerat:Duodecimq; iam libris:& quidē abſolutiſſimis:ex
tredecim ad hoc deſtinatis eorū deliria inſectatus fuerat.Demū hydromantiā:geomanti
am:pyromantiā:haruſpicinā:& cætera id genus inania ſigillatim exploſerat:Sed in pro
phetantes aſtrologos cuneū exproſeſſo direxerat:totiſq; uiribus arietē tēperauerat: quan
do eorū dogmatis ſutilibus quidē & nullius momēti ſuperſtitiones cætere ſuis erroribus
fulcimēta aucupent᷑/uel inſpecte geneſeos momēta trutinātes/uel in eligendis horis/aut
hexagonos/aut trigonos aſpectus quos benignos uocāt/cōciliātes/& eiuſmodi reliqua:q
bus nec inſanus oreſtes accederet.Nec cōtentus aſtrologiā oēm funditus euertiſſe/ut oſtē
deret noſtri tēporis aſtrologis/græce potiſſimū lingue ignaris/Vaniſſimā oium ꝓfeſſionū
aſtrologiā/ꝑuerſis trāſlatiōibus uaniorē/ſi dici pōt/effectā.Ptolemæi fructus/quos cētilo
quiū uulgo nuncupāt/interſcribēdū aduerſus/eoſdē quaſi aliud agēs/e græco in latinum
ſermonē uertit/& elegātiſſima expoſitiōe honeſtauit/quo in libro plura/ut ita dixerim/er
rata ꝙ uerba uulgata illa trāſlatiōe cōtineri demōſtrat/quā tñ ſemper in archaniis/Veluti
pretioſum theſaurū/cuſtodierūt eiuſdē cultores ignaui:De chriſti fidē pperā ſentiētes:nec
matris eccleſiæ parētes imperio quos uſitatiori uocabulo nominamus hæreticos & nouo
inſtrumēto & rōnibus egregia obiurgatiōe inceſſiuerat:nonaginta fere hæreſes in ꝓpatu/
lo habent᷑:Verū ille cuncta rimatus/ducētas inuenit/quas ſigillatim nōmodo eliminare
& ꝓfligare ꝓpoſuerat:Sed & pariter docere qua ex parte philoſophiæ nō rite pcepta ſuos
errores traxiſſent aut ſurcillaſſent.In chriſtianos poſtremo quoꝝ fides ſine operibus uiſit᷑
uehemēter inuectus fuerat/necnō diligēter explorauerat/qui fieri poſſet:ut ignē im medi/
tullio terræ cōſtitutū homines credāt:quo ꝑpetuo datura ſunt pænas dānatoꝝ corpora cæ
teraq; id genus/tā animæ/ꝙ corporis/inexcogitata ſupplicia:itumēſa quoq; deitatis uiſæ
gaudia/qbus animæ corporibus iūcte beant᷑:atq; dictis eccleſie quæ ad credēdū cōpellūt
obaudiētes nō ſint & nihilominus paſſim debacchent᷑/in uitia diuitiiſq; incūbāt cumulā/
dis nihilq; minus formidet᷑/ab eis ꝙ pæne/aut affectet᷑ ꝙ regnū dei:ꝓ morboꝝ itē quali/
tate idoneā opē admouere tētabat retros.ſ.morbos/& ſuapte natura ipuros/acribus acer
biſq; medicaminibus inurere:ea uero uulnera quæ minori inſecta malitia deprauataq; ſo
rent cicatriceq; obducere deſyderarēt:lenibus placabilibuſq; fouere/adeptis uero ualitu/
dinē & recidiua metuētibus/ſaluberrimas potiōes/celebrataq; antidota pparare. Multa
alia opera fuerat exorſus qbus ſperari poterat futurū/ut philoſophiæ ſtudia inuniuerſum
eliminatis erroribus/exploſaq; barbarie refloreret.Inter hæc potiſſimū Platonis & Ariſto
telis numerabat᷑ Cōcordia quā iam cœptā breui perfecturus erat/ſi uita comes paucis ad
huc annis ſuperſuiſſet.Ita enim philoſophiā ab incunabulis lactando nutriuerat/& ad uſ
que noſtra tempora perduxerat adultam/Vt noſtræ tempeſtatis philoſopho nil anplius
aut in græcis.aut in latinis/aut in barbaris codicibus deſyderandum eſſet/citaſſet idum
thaletem/ignitum heraclitum/circunſuſumque atomis democritum/Orpheus itē/& Py/
thagoras priſcique alii eius ope & gratia in academiam conueniſſent. Poſtremo phi/
loſophiæ principes Plato ſcilicet fabularum uelamentis:mathematiciſque inuoluens

Ptolemæi cē tiloquium e græco in latinum uerſum

Nota

Concordia platonis ac Ariſtotelis

conſtipatus:& Ariſtoteles uallatus motibus dextera data fidẽ futuræ amiciciæ ſanxiſſet. Inter Aueroim quoq; & Auicẽnã Inter Thomã & Scotũ:qui iam diu cõflictauerãt: ſi non pacẽ inuniuerſum:in multis tñ impetraſſet inducias:quãdo in eorũ pluribus cõtrouerſiis ſi quiſpiã diſſidẽtia uerba timet attentius:& ex actius libret:ſcrupuloſiuſq; ueſtigãs cutẽ ꝗ ferent:introrſum ad imas latebras ꝓſundaq; penetralia mẽte peruadat:unionẽ ſenſuũ in diſſeparatis pugnãtibuſq; uerbis citra ambiguitatẽ cõperiet. Neotericorũ turba partim ꝓ meritis:partim pro culpis:& honorata fuiſſet & taxata. Totus igit deo dicatus eccleſiam quibus poterat armis defendebat:Atq; latitantẽ(ut aiũt)e democriti puteo ueritatẽ educebat:& ignorantiæ gramẽ in expugnabile:quo multorũ mẽtes ꝑfocant:ſubnaſcenteſq; ꝑnitioſas herbas abrũpebat penitus & detrũcabat. Sed mors aduẽniẽs tot tatarũq; uigiliarum laborẽ:& excultæ lucubrationis partũ in anẽ fere reddidit:hocq; potiſſimũ fuit in cã ut plurimas ꝗꝗ magna ex parte exaſſeatas:& dedolatas:imperfectas cõmentatiões dereliquerit:q;.ſ.ſibi ipſi tantũ:non aũt nobis:ſcribebat. Nã ſicut celeri incõmẽtãdo ingenio: ita ueloci in ſcribẽdo manu fuit:Et cũ anrea pulcherrimos litterarũ characteres delinia/ret:factũ erat:ut ex uſu nimiæ in cõmẽtãdo uelocitatis:uix eoꝝ:quæ exarabat:capax exiſteret. Huc ẽt & illuc ſcribere ſolitus erat. uetuſta iterdũ:ſupueniẽtibus nouis: oblitterãs:ea ꝓpter exoleta quædã& diſpũcta repperi quædã ſaltĩ & uellicatĩ exarata:oĩa deniq; adeo cõfuſa & iordinata:ut ſyluæ:aut farragies putarẽt. ex libro ſeptẽplici:quẽ aduerſus hoſtes eccleſiæ ꝑtitulauerat:pars illa:quæ diuinaculos aſtrologos genethiliacoſq; potiſſimũ inſectat:Ab incude:ut dici ſolet:ad limã ꝑducta fuit quã nõ paruo tñ labore:nec mediocri cura ab exẽplari liturato/& pene diſcerpto deprõſimus/quo ĩ opere ſummũ philoſophũ ſummum theologũ/ſummũ oratorẽ/acerrimũ Chriſti eccleſiæ propugnatorẽ/incõparabili præditũ ingenio/quod in cunctis ipſius cõmenrationibus cernit/ſe demõſtrat. Quædam item minutula/nõ tornata adhuc/apud me cõperi. Interpræ tationẽ duntaxat dominicæ orarionis. Regulaſq; bene uiuendi circiter quinquaginta breues profecto nimis & inexplicatas/quas in multa capita ſi uixiſſet/deducturus oĩo fuerat. Duas quoq; ad deum depræcatorias quarũ unam rhithmis hætrucis/elegiaco metro alterã/qua grauioribus defatigatũ/quãdoq; ſtudiis animũ cantando ad lyrã mulcere poſſet cõpoſuerat/primis eñ adoleſcentiæ annis genus omne muſicæ artis adeo excoluerat/ut ex cogitata per ipſum modulamina/notataq; debitis cõcentibus harmoniæ celebres haberent: plurima quoq; in eius ſcriniis ꝗꝗ inordinata perudimus:ex q̃bus tñ utile aliq̃d/ꝑſertim pſalmoꝝ enar/rationẽ/cõpilari poſſe putauerim. Sed & epiſtolæ circiter.l.diuerſis editæ tẽporibus Tum familiares:tũ doctrinales:tũ adhortatoriæ emerſere una cũ orõne:quã Romæ/ſi diſputare cõtigiſſet habiturus fuerat:quæ nõ tã iuuenis quartũ & uigeſimũ annũ nondũ nati/per ſpicaciſſimũ ingeniũ/& doctrinã uberrimã redolet(q̃d & cũcte ipſius ſcriptiões faciũt)ꝗ fertiliſſimæ ipſius eloquẽtiæ locupletiſſimũ nobis teſtimoniũ ꝑbet. Stilo quidẽ ualde probãdo uſus eſt ſꝑ/nõ aſcito:ſed ingenuo/multiformi ẽt/ꝓ rerũ uarietate/qui & ſi totum(ut aiũt)Iſocratis myrotheciõ cõſumpſerit/mũditiæ tñ & decore maieſtatis ornamẽta ſerua/uit. Nã & celebrata illa dicẽdi genera/quoꝝ tria Gellius/Macrobius quatuor enarrat/ex cõmẽtationibus ipſius/nec impẽdio/colligũtur. ibi copioſum/in quo Cicero dominari fertur/breue quod Saluſtio aſcribit. Siccum frontoni datũ/pingue & flloridum in quo Pli/nium .& ſymachum laſciuiſſe prodiderunt/ At forte copiam hanc brutus non uocaſſet

Macica ex culta.

Epiſtole mꝰtiformes.

Probatus dicendi charater

dicẽdi gene/ra

Copioſum breue Siccum floridum & pingue

elumbem/nec Saluſtius immoderatã/Siccitatẽ quoq; frontonis humectatã/Saluſti breui tatem elongatã floridam pinguedinẽ Plinii latiori in campo deportatã/nõ difficile recto iudicio orator depræhẽdet: Adde hiis Liuii lacteũ fontẽ ſorte ſine patauinitate(ut ille inquit)adiectis floſculis plurimis Apulei. Verũ non hic in mutuata a græcis philoſophia ſe exercuit/nõ in atticis noctibus/nõ in ſictis ſaturnalibus ad laudandã ꝓpe Vergilii æneidẽ fabricatis/nõ in Romana hiſtoria/nõ in mera hiſtoria naturæ altiſſimis difficilibuſq; ſpeculatibus uacua/ſed in admirãda illa mũdi fabrica in inceſcẽdis ſacroſanctæ catholicæ ecclesiæ hoſtibus deſudauit/in eliminãdis aſtrologis ſatigatus eſt. In theologicis quæſtionibus excutiẽdis/in Ariſtotelis & Platonis cõcordia laborauit/in enarrãda ſacra eloquia incubuit/In comonẽdis & adhortãdis amicis nauauit operã: Verũ hanc de qua agimus/eloquentiã tantũ aberat/ut affectaret/ut eos potius dãnaret: qui pigmẽtata lenocinia ſcrupuloſius exquirẽtes/omnes ingenii uires inueſtigãdis uocabulorũ originibus accõmodabãt.

Quæ omnia plurimos eo ꝓpenſius in eius admirationẽ conuertere/ꝙ inter eoꝝ litteras diu & ꝓpẽſiſſime uerſatus eſſet/qui latinas litteras eloquẽtia floribus refertas/nõ ſunt ꝓfeſſi/patiant̃ hæc æquo animo nimii antiquitatis amatores: nã hæc & ſi cõciſius cõpendioſiuſq;/tñ eo forte uerius/quo me doctiores/& Hermolaus Barbarus/& Baptiſta Carmelita/& Marſilius ficinus/& Matheus Boſſus/& pleriq; alii doctiſſimi/& eloquẽtiſſimi uiri ꝓdidere. Bibliothecas amplas/tam latinorũ/ꝙ græcoꝝ incredibili celeritate & perlegit/& excerpſit: Nullaſq;(ſi modo facultas data)cõmentationes illectas ꝑteriit. De priſcis ecclesiæ doctoribus tantũ cognitionis adeptus fuerat/quãtũ credere difficile eſt/etiã in eo qui in ipſis ſolũ euoluendis totũ uitæ tempus cõſumpſiſſet. De neotericis uero theologis/qui eo ſtilo ſunt uſi/quẽ pariſienſem uulgo nũcupant/tantũ iudicii apud eũ reſidebat/ut ſi quis ex improuiſo abſtruſam illorũ cuiſpiã/maleq; explicitã/quæſtionẽ enucleandã petiiſſet/tãta ingenii fertilitate adaperiebat/tanta ſolertia reſeruabat/ut diceres doctoris illius uniuerſa dicta præ oculis & innumerato habuiſſe cunctaſq; pari modo familias agnouerat/cunctas ſeedas excuſſerat/nec ulli illorũ ſic adiectũ credas(qui noſtris hominibus mos eſt)ut cæteros aſpernaretur. Ipſe enim a teneris ſic inſtitutus fuit: ſic animatus/ut in illis ueritatẽ quæreret/pariq; honore/quouſq; illa eluceſceret: inuenta quoſcũq; uenerare tur/priuata affectione nudatus/quid tñ de ſingulis ſentiret/qui inuniuerſum famoſiores habent̃/in Apologiæ proemio/cũ de barbaris/græcis/latiniſq; philoſophis/ꝓprietates/peculiareſq; laudes retulerit: uidere datur: Thomã uero aquinatẽ quãdo interloquendũ: de his philoſophis: theologicis ue: qui gallico more diſceptando ſcripſere: mentio fieret præ omnibus laudare cõſueuerat: ut pote ſolidiori ꝑ aliis ueritatis baſi nitentẽ: Eũ quoq; in heptaplo noſtræ theologiæ ſplẽdorẽ nominat: De hoc percunctatus creberrime: & a me ipſo: idẽ reſpõdit: Nec oppoſitũ ſuadere cuiꝙ debẽt nõnulla quæ in eius apologetico cõtinent̃ diſputãda alioquin Thome opiniõibus exprofeſſo aduerſantia cũ iuuenis admodũ eſſet gloriæq; tunc cupidus in urbe celebratiſſima: Gorgiæ leontini more: quæſcũq; tutando partis: famã aucuparet̃. Adde ꝙ ex decẽ milibus ꝓpoſitionũ tribus tñ aut quatuor nõ cõſentire: ſed & aduerſari: id nõ cõuicũt. Diſceptãdi porro peritiſſimus fuit: frequẽtemq; & ĩpenſiſſimã operã litterariis agonibus: dũ ferueret animus ĩpendit. eo obiectante facile: Scoti acumẽ. & uigilãtiã: Frãciſci acrimoniã: copiã & multitudinẽ aureoli depræhẽdere potuiſſes nec deeſſe nodos illos: multiplicibꝰ flexiõibus cõplicitos: nec tã titillantibꝰ

Velocitas legendi.

Thomas aquinas.

Gorgias leontinus.

Scoti acumẽ

argutiis/ q̄ grauitate ſubnixos eo reſpõdẽte Thome fortitudinẽ & robur: Alberti ãplitudi/ Aureolus
nẽ cõſpexiſſes. Verũ his cõflictibus nunciũ pridẽ remiſerat: & magis atq; magis id mune/
ris in dies poſitus fuerat: adeoq; detractabat: ut herculi eſtẽſi Ferrariẽſiũ duci & internũciis Hercules
& ſe ipſo enixiſſime poſtulãti: Vt dũ generalis p̃dicatoꝝ fratrũ Synodus Ferrariæ celebra eſtenſis
ret: diſceptare nõ ægre ferret diu obſeq reluctatus fuerit/ multis tñ rogatibus annuẽs prin
cipi illi cuius amor in ipſum nõ mediocris extiterat morẽ geſſit. Vnde datũ eſt ãbigi ſoler
tior ne an eloquẽtior/ doctior an humanior appareret Ex ore quidẽ diſceptãtis talis ſemp̄
animi petebat alacritas/ ut d̃ re comi/ & placida potius/ q̄ ſubacida & difficili altercari ui
deret: quapropter qui ab ore pẽdebãt audiẽtes/ in mirũ eius amorẽ excitabãt. Sed freqẽs
ei adagiũ inerat/ munus id eẽ dialectici/ nõ philoſophi: Aiebat itẽ eas diſputatiões ꝓdeſſe
quæ placido aĩo ad ueſtigãdã perquirẽdãq; ueritatẽ priuatis in locis/ ſemotiſq; arbitris/
exercebant/ At illas obeſſe plurimũ quæ in ꝓpatulo fiebãt/ ad oſtẽtãdã doctriã uel ad ca Adagium
ptãdã uulgi aurã/ atq; imperitorũ applauſũ. Vixq; poſſe fieri oĩo cẽſebat/ ut honoris cupi/
dini/ qua frõtiuagi illi diſputatores exagitant/ inſeparabili uinculo annexus nõ ſit illius
cũ quo diſputat deſyderiũ infamie cõfuſioniſq;/ letale uulnus animæ uenenũq; caritatis
mortiferũ: latuit eũ nihil oĩo/ qd̃ pertineret ad captiunculas/ cauillaq; ſophiſtarũ/ & ſuiſe
ticas quiſquilias: quæ calculatiões uocant/ hæ mathematicæ cõmẽtatiões ſunt: ſubtiliori/
bus/ ne dixerim ãmoroſioribus excogitatiõibus naturalibus applicatæ. Veꝝ & ſi in eis eẽt Captiuncule
eruditus/ ac eiuſmodi ſcriptiões legiſſet: quas forte ad plenũ nõ nouit italia (Nulla eñ tã ſophiſtarum
in uia & in acceſſa litterarũ reperiri poterãt/ quæ illius ueſtigio luſtrata abũde explorata Sui ſeticæ
non eſſent) odiſſe tñ & deſtari Videbat. Valere in eo iudicio earũ cõmunẽ uſũ animaduer/ quis quliæ
tens/ ad ſocioꝝ parãdã infamiã labefactãdãq; in replicãdo memoriã/ ueritati uero inue/
niẽdæ cui indefeſſam operã nauandã arbitrabat/ aut nihil/ aut parũ cõducere. Sed ne plu
ra cõſectet/ lectoreq; detineã/ cõprahẽdã breui: Enituit aliquis eloquẽtia/ ſed inſcitia rerũ
naturæ ſecretarũ dehoneſtatus eſt/ Alius peregrinas linguas/ Sed uniuerſa phõrũ decreta
nõ calluit/ priſcoꝝ alius iuuẽta perlegit/ nõ noua dogmata cõcinauit/ ſciẽtiæ ab altero ho
minũ tm̃ & humanæ gloriæ cã/ nõ xpianæ rei. p. emolumẽto/ & diuinæ/ & humane quæ/
ſitæ ſunt: Ille uero cuncta hæc pari ſtudio ita cõplexus fuerat/ ut turmatim & coaceruatim
in eum cõfluxiſſe uiderent/ nec ut multi qui nõ aliquo uno excellẽtes: oĩum participes ſũt
Sed in oĩbus uſq; adeo ꝓfecerat ſcientiis/ ut q̄libet ex his i ipſo cõſideraſſes/ eam ſibi ꝓpri
am & peculiarẽ elegiſſe iudicauiſſes: hæc quoq; eo admirabiliora erãt. Cum a ſe ipſo ui in
genii/ & ueritatis amore/ quaſi abſq; præceptore abſſequutus eſſet/ ut quaſi de ipſo illud qd̃ Quinque
de ſe dicebat epicurus/ poſſimus ꝓferre. Se ſibi ipſum ſcilicet fuiſſe magiſtrũ: Ad quos mi cauſæ tã mi/
rabiles effectus tam paruo tẽporis ſpacio ꝓducendos: quinq; ego cauſas cõueniſſe reperi rabilium ef/
incredibile ingeniũ/ tenaciſſimã memoriã/ facultates amplas/ quibus ad coemendos tum fectuum.
noſtræ/ tum grecæ/ tum barbaræ linguæ libros adiutus eſt/ Septẽ quippe aureorũ nummũ Septem aure
milia retuliſſe mihi memoria repeto: in aſciſcendis ſibi uſq; ad diẽ illã/ omnifariæ littera/ orum num/
turæ uoluminibus/ erogaſſe: iuge & infatigabile ſtudiũ contẽptionẽ poſtremo terrenarũ mum milia i
rerum. Hunc igitur ſi priſca illa ætas laconũ tẽpore protuliſſet/ Si Ariſtoteli credimus di comparãdis
uinũ illũ uirũ appellauiſſet/ ſed uirtutes intellectus iam ut arbitror relinquẽdæ uidentur libris erroga
& nunc præclaræ eius animæ partes/ quæ actiones ſpectant proſequẽdæ exactiſſimiq; mo tas
res in publicũ educendi ſunt/ ut flãmatus ipſius in deum animus innoteſcat/ ut erogatæ in

ægenos diuitiæ collaudentur/ut his qui tandē diuine legi/ſunt addicti/referendi gratias
in bonorū omnium auctorē/q̄ cumulatiſſime/paretur occaſio. Triennio igitur priuſq̄ di
em obiret ut poſthabitis dominandi curis in alta pace degere poſſet ſecurus quo ſceptra
caderent. Cuncta patrimonia quæ Mirandulæ Concordiæq; poſſidebat hoc eſt tertiā par/
tem earum mihi neſcio an dono/an uenditione traddidit. quod factum poſtea Maximili
anus Auguſtus/qui nobis eſt rex & dominus/ut ita dixerim immediatus(neq; enim alium
tot ſeculis/quot eſt exediſicata Mirandula atque . Concordia niſi qui ſucceſſiue in regali
imperiali ue Romanorum trono conſideret recognouimus(cæſarea liberalitate firmauit
Erogatio in pauperes — Quicquid autem ex hoc negotio pecuniarum acceperat partim pauperibus elargitus eſt
partim in emendis agris. Vnde & ipſe & eius familiares alerentur expoſuit/nominatimq;
corbulas in agro Ferrarienſi multis aureorum milibus nummū ſibi comparauerat: Mul/
ta itidem uaſa argentea/præcioſaque ſupellectilis partes/in pauperum uſus diſtribuit.
Mediocris menſa — Menſa mediocri contentus fuit retinente tamen nonnihil lautitiæ prioris/quātum ad fer
cula/& ad uaſa argentea pertineret. Diebus ſingulis præceps ad deum ſuis horis effunde
bat. Pauperibus ſemper ſi qui occurrerant pecunias tribuebat: nec eo contentus. Hiero//
nymo beniuenio ciui Florentino litterato homini quem pro magna in ipſum charitate
proque morum integritate dilexit plurimum demādauerat/ut propriis pecuniis ſemper
ſubueniret egenis. Nuptum quoque uirgines traderet/eique ſtatim/ut erogatos nummos
quam primum reſtituere poſſet renunciaret. Id enim muneris ei delegauerat: quo facilius
ueluti fido internuntio pauperum ciuium calamitates & miſerias/quæ ipſum latuiſſent
releuare quiret. Dedit & ſæpius(quod ſilentio prætereundum non puto)de corpore
proprio elemoſinas. Scimus pleroſque(ut uerbis utar: Hieronimi(porrexiſe egen/
tibus manum: Sed carnis uoluptate/& illecebris ſuperatos.
Hieronymus — At ipſe propriam carnem diebus illis potiſſimum/qui chriſti cruciatus & mortem noſtræ
ſalutis gratia repræſentant/in ſummi illius beneficii memoriam/delictorumque expiati/
onem cædebat meiſque oculis ſæpius(cuncta in dei gloriam redeant)flagellum uidi.
Propriū corpus cæſum flagris — Vultu hilari ſemper erat & placido/adeoque mitti natura/ut nunquam ſe fuiſſe turba//
tum multis etiam audientibus teſtatus ſit.
Recolo mihi interloquendum dixiſſe in nullum euentum(ut res peſſime cederent)ira cō
Vultus hilaris — moueri poſſe credere/niſi ſcrinia quædam deperirent/quibus elucubrationes eius & uigi
liæ recondite ſtipabātur.
Mitis natura — Sed cum anima aduerteret pro deo optimo maximo eiuſque eccleſia laborare.
Conſtantia animi — Eiſdemque omnia opera ſtudia/actioneſque dedicauiſſe/& id fieri minime poſſe/niſi aut
eo iubente/aut permittente/ Confidebant ſe non contriſtatum in/o fœlicem mentem/
Quinq; linguarum no/ticia — quæ iam: nullis poſſet aduerſis deprimi nullis quoque cōmodis(ut palā fiet)extolli: Non
illum certe uniuerſæ philoſophiæ peritia non hebreæ non chaldeæ Arabiceque linguæ/
Vltra latinam & grecam: cognitio tumidum rediderant: Non amplæ diuitiæ/non gene/
ris nobilitas inflauerant/non corporis pulchritudo/& elegantia/ Non magna peccandi
licentia in mollem illam/& ſpatioſam multorum uiā/reuocare poterant.
Quid igitur poterat eſſe tam admirabile: quod illius quiret mentem peruertere. quid in
Seneca — quam ſupra illum eſſe poterat. qui(ut uerbis Senecæ utar)
Supra fortunam erat. Cum illam ſiue ſecundis flatibus tumidam

ſiue aduerſis reflatibus humilē/aliquando contēpſerit ut eius mens christo & ſuperne pa
triæ ciuibus ſpiritali glutino copuletur/quod uel hoc argumēto liquido ꝑcipitur/Quod
dū eccl'ie officia & dignitates a pleriſq; noſtri tēporis(proh dolor)licitatas/auctionataſq;
nō paucos uideret expetere/flagitare/ſuſpirare/enixiſſime mercari. Ipſe a duobus regibus
per internūtios oblatas/teſtes adſunt grauiſſimi:teſtis ego ſe ſacris initiari nolle reſpon/
dens/repudiauit:alter uero quidā cum ſeculi dignitates/& amplos redditus/ſe daturum
ſpopondiſſet/ſi regem eius adiret/conſpicatus angulū non relinqui in quem ſe conderet
ademptaq; eſſe cuncta ſuffugia/tale illi dedit reſponſum:Vt intelligeret ſe nō dignitates
aut diuitias expetere:Sed potius/ut deo/& ſtudiis uacare poſſet:illas neglexiſſe. Ferrariæ
quoque cū ex amicis quidā Pandulpho collenutio piſaurenſi iuriſconſulto/ꝑſpicacis in/
genii uiro/& multiſariæ lectionis quo amico familiariſſime utebatur/ſuaſiſſent/ut eū ad/
duceret quibuſcūq; rationibus poſſet ad cardinalatus dignitatē petendā/uel certe ſi eam
pontifex offerret(quod multis futurū uidebatur)amplectendā. Idque pandulphus ſubhe
ſitans ꝑtentaſſet/quippe qui nō ignarus eſſet/Omnia illum malle/q̃ huiuſmodi honori/
bus cōmiſceri/ipſe qua erat animi magnitudine reſpōderi protinus propheticū illud/per
epiſtolam iuſſit. Non ſunt cogitationes meæ:cogitationes ueſtræ cōtemplans forte de bo
nis eccleſiæ/quorū pars maxima pauperibus hereditario iure debetur/magnificos ducere
apparatus:nō oportere:Sanctiſſimorū item hominū exempla ante oculos poſita Ambro
ſii ſcilicet Auguſtini:Martini cæterorūq;/qui epiſcopatus dignitatem oblatā effugerunt:
Diuque id muneris ante q̃ obirent detractauerūt/quid quod & nō modo ab cardinalatu
ipſo:Sed & ab ſuprema ſummi pontificii poteſtate ſanctiſſimū celeſtinū ſe abdicaſſe lege
rat ipſum que totius chriſtianæ rei publicae humeris onus excuſſiſſe/onus uere cum ſubeū/
tibus maximū paretur præmium inuitis ſcilicet & parendi tantū iuuandique gratia illud
amplectentibus perſuaſiſſimū erat/uiro philoſopho nō eſſe laudis cumulaſſe diuitias/nō
queſiſſe honores/ſed renuiſſe:Et umbratilē renuendo gloriam/ueram adipiſci/quæ ſem/
per uirtutes ceu comes indiuidua & a ſecla comitatur. humanam gloriam uel pro nihilo
habebat:Aiebatque ſæpius famam uiuis non nihil mortuis minime ꝓfuturam/tantūque
ꝓpriam eſtimaſſe doctrinam agnouimus/quantū utilitati eccleſiæ/& eliminandis/explo
dendiſq; aduerſis erroribus conduceret/quinetiā ad eam perfectionis metam perueniſſe
percepimus/ut ſcilicet parum curaret/ſi eius commētationes non ſub ꝓprio nomine pu/
blicitus ederētur/dum tamen id ipſum quod ſub pici nomine facture fuerant afferrēt ho/
minibus emolumēti/minimūq; aliis amplius affici libris/præterq̃ ueteri nouoq; teſtamē/
to ætatiſq; reſiduum in eis ſemper uoluendis/conſumere ſtatuiſſe niſi publica eum ſtimu
laret utilitas cum uideret tot/& tanta que conceperat/& parturierat/paſſim ab omnibus
nō efflagitari modo/ ſed & īmatura exigi/Minutulūq; quantulūcunq; deuoti/uel ſeniculi
uel aniculæ/affectum in deum/pluris q̃ omnē eius humanarū diuitiarūq; rerum notitiā
faciebat. Admonebatque ſepiſſime familiares inter loquendū:Vt animaduerterent quā/
tum laborant nutentque mortalia/q̃q; caducum & fluxum quod uiuimus/q̃ firmū & ſta/
bile quod ſumus futuri: Siue ſcilicet detrudamur ad inferos:Siue ſubleuamur ad cælos/
hortabaturque ut ad deum amandum conuerterent & incitarent mentes/quod opus pre
ponderaret cuicunque:quam in hac uita habere poſſemus cognitioni/hoc etiā in libello
ipſo de ente & uno luculentiſſime eſt exequutus/quādo ad Angelum politianū/cui librū

A duobus regibus oblate dignitates & reiecte

Diuitiæ ꝓpter deū & ꝓpter ſtudia neglecte

Pādulphus collenucius.

Ambroſius

Auguſtinus

Martinus

Celeſtinus

Cōtēptor humanæ gl'iæ

Nota

Vera xp̄ianæ uitis īſtitutio

Quid de amādo & cognoſcēdo deo ī hac uita iudicarit.

nuncupauit in ipſa diſputatione/conuerſus hæc uerba effatus fuerit. Sed uide mi Angele
quæ nos inſania teneat/amare deum dum ſumus in corpore plus poſſumus q̄ uel eloqui
uel cognoſcere amando plus nobis ꝓficimus/minus laboramus/illi magis obſequimur
mallumus tamen ſemp per cognitionē nunquã inuenire/quod querimus/q̄ amãdo poſſi
Eulogiũ qđ in ore hēbat frequens
dere/id quod nõ amando fruſtra etiam inueniretur. Illud quoq; diui Franciſci/Tantũ ſcit
homo quantũ operatur/illius in ote frequens fuerat. Ceterum liberalitas ſola in eo mo/
dum exceſſit/tantũq; aberat/ut aliquid curæ terrenis rebus apponeret/ut etiam incurioſi/
Liberalitas nimia
tatis neuo macularetur. Ab amicis quoque ſæpius admonitũ comperimus/ut in totum di
uitias non contẽneret: Aſſeuerantibus id ſibi ꝓbro dari/cum uulgatum foret/ſiue id uerũ
ſiue falſum/furti diſpenſatoribus prebuiſſe occaſionem: nihilominus mens illa/quæ ſem
per contẽplandis/perſcrutandiſque totius naturæ conſiliis inherebat/demittere ſe facile
non poterat/ad hæc infima abiectaque/penſiculanda. Memini dum Ferrariæ cum eo ob
uerſarer/obſonatorem pagella quadam oblata expenſarum approbationē expetere/quo
uiſo mirabundus extiti/percunctatuſque illum/mentem ne ad id quod retroactis tempo
ribus neglexerat/appoſuiſſet reſpõdit familiaris non modo ab eo efflagitaſſe ſed exegiſſe
ut id ſubiret officii/quibus ut morem gereret factitauerat: tantum uero curæ: quartũ prius
habuiſſe. Quinctiã dum eius diſpenſator primarius eum interpellaſſet: ut eius pecunia/
rum quas per multos annos contractauerat diſpunctionē fieri iuberet: quo ſecurius men
ti ſuæ conſuleret. Atque eiuſmodi libros corã attuliſſet: talia eidem uerba reſpondiſſe per
cepimus. Scio me q̄ ſepiſſime abs te & potuiſſe & poſſe fraudari. Quapropter libratione
In amicoſ beneuolentia
expenſarum harum opus non eſt: Si tibi debeo q̄ primum nummos exſoluam: Si nibi de
bes uel in preſentia: ſi potes: uel in poſterum: ſi non ades facultas/debita relue. Amicos
uero ſemper multa indulgentia tractauit/quibus cum hortatoriis ad beneuiuendũ locu/
tionibus uti ſolebat. hominem noui qui dum eius doctrina fretus & fama ſecum loquere
tur/& haberetur ſermo de moribus/duobus tantũ ipſius uerbis commotũ/ut uia uitiorum
Duo ſaluberrima remedia aduerſus uitia
deſerta mores reformauerit. Verba fuerunt eiuſmodi. Si chriſti mortẽ noſtri amore per/
peſſam præoculis haberemus/ꝓpriam quoque identidem cogitando caueremus: uitiis.
Modeſtiam & comitatẽ in eos admirabilē exhibuit/quos non a uiribus/aut fortũa pro/
batos/ſibi deuinciendos duxerat ſed & amoribus & doctrina/eos tamē qui quanulum/
cũq; pollerent litteris/uel ſaltem bonarum artiũ ſtudiis/uanos aptoſq; inſpiceret dilige
Similitudo amoris cã.
re cõſueuerat: Similitudo nãq; amoris eſt cauſa/& erga ſapientē uirum/ut teſte phloſtra
to: Appollinius inquit: Affinitas quædã eſt ſcientiã quoq; perficere hominem: qua homo
eſt perfectum uero bonitatē conſequi ſuper alioſq; probos eſſe diligendos nõ ambgitur.
Ceterũ nihil ei intolerabilius quam (ut uerbis horatii utar) ſuperba ciuium potentiorũ li/
Horatius
mina/Militiã quoque ſæculi & coniugale uinculũ peroſus fuerat/interrogatuſque inter/
iocandũ quid ei ab alterum ſubeundũ onus/ferendũque & neceſſitate cogente: & optio/
ne data/leuius uideretur/hæſitabundus aliquantulũ/mutabunduſque/necnon paxillũ
ſubridens/coniugiũ reſpondit cui non tantũ eſſet & ſeruitutis annexum: & periculi quã/
Libertas aĩ
tum militiæ: libertatē enim ſupra modũ dilexerat/quam & natura ſic affecta/& philoſo/
phiæ ſtudia ſuggeſſerant: Vagumque ob id plurimũ extitiſſe illum autumo/nec ꝓpriam
ſibi unquã ſedem delegiſſe: licet Florentiæ ſæpius: & Ferrariæ quãdoq; cõmoraretur/qua
rum alterã ciuitatē ſibi quaſi domiciliũ preſtituiſſe putauerim/quod ſcilicet in ea poſt Bo

noniam primũ litterarũ ſtudia coluerat:illiuſq; princeps eum mirifice diligeret.quadãq;
ueluti affinitate coniũctus: Vtpote ex cuius ego ſorore ſcilicet Blancha Maria eſtenſi na/
Blãcha Ma/
tus ſim nec etiã longe nimis eſſet a patria/quãdo triginta tantũ paſſuum millibus ab Mi
ria eſtenſis
randula orientẽ ſolem uerſus Ferraria diſtet:Alterã ſiue aeris amænitate:ſiue plurĩũ ami
corũ ſuauitate:ſiue ingeniorũ ſubtilitate dilexit plurimũ:& incoluit:quos inter litterario
amore duos ſibi potiſſimũ deuinxit: Angelum ſcilicet Politianũ uirum græce/latineque
Angelus po
doctiſſimum/necnon uariarum litterarũ florum refertum/ac ꝓpe uindicẽ Romanæ lin/
litianus
guæ. Alterũ Marſilium ficinũ Florentinũ/hominẽ omnifaria litteratura redolentẽ: Sed
Marſilius fi/
maximũ ex his qui nunc uiuunt/Platonicum cuius opera in academicis ſibi uendicandis
cinus
uſus fuerat. Exterioris latriæ cultus non multũ diligens fuerat/non de eo loquimur quẽ
Exterioris la
obſeruandũ precipit eccleſia(geſtaſſe hunc quippe pre oculis eum uidimus)ſed de his ce/
triæ cultus
rimoniis mentionẽ facimus/quas nonnulli poſthabito uero cultu dei:qui in ſpiritu & ue
ritate colendus eſt:proſequũtur:& prouehunt:At internis affectibus feruentiſſimo deum
Verus dei
amore proſequebatur.Interdum etiã alacritas illa animi propemodũ elangueſcat:& de/
cultus iterio
cidebat: Maiori quãdoq; nixu uires aſſumens/adeoque in deum exarſiſſe illũ memini/Vt
ris latriæ cul
cum Ferrariæ in pomario quodã de Chriſti amore colloquentes longis ſpatiaremur am/
tus
bulacris/in eiuſmodi uerba proruperit/Tibi hæc dixerim/in arcanis recõdito/Opes quæ
Feruor amo
mihi reliquæ ſunt abſolutis/conſummatiſque elucubrationibus quibuſdã egenis elargiar
ris in deum.
& crucifixo munitus/exertis nudatiſque pedibus/orbem peragrãs/per caſtella/per urbes
chriſtum predicabo.Accepi poſtea illum mutauiſſe propoſitũ & predicatoꝝ ordini ſe ad
dicere ſtatuiſſe/interim eoꝝ quæ conceperat operum/q̃q̃ inchoauerat maturabat editio/
nem.Sed Milleſimo quadringenteſimo nonageſimo quarto anno redemptionis noſtræ
Dũ ipſe ſecundũ & trigeſimũ ætatis annũ impleret/Florẽtiæque moraretur inſidioſiſſima
Quo anno
correptus eſt febre/que adeo in humores & uiſcera graſſata eſt/ut nullũ non medicamẽ/
uitæ ſit mor/
torum genus adhibitũ contempſerit/eumque omnino naturæ ſatiſfacere intra tertiũ de/
tuus.
cimũ diem coegerit.Sed quẽadmodum in infirmitate ſe geſſerit/licet eo tẽpore ab eo pro
cul eſſem narrare tamen non deſinã/que ab grauiſſimis teſtibus/qui aderant accepenm.
Quale illud eum poſt ſumptũ euchariſtiæ ſacramentũ/Sigillũ ei crucifixi Chriſti offere/
Qualiter ĩ
tur/ut inde plenos amoris hauſtus ob ineffabilis illius paſſionis noſtræ ſalutis gratia me
ĩfirmitate ſe
moriã/priuſq̃ exhalaret animã/ſummere poſſet fortiſſimũ dumtaxat aduerſus quæcũquæ
geſſerit
aduerſa/munimẽ ualidiſſimũ quæ cõtra iniquos demones/propugnaculũ/Interrogãtiq;
Chriſtiani
mox ſeniori/An firmiter crederet/ueram eſſe illã dei ueri/uerique hominis imaginẽ/qui
hominis ſi/
qua deus eſt/ante tẽpus/& æuum ab ipſo patre deo:cui æqualis in omnibus genitus eſſet
nis laudan/
deq; ſpiritu ſancto/q & deus eſt/ab ipſoq; & patre/quæ tria unũ ſunt coeterne/manãte in
dus narrat
utero Mariæ/ſemper uirginis/conceptus eſſet in tempore/qui famẽ/qui ſitim/qui labores
Dei imago
æſtus/uigilias/perpeſſus eſſet/qui demũ pro cõtractis ab ade ſemine ſordibus noſtris ab/
luendis/proq; reſeranda ianua cæli maxima/qua genus humanũ charitate cõplectabat᷑
Albertus pi/
precioſiſſimũ ſanguinẽ:& ſponte:& libentiſſime in ara crucis effudiſſet/cæteraq; id genus
us
recenſeri quãdoq; ſolita:Non modo ſe credere:ſed & certũ eſſe reſponderit:& itẽ illud cũ
Alexãder ex
Alberto pio ſororis filio:quẽ nominauimus inter huius uitæ initia iuueni:& ingenio & bo
aphrodiſia/
narum artiũ ſtudiis & moribus cõſpicuo eadẽ ratione qua Alexander ex aphrodiſiade &
de
themiſtius in auſcultatorioꝝ libroꝝ prœmio fortitudinẽ e phyſicis cõtẽplationibus ſu/
Themiſtius.

Auerrois

mi cõtra mortis metũ declarauit/quã mox ſententiã uſurpauit Auerrois/conanti inq̃ Alberto mortis cõſinia reddere placabiliora: in hunc modũ uerba reddiderit. Nõ illa dũtaxat ratione pacari animũ/non fine mortis cruciatibus poni: ſed hac potiſſimum ꝙ dei ſui offenſis/terminus iã poneret/quãdo breuiuſculũ uitæ eius tẽpus/crebriores in deũ offenſas/nõ contenturũ arbitraretur & illud ꝑterea quãdo pluribus ex ꝑdicatoꝝ collegio probatiſſimis teſtibus: & Alberto ipſo paulo ante citato/reuelauerit. Cæli reginã ad ſe nocte aduentaſſe/miro fragrantẽ odore/mẽbraq; omnia febre illa contuſa/cõfractaq;/refouiſſe ſeq; morti omnino nõ conceſſurũ ꝓmiſiſſe: Hilari placidoq; ore in ſtrato dũ egrotaret iacuiſſe compertũ eſt: Atq; inter mortis aculeos quos ſuſtinebat quaſi cælos ſibi patefactos cerneret loqui ſolitũ/ſalutãteſq; oẽs & operã ſuam: ut moris eſt/pollicẽtes blãdiſſimo ab eo ſermone & receptos & exoſculatos. Ab ſeruis itẽ oĩbus/ſi cui moleſtus ſorte fuiſſet/ignoſci ſibi poſtulaſſe certiores facti ſumus/quibus ante acto anno teſtamẽto cauerat/Victum aliis/& tegumentũ/dum uiuerẽt aliis pecunias pro meritis erogari: heredes Florentini xenodochei pauperes inſtituit: eoꝝ dũtaxat quæ moueri non poterant: Mobiliũ uero Antonium Mariã fratrẽ. Quanta uero moleſtia eius obitus infimos/& ſummos omniũ gradus affecerit/teſtes ſunt italiæ principes/urbes & populi/Teſtes hi reges/quos ſupra citauimus/Teſtis iterum Caroli galliarũ regis benignitas & gratia/ſilentio nõ ꝑtereunda. Cui cum Florentiã aduentanti/ut inde Romam peteret/Neapolitanũ regnũ expugnaturus/graui eum labore ægritudine/nunciatũ fuiſſet/Duos ſtatim medicos ad eum/legatorum etiamnũ fungentes officio/uiſitatum/& opitulatũ/ipſe tranſmiſerit/litteraſque quas & uidimus & legimus/ꝓpria ſubſcriptas manu dedit/plenas & humanitatis/& earũ pollicitationũ/quas & magnanimi regis beniuolẽtiſſimus animus/& præclare uirtutes ægrotantis exigebãt: Ei quippe tum fama notiſſimus erat/tum quadã familiaritate cõiunctus: Nam ab eo in galliis/dum pariſios inuiſeret/honorifice exceptus fuerat/cui uero qui eũ dum uixit toti orbi: & multis ſæculis admirandũ præſtitit/ita eius obitum nõ minus celebrem & inauditũ celebrari decreuit/quo circa ea in preſentiarũ referenda puto/quæ meis auribus hauſi/dum Forentiæ quo illius infirmitate percepta/licet nõ tempeſtiue/me cõtuleram/in æde ſacra/quæ ſancte Reperatæ dicitur/Hieronymũ ſauonarolã Ferrarienſem ex predicatoꝝ ordine/Virum & theologiæ conſultiſſimũ & præclariſſimũ/ſamatiſſimũq; ſanctimonia/ſacras habentẽ ad Florentinũ populũ conciones/audirẽ. Sed prius ſacrarũ litteraꝝ ignaros: Apulei uerbis admonere conſiliũ eſt: Ne craſſis auribus & obſtinato corde ea putent mendacia quæ auditu noua uel uiſu rudia uel certe ſupra captũ cogitationis ardua uideãtur/quæ ſi paulo altius explorauerint nõ modo cõpertu euidẽtia: Verum etiã factu facillima ſentiẽt. Is igitur e pulpito declamitãs/quæ ſum dicturus/cunctis qui aderãt inſinuauit. Arcanũ tibi o Florentia pandendũ eſt/quod equidẽ ita uerum eſt/quam puerbium illud apud te frequẽs Ioannis euangeliũ: Subticuiſſem ꝑfecto: Sed ad dicendũ cõpellor/& qui mihi ꝑcipere poteſt: ut hæc palam facerẽ/imperauit: Neminẽ porro ueſtrũ puto fuiſſe/qui Ioannem Picum Mirandulã non nouerit: magnis ille a deo beneficiis: magniſque gratiis cumulatus Multifaria quæ ꝑditus diſciplina fuerat: Nulli ſorte mortaliũ tam celebre obtigit ingenium: Magnã in eo iacturã fecit eccleſia: Arbitrarer/ſi diutius ei uitæ ſpaciũ prorogatũ fuiſſet/cunctos qui octingentis ab hinc annis deceſſere/ob ſcriptionum monumẽta qui reliquiſſet excelluiſſe/hic mecũ obuerſari ſolitus erat ſecreta palã fa/

Cæli reginã ad egrotãtẽ nocte acceſſiſſe

Obitum eius oẽs gradus hoĩm moleſtia affeciſſe.

Laus fratris hieronymi ſauonarolæ

Apuleius

Verba fratris hieronymi

cere/ex quibus nouerã internis cũ locutionibus a deo ad religionẽ citari/unde afflatibus
hiſce obſequi cupiens/nõ ſemel obtemperare ꝓpoſuerat. Verum diuinis beneficiis male
gratus uel ab ſenſibus euocatus detractabat labores(delicate quippe temperature fuerat)
uel arbitratus/eius opera religionẽ indigere/differebat ad tempus hoc tamen nõ ut uerũ
ſed ut a me coniectatũ & preſumptũ dixerim:Ob id duobus ei annis flagellũ intermina/
tus ſum/ſi opus/quod ei deus patrandũ ꝓpoſuerat/negligẽter exequeretur: Rogabam ſa
teor deum identidẽ:ut cæſus aliquantulũ uiam/quæ ex alto eidẽ oſtenſa fuerat tandẽ ca/
peſceret:Non hoc quæſiui/quo perculſus eſt/non hoc putauerã/at id deo decretum fuit:
Vt uitã hanc relinqueret/preclareque coronæ in cælis p̄paratæ partẽ amitteret/famãque
& nominis celebritatẽ/quæ ad ſummũ cumulum ſi uixiſſet fuerat habiturus/ad plenũ nõ
aſſequeretur. Verum benigniſſimus iudex clementiſſime erga ipſum ſe habuit. Atque ob Elemoſinæ
elemoſinas larga & effuſiſſima manu pauperibus elargitas:& orationes quæ ad deum in
ſtantiſſime effuſe ſunt/effectũ eſt:ut nec eius anima in ſinu patris adhuc ſuper cælos exul/
tet:nec ad inferos deputata perpetuis tormentis crucietur:Sed purgatorio igni ad tẽpus Status aĩæ.
mancipata temporarias pænas luat/quod in hac parte libentiſſime dixerim:ut qui eũ no
uerunt/& hi potiſſimũ qui eius beneficiis cumulati fuere ſuffragiis adiuuent:Hæc & plu/
ra alia/uir dei clara uoce aſſeuerauit/Se addens non latuiſſe obmendatia eiuſmodi ſi qua
miſceretur/uerbi dei precones dignos effici de quibus æternũ ſumeretur ſupplicium:nec
non adiciens diebus aliquod/hæc ſibi inuniuerſum fuiſſe cõperta: Sed propter uerba que
uirginem dixiſſe ſibi ægrotus affirmauerat/nutabundus ſtetiſſe formidaſſeque diu/ne ille
demonũ opera fuiſſet illuſus/quando ob eius mortẽ uirginis pollicitatio fruſtraretur.Ve
rum tamen innotuiſſe ſibi defunctũ æquiuocatione mortis deceptũ.Cum illa de ſecunda duplex morſ
& æterna locuta fuiſſet.Hic de prima & temporaria credidiſſet/quod ſi quis dixerit homi
nem hunc uel hypocriſi ſuiſſe mentitũ:uel fantaſmatis ludificatũ:uel dæmonũ preſtigiis
circunuẽtum:Is niſi aut male de fide ſentiẽs:aut mẽtis emotæ ſit/fateatur neceſſe eſt/deũ
multifarie ſœlicitatem coꝝ miſeriãque qui animã effundiſſent uiuentibus/& reuelaſſe iã
& reuelare poſſe.Eodemq; temporis ſpacio/eos quibus hæc palam fiũt certiores reddere Laus doctri
ſe non a uiſis/aut ſpectris illudi/ſed uera eſſe/quæ aut mente/aut oculis cernãt & uideãt. næ & ꝓbita/
Tantæ uero & doctrine & auctoritatis uirum tantæ probitatis & prudentiæ/quoꝝ in Ari tis fratris hie
ſtotelis philoſophiam/compendiaria theoremata/monitiones publice/preclariſſima in ronymi
terpretamenta/in ſacra eloquia futuroꝝ contingentiũ/p̄dictiones/quæ eueniſſe ad lineã
omnis fere nouit Italia/ſanctiſſimaq; uitæ conuerſatio teſtatiſſimã pridem fecere fidem.
in principe templo tam celebratæ urbis/hæc ut uera/ut inconcuſſa tenenda/tot millibus
hominũ ueritate non comperta pronũciaſſe/nemo niſi maleuolus inſiciabitur. Adde ꝗ
dum uon nihil ſuper id negocii ſciſcitarer uirum qui ſermoni interfuerat/adiiſſe concio/
natorem audiui/ac eidem/ut ea plus haberent roboris/que uulgauerat rettuliſſe deſun/
ctum uallatũ igne ſibi apparuiſſe/& profeſſum ingratitudinis adhuc pænas dare:Quin/
etiam monacha quædam multis preclara uaticiniis/queq; ipſi dum uiueret multa futura
predixit/quæ ad amuſim euenere/inter reliqua/Hoc unum protulit biennio anteq̄ e uita
migraſſet:eum liliorum tempore opera & hortatu fratris Hieronymi(de quo mentionẽ
fecimus)predicatorum fratrum collegio ſe dicatutum.Eodemque tempore Florentinam
quandã familiam(quam pactiam nũcupant)tunc exulantem/ad patriam redituram cõ/

plures ad quos hæc fama peruenerat/ſuper hac liliorum nomenclatura demirabātur/lo
qui eam arbitrantes de uerno tempore quo lilia floreſcunt/Sed lilium hoc galliarū regē
exſtitiſſe compertū eſt talibus utentē inſignĩs qui pridie q̄ ille religionē uouerat:ita enim
uouerat anteq̄ moreretur/& quatriduo poſtq̄ extorris illa familia ſe contulit in urbem pa
triam/magno comitatu Florentiā ingreſſus eſt/iter perhetruriam faciens:neapolitanum
regnū ui & armis in ditionē uindicaturus. Verum anteq̄ finem faciā prefari iterū paucula
in calce operis non inutile puto. Videor enim mihi uidere ad reuelationes has/ueluti ad
lunæ umbram baubantes moloſſos quibus adhuc offula(prioribus fortaſſe nō contētis)
obicienda eſt:ne fruſtra latratibus aera uerberent: Video item dementibus excuti riſum:
Video his qui ſciolos ſe arbitrētur/ſummoueri ludū: qui forte ob poſthabitū religionis
ingrediende ſalubrē afflatū igne torqueri animas nō debere contendēt nec diuino affla/
tos ſpiritu tempeſtate noſtra reperiri homines/qui Chriſti colloquiis perfruant̄: At ſi pec
cata nō morte. ſed uenia digna purgatorio igni eſſe plectēda arbitrarētur/iuſtos etiā pæ/
nas dare nō mirarētur: Itē ſi ſeruū qui uoluntatē domini ſciēs nō adimpleuit/teſte uerita
te/multis uapulaturū nō ignorauerint/hūc qui dei uoluntatē nouerat & implere diſtulit
& ſi a noxis quibuſq; aliis fuiſſet īmunis/ſupplicia luere nō extaſim paterētur: Alia ex pte
rudē & inſulſam eoꝝ aſtutiā mirari ſatis nō poſſum/q̄ cū chriſtū pro hoībus mortuū cre/
dāt/eoſdē hoīes alloqui eundē facile poſſe nō credāt: Vehemētioriq; argumēto uirginis
matris/angelorūq; beatoꝝ ue hominū ſpirituū affatibus participes/eoſdem mortales ho
mines non poſſe fieri/animaduertendū eis profecto ſoret inferiora omnia per ſuperiora
gubernari Dionyſio etiā areopagita teſte in libro de Hierarchia cæleſti/ſeparatiſque mē
tibus inferioris gradus & nature/quibus hominū cura demandata eſt/per ſuperiores mē/
tes/quæ iterum uel a ſupremis/uel ab ipſo deo diuina myſteria hauriunt/illuminari ho/
mineſque diuino afflatos ſpiritu eaſdem reuelationes accipere/hominū multitudini cum
expedit patefaciendas/ſacroſancta hæc diuinitatis lex/quod ab eodē Dionyſio libro cæ/
leſtis Hiererchiæ edocemur ut per prima ſequentia ad auguſtiſſimam lucem ſubuehitur
ignari proculdubio ſunt diuinarū litterarum/inſolentis quoq; & peruicacis ingenii: nam
in illis cōſpici datur diuina futura myſteria non tantū per bonos ſed per ſceleſtos homi/
nes/& pſeudo ꝓphetas quandoq; patefacta/quid ꝓhibet huic fidem habere qui & doctri
na & tot uirtutibus pollet/multaq; iam futura/que nunc euenere predixit: & hoc nō ſom
niculoſe teſtatus ſed aſſeueranter affirmans. Adde ꝙ Ariſtotelis philoſophia/ his non re
clamet/& platonica ſuffragētur: licet pro graui teſtimonio niſi ſcripture diuinæ auctorita
tem non acceperim/ſed extra hæc quandoq; citare non abſurdum eſt: Vt maleuolorū tæ
la in auctores maiore ui/q̄ uenerint/reuertantur. Verum ad noſmet ipſos iam redeundū
eſt/quibus non tam mærendum eſt/ꝙ talē amiſimus/q̄ quod habuimus/& habemus gra
tias agendū regi/cui uiuunt omnia Quippe qui mortalis uitæ munere perſunctus/diuq;
cum habitantibus cedar/quos luce non pauca perfuderat/conuerſatus inacceſſibile/& in
finitum ſuperne patriæ lumen iam iam ingrediens ineffabili diuinitate nobis etiā in dies
laturus opem ſine fine fruetur.

FINIS

# HEPTAPLIVS IOANNIS PICI MIRANDVLAE DE SEPTIFORMI SEX DIERVM CENESEOS ENARRATIONE AD LAVRENTIVN MEDICEM.

## PROEMIVM

MOVIT AEMVLATIO me ſtudiorum tuorum Laurenti Medices ut archana Moſeos uolumina recenſerem: Cum ſuperiore hyeme quantum ocii dabatur a re.p. non alibi te magis aut lihentius operã ſumere q̃ in ea lectõne animaduerterem. Tum eodem quoqꝫ priuata ratio ſubinuitauit. Quoniam operi alteri meo tuo quidem auſpicio iã pridem: ſed & in tuum nomen creſcenti: quo Dauidicos hynnos a. LXX. uerſos interpretibus & in eccleſia iugiter perſonantes non modo a ſuſpitione omni calumniaqꝫ aſſerere: ſed interpretamenti quoqꝫ facibus illumiare tẽtaui. nulla prorſus utilior tractatio: nulla fructuoſior q̃ eorum librorum: nulla rurſum cõſentanea magis (aut ut uerius dixerim) neceſſaria repentur. Accidit autẽ per hos dies ut in mundi fabrica & celebratis illis operibus ſex dierum fuerim aſſiduus. Quibus totius naturæ ſecreta contineri ut credamus: magnæ ſe rationes offerunt. Nam ut illud obmittam quod hæc omnia propheta noſter deo plenus ac celeſti dictãte ſpiritu totius magiſtro ueritatis excepit: non ne eũdem nobis cum noſtrorũ: tum ſuorum: tum gentium deniqꝫ teſtimonia prorſus humanæ ſapientiæ doctrinarũqꝫ omnium & litterarum conſultiſſimum ꝓdiderunt. Extat apud hebreos Salamonis illius cognomento ſapientiſſimi liber cui ſapiẽtia titulus non qui nunc in manibus eſt Philonis opus: ſed alter hieroſolyma quam uocãt ſecretiore lingua cõpoſitus in quo uir nature rerum ſicuti putatur interpres omnem ſe illiuſmodi diſciplinam fatetur de Moſaicæ legis penetralibus accepiſſe. Sunt item quantum attinet ad noſtros & Lucas & Philon auctores grauiſſimi illum in uniuerſa egyptyorum doctrina fuiſſe eruditiſſimum. Egyptiis aũt uſi ſunt preceptoribus græci omnes qui habiti diuiniores Pythagoras Plato Empedocles & Democritus. Notum illud Numenii philoſophi non aliud eſſe Platonem q̃ atticum Moſem. Sed & Hermippus pythagoricus atteſtatur Pythagoram de moſaica lege plurima in ſuam philoſophiam tranſtuliſſe. Quod ſi rudis ĩ ſuis libris & popularis interim moſes potius q̃ aut philoſophus aut theologus aut magnæ alicuius ſapientiæ artifex apparet: Reuocemus eo mentem fuiſſe ueterũ ſapientũ celebre inſtitutum res diuinas ut aut plane non ſcriberent aut ſcriberent diſſimulanter. Hinc appellata myſteria nec myſteria quæ nõ occulta: hoc ab indis: hoc ab ethiopibus quibus de nuditate cognomen: hoc ab egyptiis obſeruatum. Quod & Sphinges ille pro templis inſinuabant. Ab eis edoctus Pythagoras ſilentii factus eſt magiſter nec ipſe quicquam litteris mandauit preter omnino paucula quæ Dame filie moriens cõmendauit. Non enim quæ circunferuntur aurea carmina Pythagoræ ſunt ut uulgo etiam doctoribus perſuaſum ſed philolai. Legem deinceps eam pithagorici religioſiſſime tutati ſunt. Eam lyſis ab hypparco uiolatam queritur. In eam deniqꝫ iuratos Ammonii diſcipulos originem Plotinum & Herennium Porphirius eſt auctor. Plato noſter ita inuolucris enigmatum fabularũ uelamine mathematicis imaginibus & ſub obſcuris recedentium ſenſuum inditiis ſua dogmata occultauit: & ipſe dixerit in epiſtolis neminem ex his quæ ſcri/

In Moſeos geneſi totius nature eẽ miſteria.

Doctiſſimus Moſes oium teſtimonio.

Legittimus liber ſalamonis q dicitur ſapientia.

Quare rudis Moſes & poplaris apparet

Inſtitutũ antiquorꝫ ĩ ſcribendis diuis

Myſteria

Gynnophiſte

Egyptii

Pythagoras

Aurea carmina

Philolaus

Pythagorici

Lyſis

Hypparchus

Lyſis Hipparchus

Ammonius

Origenes

Plotinus

Herennius pſerit ſuam ſententiam de diuinis aperte intellecturũ & re minus credentibus comproba
Porphirius uent. Quare ſi ob id moſeos lectionem uelut exculcatam putamus ꝙ nihil habeat in pri/
Mos ſcribeu mori fronte non uulgarium non rude dãuemus eodem exemplo antiquos omnes philo
di Platonis ſophos ruditatis & ignorantiæ quos totius ſapientiæ magiſtros ueneramur. Quin idem
Ieſuſ chriſtuſ obſeruatum in eccleſia cernimus. Ieſus chriſtus imago ſubſtantiæ dei euangelium nõ ſcri/
Euangelium pſit: ſed predicauit. predicauit autem turbis quidem in parabolis ſeorſum autem paucis
diſcipl'is: quibus datũ erat noſſe myſteria regni cælorũ: palã citraq; figuras. Neq; omĩa pau
cis illis: quia non omnium capaces: & multa erant quæ portare non poterant donec adue
Cur uelata niens ſpiritus docuit omnem ueritatem. Diſcipuli domini tam pauci electi de tot milibus
facie Moſes multa ferre non poterant. Turba omnis iſraelitica fartores coci macellani opiliones ſer
ui ancille: quibus omnibus legenda lex tradebatur totius Moſaice uel diuine potius ſapi/
entiæ ferre onus potuiſſent. Ille quidem in montis ſublimitate montis utiq; illius in quo
& dominus ſæpe diſcipulos alloquebatur diuini ſolis lumine colluſtratus tota facie mi/
Matheus pri rum in modum ſplendeſcebat: ſed quia lucem ferre non poterat populus oculis cecutien
mus euange tibus & nocturnis uelata facie illis uerba faciebat. Redeamus ad noſtros. Scripſit Mathe/
lium ſcripſit us primus euangelium: & ut inquit propheta aſcondens in corde ſuo dei eloquia ne pec/
Ioannes caret: ita ſolum quæ ad chriſti humanitatem attinebant hyſtoria proſequutus eſt ne inter/
cideret obliuione memoria rerum geſtarum ut propterea in myſtico Ezechielis ſpectacu/
lo per hominem figuratum illum intelligamus. Ioannes qui præ omnibus maxime diui/
nitatis ſecreta reuelauit tribus pridem uulgatis euangeliis & a domini cruce multis exa/
ctis ãnis coactus loqui quæ diu tacuerat ad abolendam hereſim ebionitarum quæ chriſtũ
hominẽ non etiam deũ aſſeuerabat de æterna filii generatione ſed paucis: ſed obſcure ꝓ/
Ebionitæ nunciauit. Inde exorſus. In principio erat uerbum. Paulus corinthiis negat ſolidum cibũ
Paulus propterea ꝙ adhuc carnis legibus uiuant non autem ſpiritu: & ſapientiam loquitur inter
Dionyſius perfectos. Diſcipulus pauli Dionyſius areopagita ſanctum & ratum inſtitutum fuiſſe ſcri
bit eccleſiis ne dogmata ſecretiora per litteras: ſed uoce tantum hiis qui rite eſſent initiati
communicarentur. Hec pluribus ſum proſequutus quod ſunt multi qui Moſeos librũ du
cto argumento derudi cortice uerborum tanquã aliquid de medio & triuiale contẽnant
& aſpernentur nihilq; apud eos minus credibile q̃ habere illum in receſſu diuinius aliquid
Inter omneſ q̃ qd fronte promittat. Quod ſi ſatis eſt confutatum iã illud creditu facile ſicubi dẽ natu
Moſeos li/ ra de totius opificio mũdi tractatũ ab eo. i. ſi qua ĩ parte operis ſui uelut agri cuiuſpiã ſint
bros hũc eſſe ab eo theſauri defoſſi oĩs uere philoſophiæ: Factũ in primis hoc in hac pte ubi uel exꝓſeſ/
precipuum. ſo de rerũ oĩm emanatiõe a deo de gradu: de numero: de ordĩe partiũ mundanarum altiſ
Hierony/ ſime philoſophatur. Propterea fuit decretũ ueterũ hebreorũ cuius etiam meminit hierony
mus mus ne hãc mũdi creationẽ qs q̃ nisi m̃atura iã ætate attigeret. Videbor igitᷣ fortaſſe feciſſe
opepretiũ ſi ĩmoratus diutius exactiore cura & opſiore ut licuit p noſtrã ĩbecillitatẽ ſtudio
rimatus ſum ĩtellectum Moſaicæ lectõis. In cuius enarratione cum p mltos elaboraſſe lati
nos græcoſq; uiderẽ: Preterea caldeos & hebreos ĩtetp̃tes ueteres nouoſq; ꝓpe ĩnumerabi
Cur auſus les ne cogitare quidẽ audebã nouũ aliquid ſup hac re uel ſcribere uł cõmentari. Ceteꝝ me
ſcribere poſt minerã cautũ Moſaica lege ne quis agrum ſuũ penitus totũq; demeteret. Sed intactã ex eo
tot interpre/ portõem paupibus & egenis relinqueret q mergites inde & manipulos ad famẽ tolleran
tes. dã ſibi acciperent. Hoc cum ueniſſet in mentem ſagacibus oculis luſtrare cæpi latiſſimos

prophete cāpos indagaturus an cū doctiſſimi interpretes nō minus cultores legis fuerīt q̄ interpretes iuxta legis edictū intactam partē aliquam reliquiſſent: nobis ut pote infirmioribus demetendam. Vnde mihi ego quoq; uel pauculas ſpicas decerperem imponēdas aris eccleſiæ quaſi primitias frugum ne a priuilegiis templi ceu non uerus iſraelita ceu penitus a ſymbolus eliminarer. Succeſſit ex uoto res nō ꝙ poſſum equidē quicquā quod illi non potuerunt: ſed quod & illi de legis præcepto noluerūt induſtriæ poſteriorum uiā preſtruere: & ea inſupereſt agri uaſtitas ea fecūditas ut par illi frumentatoꝝ numerus nullus eſſe poſſit: ut q̄q̄ & infinitæ fere & ualentiſſimæ operæ in eo ſe totis uiribus exercuerint: dicere tamen euangelicū illud adhuc poſſimus: Meſſis multa operarii pauci.

Latini interpretes

Quæ igitur ſuper hoc libro uiri ſanctiſſimi Ambroſius & Auguſtinus: Strabus item & Beda & Remigius & ex iunioribus Egidius & Albertus:

Græci interpretes

Quæ item apud grecos Philon Origenes Baſilius Theodoritus Apollinarius Didymus Dyodorus Seuerus Euſebius Ioſephus Gennadius Chriſoſtomus ſcripſerunt intacta penitus a nobis relinquentur:

Nil ſe allaturum ex hiis que alii attulerunt.

Cum & temerarium & ſuperfluum ſit in ea ſe agri parte infirmum hominē exercere ubi ſe pridē robuſtiſſime mentes exercuerūt.

Caldei interpretes

Hebrei īterpretes

De his itē quæ uel Ionetes uel anchelos uel Simeon antiquus Caldaice tradiderūt uel ex hebreis aut ueteres Eleazarus Aba Ioannes Neonias Iſaac Ioſeph: aut Iuniores Gerſonides Sadias abraam uterq; Moſes Salamon & manaem conſcripſerunt nullā nos in preſentia mētionem habebimus.

Septem nouæ expoſitiones

Afferemus autē preter hæc omnia ſeptē alias expoſitiones noſtra inuēta & mediata: in quibus illud primū curabimus: euincere ſi poterimus tres diffultates cum quibus uidetur his omnibus qui enarrandum librū hunc ſuſceperunt magna & difficilis fuiſſe colluctatio.

Tres difficultates in huius libri enarratione

Prima

Prima eſt ne quid aut minus ſufficienter aut parum docte & ſapienter a moſe dictum uideatur. A qua ſe quidam hoc pacto exoluerūt: q̄d idcirco neq; dixit de omnibus neque attulit grandia & ſublimia quia rudi populo loqueretur qui non erat intelligentiæ omnium ſatis idoneus. Nos credere poſſumus ſatiſfactū rudibus auditoribus ſi lumē ſcientiæ quod ītroſpicerēt ſapiētes craſſioribus uerbis quaſi cornea teſta circundatū obduxerit ne hebetiores inde oculi perſtringerent. Attulerit ergo lumen ut ſanis oculi proſeret: incluſum tamē & uelatū attulerit ne lippiētibus officeret. Neq; enim minus ille aut debuit aut docuit aut uoluit iuuare doctos q̄ indoctos.

Secunda difficultas

Secunda eſt difficultas ut tenor idem ſit interpretamenti ſibi conſentiens ex ſe aptus & uno quaſi ductu tota ſeries a quo primitus ſenſu proficiſcitur in eundem illum quaſi memor propoſiti referatur. Nec ſi fortaſſe hic de ideis loquentē introducamus proxima clauſula de elementis agere uel de homine illum uelimus. Arbitrariū hoc & uiolentum genus expoſitionis. Quod euitare tamen in huius libri enarratōne impoſſibile multis ne dicam difficile operoſum profecto omnibus uiſum eſt: Tanta eſt perplexitas: tanta ambiguitas: tanta uarietas uniuerſe lectionis.

Quam difficile factu quod aggreditur

Vide quanti laboris q̄ non factu ſit facile id quod animo nos concepimus (utinam conſequamur) ut non uno duntaxat ſed ſeptemplici ſenſu a capite ſemper nouum opus exorſi perpetuæ & impromiſcuæ expoſitionis ordine totam hanc mundi creationem: nihil niſi priorum opibus interpretemur.

Tertia difficultas

Tertia difficultas in hoc uerſatur ne extraneum aliquid uel prodigioſum uel alienum a rerum natura quæ nunc conſpicitur & a ueritate quam a philoſophis melioribus compertam noſtri etiam receperunt aſſerentem prophetam Immo per prophetam diuinum ſpiritum faciamus. Cur autem ſeptem a nobis allatæ expoſitiones: qua ratione ſuſceptæ: quod noſtrum con/

Quæ rõ ſu/ ſceptæ com/ mentationis

ſilium: & quæ neceſſitas nos ad eas impulerit: Quid omnino ſit nouum hoc quod afferre molimur ſequenti capite palã faciemus. In quo illius ꝗ de hac materia .i. de mundi creatione abſolutiſſime: ad nature ipſius emulationẽ ſit ſcripturus ideam pingentes conabimur tum in ſequentibus re comprobare: prophetam noſtrum ab illa nihil quaſi ab archetypo decidiſſe. Sed aſſequutum omnibus numeris ita ut nihil aliud pro tali idea ꝙ ipſemet proponendum ſit omnibus & magnitudinem eius admirari omnes facilius ꝙ eſtimare pro dignitate poſſimus. Debentur autem tibi hæc noſtra qualiacunqꝫ ſint adhuc rudimenta noſtre iuuentntis Laurenti uir clariſſime uel quia ſunt mea qui tibi meipſum iãpridem dedidi & noui uel quia hoc ipſum tu nobis in quo ſunt nata feſulani ſeceſſus ociũ paſti. Quod interuentu etiam crebro uel aſſiduitate potius Angeli Politiani familiaris tui conditur: cuius amœnum & fertile ingenium ꝙ antea flores litterarum uarios extulerat tã nunc ut arbitror ſolidam philoſophiæ maturamqꝫ adeo frugem pollicetur: Accedit ꝙ conſuetum eſt cum his quos amamus uel colimus feſtum aliquid aut letum euenit non ſolum uerbis cõgratulari ſed aliquo etiam munere fauere ut ſic dixerim illorum fœlicitati & teſtatã apud eos facere leticiam animi noſtri. Oportune igitur noſtra hæc lucubratio ad te iẽit quo tẽpore Ioannes filius ea ætate qua nemo antea ſummo chriſtianorum ordinum collegio a Pontifice ſummo Innocentio .viii. deſtinatus eſt. & indole ipſius quæ de ſe bona omnia promittit & tuis meritis tuaqꝫ auctoritate id ſibi iure & merito poſtulantibus. Reliquum ut optemus dignum ſe ille exhibeat hac dignitate. Quod fecerit ſi quem & parem & dignitatis auctorem habuit eundem uitæ exemplar idest prudentie totiuſqꝫ uirtutis habuerit. Vale.

Noſem ideã eſſe recte ſcribendi de natura

Angelus politianus

Ioannes Medices cardinalis

Innocentius viii.

## ALIVD PROEMIVM TOTIVS OPERIS.

Triũ mũdorũ gradus & differentia

Mundus angelicus.

Cæleſtis

Sublunaris

Cur cælum ab hebreis a ſciamaim dictum

TRES Mundos figurat ãtiquitas. Supremũ omniũ ultramũdanũ quẽ theologi angelicũ philoſophi aũt intellectualem uocant: quem a nemine ſatis pro dignitate decãtatũ. Plato inquit in phedro. Proximũ huic cæleſtem: poſtremũ oĩum ſublunarem hunc quem nos incolimus. Hic tenebrarũ mũdus: ille autem lucis: cælũ ex luce & tenebris temperatur. Hic per aquas notatur fluxa inſtabiliqꝫ ſubſtãtia: ille ꝑ ignem lucis candore & loci ſublimitate: cælũ natura media idcirco ab hebreis a ſciamaim quaſi ex es & maim .i. ex igne & aqua quæ diximus cõpoſitũ nũcupat'. Hic uitæ & mortis uiciſſitudo: illic uita perpetua & ſtabilis opatio: in cælo uitæ ſtabilitas opationũ locorũqꝫ uiciſſitudo. Hic ex caduca corporũ ſubſtãtia: ille ex diuinæ mẽtis natura: cælum ex corpe: ſed in corrupto ex mente ſed mãcipata corpori conſtituitur. Mouetur tertius a ſecundo: ſecundus a primo regitur: & ſunt præterea inter eos differentiæ plurimæ quas hic enarrare non eſt conſilium ubi hæc præterfluimus potius ꝙ inundamus. Hoc non prætermiſerim figuratos hos mundos tres a Moſe euidentiſſime in admirabilis illius tabernaculi ſui conſtructione. Partitũ eſt enim tabernaculum in partes tres: quarũ ſingulæ ſingulos quos diximus mũdos repñtare expſſius nullo mõ poſſent. & .n. pria ps nullo defenſa tecto uel umbraculo imbribus niui ſolib' calori frigoriqꝫ obuia erat & oportũa: & ꝙ eſt noſtri .i. ſublunaris mũdi euidẽtius ſimulachꝝ ihabitabãt eã nõ mõ hoĩes mũdi & imũdi ſacri & ꝓphãi ſed & oĩfarii gñis aĩalia eratqꝫ ĩ ea uel ob ſacrificia iugeſqꝫ imolatões uitæ & mortis ꝑpetua

In tabernaculo Moſcoſ tres mundoſ figuratos

uiciſſitudo. Reliquæ duæ partes ambæ obtectæ & undique ab omni peregrina iniuria liberæ quemadmodum & uterq; mũdus tam cæleſtis q̃ ſupercæleſtis: nec iniuriæ capax nec cõtumeliæ. Ambæ itẽ ſanctitatis nomine honeſtatæ ita tamẽ ut quæ erat ſecretior ſancti ſanctorum: reliqua ſancti tantũ titulo decoraretur ſicut quãuis & cæleſtis & angelicus mundus uterq; ſanctus: quoniã ſupra lunam poſt luciferi caſum nec macula nec peccatum aut eſt aut eſſe poteſt: angelicus tamen cæleſti longe ſanctior & diuinior habetur. Sed quid remotiores has ſimilitudines proſequimur. Nam ſi poſtrema pars tabernaculi erat hominibus & brutis cõmunis: ſecundã: quæ tota auri ſplendore fulgebat candelabrum illuminabat ſeptem lucernis diſtinctum quæ ut dicũt oẽs interpretes latini greci & hebrei ſeptẽ planetas ſignificãt. In parte tertia omniũ ſacratiſſima: alata cherubin erant nõne noſtris tres mundos oculis ſubiiciunt: & hũc quem & bruta & homĩes incolũt & cæleſtẽ in quo planetæ coruſcant & ſuper cæleſtẽ habitaculũ angelorũ. Admonemur aũt hinc etiam altioris euangelici ſacramenti. Nã quoniã nobis ad mundũ ſuper cæleſtem ad angelorũ cõſortium reſerata eſt uia per xpi crucẽ & ſanguinem idcirco illo occumbente ſciſſum eſt uelum tẽpli quo ſancta ſanctoꝝ per quæ angelicũ diximus mũdum ſignificari ab aliis partibus diſcludebantur. Quod fuit indicio patere iam aditum homini ad dei regnũ ad deũ ipſum qui uolat ſuper cherubin aditũ ab initio ob peccatũ primi parentis iuſtitiæ legibus occluſum. Hæc ſatis de tribus mũdis in quibus illud in primis magnopere obſeruandum unde & noſtra fere tota pendet intentio eſſe hos tres mundos mundũ unum: non ſolũ ꝓpterea quod ab uno prĩcipio & ad eũdem finẽ omẽs referantur: aut quoniã debitis numeris temperati & armonica quadã nature cognatione atq; ordinaria graduum ſerie colligentur. Sed quoniã quicquid in oĩbus ſimul eſt mundis id & in ſingulis continetur: neq; eſt aliquis unus ex eis in quo non omĩa ſint quæ ſunt in ſingulis quã Anazagoræ credo fuiſſe opinionem ſi recte cũ ſenſiſſe putamus explicatã deinde a pythagoricis & Platonicis: Verũ quæ in mũdo ſunt inferiori in ſuperioribus ſunt: ſed meliore nota: quæ itidem ſunt in ſupioribus: in poſtremis etiã uiſuntur: ſed degeneri conditione & adulterata ut ſic dixerim natura. Eſt apud nos calor qualitas elemẽtaris: eſt in celeſtibus uirtus ex calfactoria: eſt in angelicis mentibus idea caloris. Dicã aliquid expreſſius. Eſt apud nos ignis quod eſt elemẽtum. Sol ignis in cælo eſt: eſt in regione ultramundana ignis ſaraphicus intellectus. Sed uide quid differãt. Elemẽtaris urit: cæleſtis uiuificat: ſuperceleſtis amat. Eſt aqua apd nos eſt aqua in cælis hiuus motrix & domina ueſtibulũ.ſ. celorũ luna. Sunt aquæ & ſup celũ mentes cherubice. Sed uide quæ in eadem natura diſparilitas conditionis humor elementalis uitæ calorem obruit: celeſtis eundem paſcit ſuperceleſtis intelligit. In primo mundo deus unitas prima nouem angelorũ ordinibus quaſi ſphæris totidem præeſt immobiliſq; ipſe omẽs mouet ad ſe. In mũdo medio.i. celeſti celum empireum nouem itidem ſphæris celeſtibus quaſi dux exercitui præeſt quæ cum ſingule motu inceſſabili uoluantur illud tamen deum imaginans in motum eſt. Sunt & in mundo elementari poſt materiam primã ipſius fundamentum nouem ſphære formarum corruptibilium. Tres.ſ. corporum uitæ expertium quæ ſunt elementa & mixta tũ inter hæc media: quæ mixta quidem ſed ĩperfecta quales in ſublimi quæ fiunt impreſſiones. Tres uegetabilis naturæ: quæ in tria primum genera diuiditur. Herbarum fructicum & arborum: Tres animæ ſenſualis quæ aut imperfecta eſt qualis quæ in Zoophitis aut perfecta quidem: ſed intra terminos irra/

Interp̃tes latini græci & hebrei

quid ueli ſciſſio in chriſti morte ſignificet (math. 27)

Quemlibet mũdũ ĩ quo libet eſſe

Tres cãe q̃re mundus eſt unus

Anazagoras

Pythagorici

Platonici

Quomodo mundi ſunt ĩ ſe inuicem

Exẽplar ꝓpoſitæ ueritatis

Decẽ ſphæræ mundi intellectualis

Decẽ ſphæræ mũdi celeſtis

Decẽ ſphæræ mundi elementaris

Corpus

Natura

Anima

Horũ q̃dlibet trifariam diuiditur.

tionalis phantaſiæ aut quod ſummũ in brutis eſt hũanæ etiã capax eruditionis: quod quaſi mediũ eſt inter hominem & brutum ſicut Zoophitum medium eſt inter brutum & plantam. Sed de his plura q̃ opus ſit: hoc tantũ addiderimus mundorum mutuam continentiam ſacris etiam litteris indicari.

Teſtimonia ex ſacris litteris.

Cum & ſcriptum in ſpalmis ſit qui creat cælos in intellectu & angelos dei legimus ſpiritus eſſe & miniſtros eius flammã ignis urẽtis: hinc ſæpe diuinis cæleſtia cognomenta ſepe etiam terrena: dum nunc per ſtellas nunc per rotas & animalia: nunc per elementa figurantur: hinc, & terrenis ſepe celeſtia nomĩa. Quoniã .ſ. aſtricti uinculi concordie uti naturas ita etiã appellationes hi omẽs mundi mutua ſibi liberalitate cõdonant.

Nõ poſſe niſi uiros doctiſſimos recte allegorias uel ſcribere uel interp̃tari.

Ab hoc prĩcipio (ſiquis fortaſſe hoc non dum aduertit) totius ſenſus allegorici diſciplina manauit. Nec potuerunt antiqui patres aliis alia figuris decenter repræſentare niſi occultas ut ita dixerim totius naturæ & amicitias & affinitates edocti. Alioquĩ nulla eſſet ratio cur hoc potius hac imagie aliud alia q̃ cõtra rep̃ſentaſſent. Sed gnari omniũ rerũ & acti ſpiritu illo qui hæc oĩa non ſolum nouit: ſed fecit naturas huius mũdi p̃ ea quę illis in reliqnis mũdis nouerãt reſpondere aptiſſime figurabãt. Quare eadẽ opus cõgnitiõe (niſi idẽ adſit & ſpiritus) his qui illorũ figuras & allegoricos ſenſus interp̃tari recte uoluerint.

Quartus mundus.

Eſt aũt præter tres quos narrauimus quartus alius mundus in quo & ea oĩa inueniãtur que ſunt in reliquis. hic ipſe eſt hõ qui & propterea ut catholici dicũt doctores in euãgelio oĩs creaturæ appellatione cẽſetur.

Homo omnis creatura

Cũ prædicãdum hoĩbus euãgelium: non autẽ brutis & ãgelis: prædicandũ tamẽ omni creaturæ a Chriſto demãdatur.

Quo pacto hõ eſt mĩor mundus

Tritum in ſcholis uerbũ eſt eẽ hoĩem minorem mundum: in quo mixtum ex elementis corpus & cæleſtis ſpiritus & plantarũ anima uegetalis & brutorũ ſenſus & ratio & angelica mens & dei ſimilitudo cõſpicitur.

De his oĩbus mundus tractaſſe Moſem

Quattuor igitur hos mũdos ſi ſtatuamus credibile eſt Moſem dicturum de mũdo ſufficienter: de his oĩbus diſſeruiſſe: & cũ naturã ſcriptor effigiet ſi ſit naturæ conſultus qualem hunc noſtrum ſiquẽ aliũ credimus: credibile doctrinã de illis nõ aliter diſpoſitã q̃ in ſeipſis illos omnipotens deus opifex diſpoſuit: ut ſit uere ſcriptura hæc Moſeos imago mundi expreſſa: quẽadmodum legimus etiam ei p̃ceptũ in monte ubi hæc didicit ut omnia faceret ſecundum exemplar quod in monte uiderat.

Scripturam hãc imaginẽ eſſe naturæ

Primum igitur quod eſt omnium maximum ſicut oſtendimus quæ ſunt in omnibus mundis contineri in ſingulis: debuit Moſes emulator naturæ de nullo uſquã ex illis mũdis agere: quin ſub eiſdẽ uerbis eodemq; contextu de oĩbus ſimul pariter ageret.

Nullã eẽ particulã opis in q̃ ſimul non tractetur de oĩbus mũdis

Vnde quadruplex ſtatim totius Moſaicæ lectionis expoſitio naſcitur ut primo loco quicquid ibi eſt ſcriptũ: de angelico mundo & inuiſibili nullam omnino de aliis mentionem habẽtes enarremus. Secũdo loco idem omnia de cæleſti mũdo: Tum de ſublunari hoc & corruptibili. Quarto de natura hominis Nam ſi nuſquam de intelligibili pura tractabitur quin ſicut ille in ſe poſtremas omnes naturas continet ita: & eadẽ de reliquis mũdis nos ſcriptura admoneat: poſſumus certe immo debemus omnes particulas de omnibus interpretari.

Radix q̃druplicis expoſitionis.

Rurſus ſicut naturæ q̃ in ſeipſis promiſcuæ inuicem contineantur diſcretas tamen proprias ſedes: & peculiaria quædã iura ſortitæ ſunt: ita & ſi ſingulis in partibus præſentis operis de quadruplici natura eadẽ ſerie littere diſſeratur credendum tamen prima in parte de prima agi natura peculiarius atq; eodem ordine deinceps in reliquis.

Radix quintæ expoſitõis

Vnde & quintæ exoritur expoſitionis neceſſitas.

Radix ſextæ expoſitõnis.

Accedit quot & qua ratione hæc ſunt diſtincta: quia tamen nulla eſt multitudo quæ non ſit una diſcordi quadam concordia ligantur & multiformibus nexuum quaſi catenis de

uinciũtur. Quod cũ toto etiam opere agere Moſem ſit uerisimile ad ſextã iam nos interpretationem uel inuitos uocat. In qua oſtendemus quindecim eſſe modos: Quibus rem aliam alii cognatã uel coniunctã intelligere poſſumus: & cũ neq; plures ſint neq; paucio res: ita eos omnes & ſufficiẽter & dilucide a ꝓpheta expreſſos: ut nihil expreſſius unquam de rerũ natura ſcripſerit a riſtoteles. Poſtremo queadmodum ſex diebus geneſeos ſabatũ ſuccedit id eſt quies. Congruum ut & nos poſt procedentiũ a deo rerum ordines diſtributos: & explicatam eorum unionem & differentiam fœderaq; & habitudines ſeptima iam & ſabbataria (ut ſic dixerim) enarrarione de creaturarũ fœlicitate: deq; reditu ad deũ qui per Moſaicam: & chriſtianã legem elongato inde ob peccatũ primi parentis homini contigit aliqua perſtringamus: reſerantes quæ de his in preſenti ſcriptura Moſes apertiſſime occultauit ut fiat palam de chriſti aduentu de eccleſie profectu de gentium uocatione expreſſiſſimum hic uaticiniũ legi. Vt ſit uere hic liber: ſiquis alius talis: liber ſeptem ſignaculis obſignatus: plenus omni doctrina: omnibus miſteriis. Nõ autem imitabimur eos qui aggreſſi aliquando hanc mũdi creationem exponere. Quicquid uſq; apud philoſophos & apud theologos de deo de angelis de materia de celo deq; tota natura diſputatum eſt huc congeſſerunt. Quod apud hebreos maxime Iſaac Perſa & Samuel ophinides peccauerunt: Sed ſolum quid ſibi Moſaica littera uelit: Quid uerborum contextus uel indicet uel ſignificet declarare pro uiribus ãnitemnr. Nec ſi oſtendemus per firmamentũ puta octauam ſphæram ſignificari ſtatim de illa exordiemur diſputationẽ quo pacto rapiat ceteras ſphæras: quot ſignis diſtincta: quod imaginibus: ſimplici ne motu: an potius duobus: an uerius tribus indiuerſa rotetur. Aut ſicubi dictione aliqua indicari hominis animum dixerimus digrediemur ad omnia quæ ſcribunt de anima enucleanda ſed ea tantũ de unaquaque re ſtrictim etiam & curſim annotabimus de quibus mentionem auctor expreſſam facere uideatur. Dixi ſtrictim etiam & curſim: quia non illud hoc opere eſt conſilium ut qui hæc alibi non didicerunt hic primum diſcant: ſed ut quæ ſciunt iam eſſe uera in prophetæ uerbis agnoſcant: & quæ immenſis uoluminibus digeſta a theologis & philoſophis legerunt: quo pacto hic paucis & cõprehenderit & occultauerit intelligentes: re uelata facie legis latorem loquentẽ audiant. Quod ſiquis etiam ſorte actus ſpiritu ſanctæ ruſticitatis non tam petita hæc altius myſteria non probauerit q̃ ſimpliciorem potius & ſibi acommodatiorẽ optauerit ſacri contextus enarrationem iubebo eum prius meminiſſe Pauli precipientis ne aut qui manducat non manducantẽ ſpernat: aut qui non mãducat manducantẽ iudicet: Tum ipſum non meis ſed auguſtini in ipſa etiam ſua in geneſim expoſitione alloquar uerbis in hunc modum. hæc tu ſi potes apprẽdas: ſi non dũ potes relinquas ualentioribus. Tu uero cum ſcriptura non deſerente infirmitatem tuam & materno inceſſu tecum tardius ambulãte proficias: Illa enim ſic loquitur ut altitudine ſuperbos irrideat: ꝓfunditate attentos terreat: ueritate magnos paſcat: affabilitate paruos nutriat. Sed redeamus ad nos & ab ipſo corruptibili mundo quem habitamus exordientes præſtemus quãtum ſcilicet poſſumus quod polliciti ſumus. Alioquin & in magnis eſt ſatis uoluiſſe: & ut inquit Pomerius magnarum rerum magnus conatus profectus eſt.

Radix ſeptimæ expõnis

Iſaac perſa ſamuel ophinides

Scribi hæc eruditis nõ rudibus philoſophiæ

Paulus Auguſtinus.

Virtus ſcripturæ

Pomerius

Moſaica uerba exponenda.

Verba ipſa prophetæ quæ exponenda ſuſcepimus hæc ſunt.

Dies primus

i N principio creauit deus celum & terram: terra autem erat inanis & uacua: & tenebræ erãt ſuper faciem abyſſi: & ſpiritus domini ferebatur ſuper aquas: & dixit deus ſiat lux & ſacta eſt lux: & uidit deus lucem q̃ eſſet bona: & diui/ ſit lucem a tenebris appellauitq; lucem diem & tenebras noctem: factũq; eſt ueſpere & mane dies unus. Dixit quoq; deus ſiat firmamentũ in medio aquarum: & diui dat aquas ab aquis: & fecit deus firmamentũ diuiſitq; aquas quæ erant ſub firmamento ab his quæ erant ſuper firmamentum: & factum eſt ita: Vocauitq; deus firmamentum cæ

Dies ſecun/ dus

lum: & factũ eſt ueſpere & mane dies ſecundus. Dixit uero deus congregentur aquæ quæ ſub cælo ſunt in locum unum & appareat arida: & factum eſt ita & uocauit deus aridam terram: congregationeſq; aquarum appellauit Maria: & uidit deus quod eſſet bonum: & ait germinet terra herbam uirentem: & facientem ſemen & lignum pomiferum faciẽtẽ fructum iuxta genus ſuum: cuius ſemen in ſemetipſo ſit ſuper terram: & factũ eſt ita & pro tulit terra herbam uirentem & facientem ſemen iuxta genus ſuum lignumq; faciens fru/ ctum: & habens unum quodq; ſementem ſecundũ ſpeciem ſuam & uidit deus quod eſſet

Dies tertius

bonum: & factum eſt ueſpere & mane dies tertius. Dixit autem deus: Fiant luminaria in firmamento cæli & diuidant diem ac noctem & ſint in ſigna & tempora & dies & annos ut luceant in firmamento cæli: & illuminent terram: & factũ ita fecitque deus duo lumi/ naria magna luminare maius ut præeſſet diei: & luminare minus ut præeſſet nocti & ſtel/ las & poſuit eas in firmamento cæli ut lucerent ſuper terram: & præeſſent diei ac nocti & diuiderent lucem ac tenebras: & uidit deus q̃ eſſet bonum: & factum eſt ueſpere & mane

Dieſ quartuſ

dies quartus. Dixit etiã deus producant aquæ reptile animæ uiuentis & uolatile ſuper ter ram ſub firmamento cæli: Creauitq; deus cete grandia & omnẽ animam uiuentẽ atq; mo tabilem quas produxerant aquæ in ſpecies ſuas: & omne uolatile ſecundum genus ſuum & uidit deus quod eſſet bonum benedixitq; eis dicẽs. Creſcite & multiplicamini & reple/ te aquas maris: aueſque multiplicẽtur ſuper terram & factũ eſt ueſpere & mane dies quin

Dies quĩtus

tus. Dixit quoq; deus producat terra animam uiuẽtem in genere ſuo: iumenta & reptilia & beſtias terræ ſecundum ſpecies ſuas: factumque eſt ita: & fecit deus beſtias terræ iuxta ſpecies ſuas: iumenta & omne reptile terræ in genere ſuo: & uidit deus quod eſſet bonum

Dies ſextus

& ait. Faciamus hominem ad imaginem & ſimilitudinem noſtram & præſit piſcibus Ma ris & uolatilibus cæli & beſtiis uniuerſe terræ omnique reptili quod mouetur in terra: & creauit deus hominem ad imaginem & ſimilitudinem ſuã ad imaginem dei creauit illũ.

Hactenus exponendum Moſem ſuſcepimus. Totam autem expoſitionem in ſeptẽ libros ſiue tractatus partitus ſum: potius ut imitarer Baſilium & Auguſtinum quam propterea quod hac crebra diſtinctione quaſi interiungẽs legentis intentio recreatur. Accedit q̃ cũ ſeptem ſint expoſitiones ſeptem libris digeſtæ ſinguliq; libri ſeptem capitibus diuidãtur ſeptem creationis diebus omnia reſpondent. Factum item a nobis ratione congruentiſſi ma: ut queãdmodum ſeptima dies apud Moſem ſabbatum eſt & dies quietis: Ita expoſi/ tio quelibet noſtra ſeptimo ſemper capite in Chriſtũ deriuetur qui & finis eſt legis: & no/ ſtrum eſt ſabbatum noſtra quies noſtra fœlicitas.

## EXPOSITIO PRIMA DE MVNDO ELEMENTARI.

### Libri primi Caput primum.

n

ATVRALES Philoſophi qui de natura rerū corruptibiliū diſſerunt de principiis earū ſic ſtatuūt in uniuerſum: eſſe materiā rudē formarū expertē idoneā quidē omnibus formis ſuſcipiendis ſua tamen natura oībus priuatā: Quare præter materiā priuationē etiam faciunt principium rerū naturaliū. Adiecit Auerrois eſſe materiā trino dimenſu in longitudinē latitudinē altitudinēq; ꝓtenſam: ne ſcilicet res corporeæ de in corporeo ſubiecto fieri dicerētur. Tum afferūt tranſmutantē cauſam quā uocāt efficientē. Cuius ui tractata materia: quod eſt potētia actu fiat aliquādo quemadmodum mollis cera & indefinita ductu manus atq; tractatu in diuerſas figuras pro tractātis arbitrio trāſformat᷑. Quoniam autē nihil natura temere agit ſed boni alicuius conſequendi gratia finalis cauſa ſtatim infert: & ꝓximus quidē finis agentis cauſæ forma eſt quā de materiæ gremio eruit. Hoc enim illā conſilio agit & uerſat ut ad perfectū habitū formæ illā perducat: unde & forma tertiū principiū ab Ariſtotele ſtatutū. Hæc autē de materiæ ſinu educi nō poteſt niſi affectę prius & ꝑparatæ cōgruis qualitatibus: Circa quas totus opificis labor tota actionis mora cōſumitur ipſa ſcilicet ſpecie indiuiduo momento quaſi præmio laboris ſtatim effulgente. Opificē ipſum cauſam potius q̄ principiū uocant peripathetici. Diuinoꝝ autē memores ſemper diuini Platonici admonitos nos uolūt naturales agētes cauſas: & ſi ſolæ appareant nobis quæ corpora agant formēt & tranſmutēt haud tamē primarias eſſe cauſas eoꝝ quæ fiunt/ſed inſtrumēta potius diuine artis cui obediūt & famulātur. Quēadmodum fabri manus & ſi ipſæ totā domus materiā ligna lapides cementa cōponant ordinēt & tranſmutēt nihilque uideatur præter eas cui factura domus accepta referat᷑ nouimus tamen organū illas eſſe obediens arti & ſeruiens quæ cōſtituta in animo architecti domū quā ſimul cōcepit particulatim digerit explicat que in ſenſibili materia: hinc factū ut ipſi duas cauſas adiiciāt organicā & exemplarē. Quod neq; negāt peripathetici: Immo confirmāt apud quos tritū illud: Omne opus naturæ opus eſſe intelligētiæ: hæc ſunt quæ in cōmune dicunt᷑ de rebus corruptibilibus: quæ oīa ita in opere primi diei cōplexus eſt Moſes ut neq; certius neq; aptius de his quicquā dixerint philoſophi ꝓbatiſſimi.

De pricipiis reꝝ corruptibiliū
Materia
Priuatio
Dimēſiones materiæ
Efficiens cā
Finis
Forma
Materiæ diſpoſitiones
Naturales cauſas organa eſſe diuinorum
Cauſa Organica
Exemplaris
Cōſēſus platonicoꝝ & pipatheticorū enarratō uerboꝝ moſeos

### Caput ſecundum.

Principio igitur duas ſtatuit cauſas agentē & materiā eam .ſ. quæ actu & eā quæ eſt potentia illā celū hanc terrā uocat cui noſtre expoſitioni atteſtat᷑ primū auctoritas ſtoicoꝝ qui agentē cauſam celū materialē terrā uocauerūt: ut ſcribit Varro ne grecos cōmemorē: Atteſtatur & ratio. Nam & materia deſpicatiſſima omniū naturarū uti eſt terra omniū elementorū: & ſimili omnino proportione reſpondent: ut probant peripathetici agens materiæ & terræ celū. Terra autem hæc ideſt materia inanis & uacua ut tranſtulit Hieronymus uel ut ſeptuaginta inuiſibilis & incōpoſita: & hæc quidē omnia rudi materiæ informiq; conueniunt quæ & expers formarū omniū merito inanis & uacua dicitur & omnino incōpoſita & inuiſibilis eſt. Verum habraicæ dictiones tou & bou quæ hoc loco legūtur a pluribus hebreis aliter expouūtur. Tou quidē rem brutā interpretātur ſtupentē attonitā: Quod ad materiæ etiam tenebricoſam deformēq; faciem ab illis refertur: ob eam

Cælum
Terra
Stoici
Varro
Peripatetici
Tertia īanis & uacua
Hebrei
Tou
Bou
Materia cognitu difficiliſ

cauſam ꝙ intendẽtes nos in illius cognitionẽ attonitos reddit: ꝓpter quod & Ariſtoteles proportione: & Plato notha ratione cognoſci a nobis illã dixerunt. Bou autem ex ui dictionis inchoationẽ & rudimentũ forme multi exponunt. Idem enim ſi uerbũ uerbo reddamus eſt bou ac ſi dicamus in eo eſt ſiue eo aliquid eſt. Quod ſi ſequamur præter ſubiecti potentiã incohatã in eo formã intelligemus. Quod non ſolũ Albertus & plures peripathetici ſed ueteres etiam hebrei crediderunt ut ex monumẽtis antiquiſſimi Simeonis aperte colligimus. Verum quo pacto hæc ſit incohatio accipienda declarat adiiciẽs. & tenebre erant ſuper faciẽ abyſſi. Abyſſum uocat terrã ideſt materiã trino dimenſu in altiſſimas profunditates extenſam. Super hanc tenebre id eſt priuatio eſt: principiũ apud peripatheticos in primis celebre cui nulla magis appellatio quam tenebrarũ congruerit. Eſt autem priuatio qua differt a negatione ut magnus Albertus conſtantiſſime uult ipſa hæc de qua dicimus incohatio formæ de qua re idẽ philoſophus copioſe & ſubtiliter diſſeruit. Preterea ſi ſubeſt terra aquis & irrigata inde parturit quæ poſtremo & pariat: nõne aquæ hoc loco accidentes materiæ qualitates & affectiones ſignificabunt: quæ uel ſuo fluxu tractabiliq; natura aquarũ ſpeciem gerunt: Quibus ut ita dixerim humectata materia parturit formã quã extremo temporis momentio edit in lucem. Super has aquas ſpiritus domini ideſt uis cauſæ efficientis domini organũ & inſtrumentũ merito ferri dicitur. neque dicitur ferri ſuper terrã quia non attingit agens ſubiectũ aut permeat niſi mediis illis intercedẽtibus qualitatibus: quas dum uerſat & agit oritur lux ideſt formæ ſpecies & decor tenebrarũ quas diximus ideſt priuationis expultrix & fugatrix: fitque dei uoce ſic imperãtis: quia nihil agunt cauſæ naturales: quod non diuine artis ordo præceperit. Tum fit ex ueſpere & mane dies unus: Cum ex potentiæ actuſq; natura ſubſtantia tertia quod cõpoſitum dicimus diſſultauit: eſtque ratio iam manifeſta iuxta hunc ſenſum cur dies unus dixerit non primus & merito lucem uidit quoniã bona. Cum nihil ſit aliud natura forme quã primi boni imago tenuis & umbratilis ſimilitudo. Hactenus in uniuerſum de corruptibili ſubſtantia qualis omnis quæ infra lunã eſt: ubi & cælũ & terrã ideſt tranſmutantẽ naturã & eam quæ tranſmutatur & terrã eandẽ ideſt materiã uidimus inanem omni ſpecie ſubſtantiæ uacuã item omni forma accidẽtali: Superque eã in trini dimenſus abyſſos extenſam priuationis tenebras inſidentes: non quidẽ illi intimas (Neque enim priuatio materie eſſentia eſt ut probat Ariſtoteles) ſed extremã eius faciem occupãtes. Vidimus item ſuper aquas ideſt fluxas depoſitiones materiæ quaſi terre præſentes ferri ſpiritũ domini ideſt uim cauſæ agentis nõ uti cauſam principalẽ: ſed uti ſpiritũ domini ideſt organũ diuine artis quomõ ſpiritus noſter uitalis organũ animi eſt. & ſtatim tractãte ſpiritu aquas illas & peruadẽte ſubiectũ iuſſu dei artificis exorta eſt lux ideſt formæ decus & ſplendor.

Ariſtoteles
Plato
Formæ incohatio
Albertus
Antiquus Simeon
Tenebræ
Abyſſus
Priuatio idẽ quod formæ incohatio
Diſpoſitiões materiæ.
Vis cãæ agẽtis organum dei agẽs materiã nõ attĩgit niſi medijs qualitatibus
Exoritur lux
Dei imperio ſit lux
Fit ex ueſpe & mane dieſ unus ex materia & forma cõpoſitũ unum
Lux bona
Epilogus
Cur ſup faciem abyſſi tenebræ.

## Caput tertium.

Quoniã autem a cõmunibus generalibuſq; ad ſpecialia recto ordine deſcẽdimus ut probat Ariſtoteles: facturus hoc idem Moſes: poſtquã dixit de his quæ cõmunia ſunt rebus omnibus elementaribus: elementalẽ totam ſubſtantiã ſecunda die trifariam diuidit. Primo autem intelligendũ materiales omnes formas: aquarum appellatione ab illo hic deſignari quæ congruere magis ne poſſit quidem. Eſt enim in ſphæra hac rerũ generabilium & corruptibilium ſtante materia quaſi alueo maris uti fluxus refluxuſque undarum perpetuus indeſinẽs abeuntiũ & aduentantiũ formarũ cõmeatio. Generatio ſcilicet præ/

Quid p aq̃ſ ſecũda die itelligamus

erit ut inquit Salamon:& generatio aduenit:terra autem ſtat in æternū.Vocant͛ enim & Salamon
ormæ iſtæ apud platonicos imitatores ſemper hebraicæ diſciplinæ generationes potius Platonici he
quā formæ quod fieri quā eſſe dici uerius poſſint:Ob quam etiā cauſam factum ut quo ſu breoꝝ imita
pra nomine:aquarū ſcilicet:materiæ qualitates & accidentales formas uocauit:eodē hic tores
uocauerit etiā ipſas materiales ſubſtantias:ſcilicet ut admoneret non id quidē quod cre/
didit Alexāder eſſe qualitates ipſas elemētis formas ſubſtātiales:ſed quod platonici ma/ Alexander
gno opere confirmāt eſſe ſpeciē omnē quæ in materia eſt ad accidētis ſere potius ꝙ ad ue
re ſubſtātiæ conditionē referendā.Quē titulū ſibi illa legittime uendicāt quæ per ſe ſtāt
ſibi ipſis innixa & id quod ſunt uera ſunt rōne:inimixta rebus peregrinis & minime adul
terata Heraclitus ſenſibiliū rerū ſubſtantiā uocauit mare & apud poetas in uolucris fa/
bularū uelātes philoſophiā: Cum poſt ſaturniā unitatē ideſt mundi intelligibilis unionē Heraclitus.
intra ſe omnia implicātis in tres partes ſenſibilē mundū partirētur:cæleſteq́; ad ſcriberēt Poetæ
regionē Ioui:ſubterraneā Plutoni:Neptūno autē mediā hanc.ſ.quæ a luna ad terrā ꝑtē/
ditur:de qua nunc agimus. Neptunnū maris dominū dixerunt:qui idē apud Platonicos
pro ea uirtute accipitur quæ generationibus præeſt. Sed redeamus ad Moſem diuidētem
aquas ab aquis medio firmamēto.Triplex enim partitio corporꝝ ſublunariū. Alia ſupra
mediā regionē aeris ſunt ſuprema ſcilicet pars eiuſdē elemēti & puriſſimus ignis quod to Triplex par/
tum etheris nomine deſignat͛:Ibi pura in mixta & legittima elementa. Alia infra ipſum titio corporꝝ
aeris meditulliū quæ apud nos ſunt ubi elementū purū nullū(Neq; enim purū elementū ſublunariū
ſenſibile)ſed mixta omnia ex fæculēta craſſioreque parte mūdani corporis conſtāt.Inter/ Elemētū pu
cedēs regio aeris quæ hic dicitur firmamentū:unde & aues ſub firmamēto cæli ab eo uo/ rum
lantes introducunt͛:ea eſt regio in qua ſublimes illæ impreſſiones apparēt:pluuiæ:niues: Mixtū īperfe
fulgura:tonitrua:cometæ:& cætera id genus.Vide autē quā recte nō ſolū ſitu:ſed & natu ctum
re ꝓprietate hoc firmamentū ſupiora elemēta ab inferioribus quaſi aquas ab aquis diſcri Mixtū perfe/
minat & diſtinguit.Supra eā pura ſunt elemēta:infra eā perfecta mixtione ab elementali ctum
ſimplicitate diſcedunt:inibi mixta fiunt ſed imperfecta mediaq; ut dicatur ueriſſime inter
mixtorū elementorūq; naturam.

## Caput quartum

Sed uideamus quid ultra Moſes philoſophetur cōgregētur inquit aquæ que ſunt ſub cæ/ Congregan/
lo in locum unum:& appareat arida. Arida materia eſt uti iam cōſtituimus nec apparet tur aquæ ī lo
materia aut conſpicitur niſi formarū ſpeciē induta.ſed neq; apparet induta ſpeciē elemē/ cū unū & ap
ti:quia ut diximus & ꝓbant philoſophi elementū ſimplex nec uideri nec tangi nec ſub ul paret terra
lum omnino ſenſum cadere poteſt.Si igitur quæ inuiſibilis olim fuerat terra futurū eſt ut
ſub conſpectū ueniat neceſſe eſt aquas quæ ſub cælo ſunt ideſt ſub media aeris regionē cō
gregari ad locū unum ideſt ad cōmunē mixtionis colluuiem cōfluentes certis legibus ta/
men quaſi litoribus præſcriptā in unā mixtionis formā coaleſcere.Quod aquis inferio/
ribus ut oſtēdimus nō itē ſuperioribus accidit:ubi aut nulla prorſus aut īperfecta mixtio. Germīat ter/
Quod ſi anima uegetalis mixtionis formā ſtatim conſequit͛:Quid aliud a noſtro phi/ ra plantas
loſopho expectabamus.quam ut poſt illā aquarū congregationē induceret ſtatim terrā
herbarū fructicū arborūq; fœcundā.

## Capnt quintum

Quāquam hinc uidebat͛ ordine conſequēti ad aīalia trāſeundū quorꝝ aīa uegetali ꝓxi/
me iuncta eſt:tamē quoniā ab aīalibus ad hominē itur:in quē deſinit de mūdo corrupti/

pili omnis tractatio: idcirco interiecit Moſes aliqua de his quæ fiũt in firmamẽto: & quibus ipm ornatur uti terra ornatur his quæ in ea fiunt metallis plãtis & animãtibus. Sunt autẽ hæc impſſiones illæ quæ in ſublimi idest in media regione aeris fiũt. hãc ſupra & cælũ & firmamentũ uocauit: hic autẽ firmamẽtũ cæli: ut ſciamus nõ illud eſſe quod uere est cælũ: ſed quod cælo ſubest. Quare & Ennius in achille hãc partẽ ſubiices dixit: ꝓpterea quod cælo ꝓxime ſit ſubiecta. has aũt impſſiones ſecũdaria ſtellas & ſydera & astra a philoſophis nũcupari notius est quã ut pluribus cõprobet᷑ aut duriuſculũ uideri alicui poſſit nos de illis exponere quæ de ſyderibus hic dicunt᷑. Quoniã autẽ horũ oĩs diuerſitas ad duas primas cauſas refert᷑ caliditatẽ & frigiditatẽ referemus cõueniẽter quæ a cauſa ſunt calida ad ſolẽ quæ uero a frigida ad lunã. Neq; ob id ſolũ & ſolis & lunæ & reliquoꝝ ſyderum hæc ſibi appellationẽ uindicãt quod idẽ ſint ipa inferiori cælo quod illa ſunt ſuo quãquã diuiniori: uel ꝙ itẽ ſimili facie ſe ostẽdat hoĩbus lucẽtia pariter & coruſcãtia: quã quod alia ex illis aliud in cælo ſydus tanquã principẽ & ducẽ ſequant᷑. Vnde & ſigna earũm ſunt rerũ: quæ ſydera a quibus fuerint excitata portẽdere inferioribus ſoleãt. huic rei argumẽto est illud quod motũ ſyderũ ſequũtur quoꝝ ui & influxu de terrestri cõfecta materia idest uaporoſo halatu conſiſtũt.

Caput ſextum

Manifesta iã quæ ſequũtur de aĩalium deque hoĩs ꝓductione. Post plãtas enĩ ea ſunt mixta quæ ſentiũt & mouent᷑: quãquã & plãtis ſtupidũ ſenſum adſcribãt Pythagorici: quod in ea quã parturimus cõcordia lõgioris ſubſelli opere diſcutiemus. Hæc autem animãtia quæ citra omnẽ cõtrouerſiam motu ſenſuq; participãt: & hic a Moſe & in Timeo inuolatilia & in aquis degẽtia & terreſtria diſtingũtur. Supremus omniũ & prĩceps homo: quo mundi corruptibilis natura ꝓgreſſa ſiſtit pedẽ & receptui canit.

Caput ſeptimũ.

Quẽadmodum autẽ inferiorũ omniũ abſoluta conſũmatio est homo: Ita omniũ hominum abſoluta est conſũmatio christus. Quod ſi ut dicunt philoſophi ab eo quod uno quoq; in genere est perfectiſſimũ ad cæteros eiuſdẽ ordinis quaſi a fonte omnis perfectio deriuatur: Dubiũ nemini est a christo homine in omnes homines totius bonitatis perfectionem deriuari: Illi ſcilicet uni datus ſpiritus nõ ad menſurã ut de plenitudine eius oẽs acciperemus. Vide quã haud dubiæ hæc ei prærogatiua debeatur deo & homini: quæ etiã qua homo est peculiari ei & legittimo priuilegio conuenit.

Ennius

Pythagorici

Timeus

Christus noſtra fœlicitas

## EXPOSITIO SECVNDA DE MVNDO CAELESTI. PROHEMIVM.

Vrgamus ab elemẽtis ad cælũ: a corruptibilibus ad incorrupta corpa: ut palam omnibus ſit eiſdem uerbis quibus de elementali nobis tot natura monſtrata ſunt: de cæleſtibus item altiſſima dogmata a propheta cõprehenſa. Quod cũ nobiſcũ animo reuoluemus: erit ꝑter ea quæ diximus in ꝓhemiis alia nobis imprompt u ratio. Cur gratia exempli dicturus moſes de agẽte cauſa & de materia nõ illã agentẽ expreſſis uerbis hanc materiã uocauit: ſed cælũ & terrã: & materie diſpoſitiones non qualitates ut dicunt philoſophi ſed aquas: & formã lucem potius ꝙ formam appellauit: Cometas item & fulmina & cætera id genus nõ propriis cognominibus: ſed aſtra & ſtellas nominauit atq; ita de reliquis. In exordiis quidem allata fuit a nobis cum

Tres cauſæ quare Moſeſ figurate ſcripſit.

ueterum conſuetudo ſcribendi res grandes phiſicas & diuinas occulte & figurate: tum ruditas auditorum qui cum ſplendorem diſciplinæ Moſaicæ ferre non poſſent oportuit uelata facie uerba facere illis: ne qui illuminandi ſuſpiciebãtur: nimio lumine obcecarentur Nunc tertiæ rõnis habemus occaſionẽ: quia ſcilicet ſi materiã & formã & qualitateſ & cauſam agentem nominaſſet poterant illa quidẽ corruptibilis mũdi tractatibus deſeruire nõ aũt & reliquis. Quare illud eſt incogitatum & mirum Moſcos artificiũ diuinaq; uere nõ humana induſtria eis uti dictionibus itaq; orationẽ diſponere: ut eadẽ uerba idẽ cõtextus eadẽ ſeries totius ſcripture figurandis mũdorum oĩum & totius nature ſecretis apte conueniat. Hoc illud eſt in quo moſeos liber omnẽ gentiũ & doctrinã & eloquentiam & ingenium ſuperat. hoc nouum illud & intactum adhuc quod noſ afferre tẽptauimus: ut ſcilicet factum a Moſe id noſtris homibus reipſa cõprobaremus. Hæc eſt idea hoc eſt exẽplar abſolutiſſimi ſcriptoris: nõ ob id ſolum ꝙ huiuſcemodi ſcribẽdi geuus ut ſupra demonſtrauimus naturã effigiat & emulatur: q̃ ꝙ ſicut inter mẽtes augelicas auctore Dyoniſio & diuo Thõma ſplendore noſtræ theologiæ illa eſt ſuprema: quæ pauciſſimis ea notõnibus & formis ꝑ intelligẽtiã cõprehẽdit: quæ ĩferiores uariis & multiplicibus: ita inter ſcripturas illa eſt ſumma illa apicem tenet oĩs ꝑfectionis quæ pauciſſimis uerbis oĩa ueluti ſingula & cõgrue & ꝓfunde cõplectitur. Sed quid ꝓphetam prodeũtem reuelata facie moramur ultra ut de cæleſtibus nos myſteriis alloquatur: prius tamen q̃ loquentẽ ipſum audiamus: ut ſimus uerborũ illius capatiores prefati paucula quædam de cælo decimo utile fuerit.

Mirũ moſeos artificiũ.
Abſolutiſſimũ ſcribendi genus ſcriptura moſaica ĩtelligẽtiæ angelicæ emulatrix.
Dyoniſius
Diuus Thõmas

Caput primum.

Supra nouem celorũ orbes id eſt ſeptẽ planetas & ſpherã octauã quã uocãt inerrantem nonũq; orbem qui ratione non ſenſu deprehenſus eſt: primuſq; eſt inter corpora quæ mouentur creditum eſſe decimũ cælum fixum manens & quietũ: quod motu nullo participet Neq; hoc tantũ creditum a noſtris maxime iunioribus Strabo & Beda ſed a pluribus etiã hebreorum: pretereaq; philoſophis & mathematicis quibuſdã. E quibus ſatis duos ſit attuliſſe Abraam hiſpanũ aſtrologũ maximum & Iſaac philoſophũ: quorũ uterque hoc atteſtatur. Quin & hic Iſaac decimũ orbem ab Ezechiele deſignatum intelligit ꝑ Zaphirũ in ſimilitudinem throni: ut color Zaphiri lucis nitorem: throni ſimilitudo ĩmobilitarem eius ſignificet. Figuratas item intelligit decem ſpbæras a Zacharia per candelabrũ aureũ diſtinctum ſeptẽ lucernis: & lampadẽ ſuper caput eius: rum ſuper lampadẽ oliuas duas. Cum enim ſeptem lucernæ ſeptem planetas indicent: & lãpas circulũ octauum tot luminibus fulgentem: uult per duas oliuas indicari nonam & decimã ſphæram: propterea ꝙ ex oliuis oleum defluit ad lampadem & lucernas: ad luminis nutrimentum. Quare per rationis ſimilitudinem cum cælorum quos nos uidemus lux a ſupremis illis emanet & cõſeruetur (qui enim dat lucẽ idem cõſeruat) Merito illi quidem oliuis: hi autem lucernis & lampadi cõparantur. Verũ ſi non poſſunt eiuſdẽ aquæ duo primi fontes conſtitui neceſſe eſt ex illis duabus ſupremis ſpheris alteram eſſe: quæ ſit principium totus lucis: Quod ſi ad alteram ad primam utiq;.i.ad decimam referẽdũ ẽ: ut ſit ipa q̃ſi unitas luminũ: tũ ꝓxĩe lumẽ tota ẽentia ſuæ ſubſtãtiæ nona recipiat. Inde tertio ad ſolẽ plena ꝑticipatõe ꝓueniat: a ſole aũt quarto iã ideoq; poſtremo gradu in oẽſ ſtellas ꝑtibiliter diuidat᷑. Supra igitur nouẽ cælos decimũ ſtatuamus quẽ theologi uocãt ẽpyreũ. Dubitatũ aũt a qbuſdã natura ne eſſet coporea an incorporea potius. Nã & unitatẽ forte decet ut nũero coelemẽta

Cælum empyreum
Strabus
Beda
Abraã aſtrologus
Iſaac philoſophus.
Ezechiel de cælo ẽpyreo
Zacharias
Fons & unitas lucis
Tres gradus participatæ lucis
Vnitas

Numerus co elementaris Phœnicum theologia Iulianus

tali reſpondet analogia naturæ: ita non eſſe genere eodẽ. Sed quicquid de hac queſtione ſtatuatur remaneat in concuſſum inibi eſſe theſauros lucis: & ide quicquid habetur lumis inſiturque in corporibus quaſi a primo fonte in cætera deriuari. Neq; enim obſtat ſi quis credere ptinacius q̃ uerius uelit nõ eſſe illum natura uere corporea: quãdo in phœnicum theologia eſt: ut ſcribit Iulianus Ceſar in oratõne de ſole: emanare lucẽ corporeã ab incorporea natura. Præeſt hic igitur nouẽ ſibi ſerie conſequenti ſuccedentibus cælis quaſi dux exercitui quaſi forma materiæ & Monados typum gerens denarium implet.

Caput ſecundum.

Enarratio uerbo℞ prophetæ Cælum Terra

Veniamus ad Moſem qui dicturus de omnibus hũc tanquã primũ & principalẽ cæli peculiariter appellatione dignatus eſt: queãdmodũ licet nouem choros angelicos: quia participant diuinitate uocare deos poſſumus. Vnde illud deus deorum. Abſolute tamen cũ deum dicimus non aliquẽ ex eis: ſed in diuiduam trinitatẽ accipimus preſidentem illis quẽadmodũ & empyreũ cælũ nouẽ ſibi ſubiectis orbibus p̄ſidet. Terrã aũt uocauit octo ſphæras poſtremas: neque id ſine cauſa: ſed ob id factum quoniam huius numeri extrema ſibi terræ appellationem uendicant. Ea ſunt luna & cælum ſtellatum: quorum utrũque terrã uocare & ueterum auctoritate & ratione præterea cogimur: De ſphera enim octaua frequẽtiſſimum in achademia dare illi terræ appellationem. Lunam item Ariſtoteles terræ ſimilem dixit imitatus ſcilicet Pythagoricos qui eam & terram cæleſtem & terreſtre cælum appellant. Sed uide quæ ratio ad utrũq; nos ducat. Si.n. in cælo querimus elemẽta lunã terram ſtatuimus infimã ignobiliſſimãque oĩm ſyderũ: uti eſt terra oĩm elemẽtorũ opacitate itidem ſubſtãtiæ & maculis illi per ſimilẽ. Tum aquã Mercuriũ uerſipelle ſydus & trãſformabile ideoq; apud Lucanũ undæ arbitriũ appellatũ: Venerẽ aerẽ temperato calore uiuificam ſolam ignẽ rõne maniſeſtiſſima: Tum ordine inuerſo martẽ ignẽ: Iouem aerem cognatum Veneri natura: Saturnũ aquã ſenem. ſ. dãnate ſrigiditatis: reliquũ ut ſpherã octauam & non erraticã terram uocemus: uel ſic ipſo cõputatiõis ordine poſtulante. Recte igitur hoc totum quod binis utrinq; terris concluditur: ſupra q̄d nihil uiſibile nobis: terrã uocauit. Tum ſubit & terra erat inanis & uacua inanitate. ſ. lucis nondum a primo cælo propagatæ ad eã. & reliquarũ uirtutum: quarum uehiculum eſt lux. Neque hoc dicimus ex nobis: ſed ipſe auctor declarat cuius rei dicat inanitatem adiiciens & tenebræ erant ſuper faciem abyſſi: altitudinẽ tãtã tot numero orbium & miram ꝓſunditatẽ iure abyſſum uocãs. Verũ ne crederemus īter octauã ſpherã & ſedes empyreas nihil mediũ eſſe: ut crediderũt multi ſequuti īditia tantũmõ ſenſuũ admonuit: nos orbis īterecedentis: quẽ p aquas ipſe cũ figurauerit cõſone a iunioribus chriſtalliuũ cælũ eſt nũcupatũ. Sup hũc ferebat̃ aut ut ueritas hẽt hebraica: & Syrus Effren trãſtulit incubabat huic ſpũs domini ideſt ꝓxie adherẽs ſpiritalis olypus ſedes ſpũum dñi ſouebat eũ ſua luce uiuifica: & recte eſt factũ ut q attinẽs eſt pricipio lucis toto corpe & tota ſui mole lucẽ cõbiberet: ꝓpterea nobis inuiſibilẽ quia corpulentia ſolidiore nõ termiat̃. Illi igit̃ primũ incubãs ſuã lucẽ largiebat̃ ẽpyreus: quæ mox & ī reliquas ſpheras q̃s p terrã & p abyſſum dicimus deſignatas excuſſis tenebris deo ſic iubẽte eſt deriuata: & factũ eſt ueſpe & mane dies unus: qa p lucis & ſupni influxus receptionẽ fæderant̃ primus cæli īferiores. Sũmati igit̃ prima die & primi cæli eminẽtia in reliquos & deriuatio inde lucis ad eos: & per aquæ ac terræ cognomina de noui orbis & aliorum multa proprietatibus indicantur.

Sphæra octaua Academici Luna Ariſtoteles Pythagorici Quo pacto elementa in cælo Lucanus Inane & uacuum Tenebræ Abyſſus Nonus orbis Aquæ Effren Spiritus domini Cur inuiſibile nonũ cælum Dies unus Epylogus

Caput tertium.

Iam uero de motis orbibus particularius pronũcians docet nonerraticã ſphæram quã dicimus firmamentũ mediam eſſe inter duas aquas: cuius dicti ratio manifeſta ex hiis quæ diximus. nam & nonus orbis & ſaturni planetes ut declarauimus aquarũ ſibi appellationem uendicãt. Poſitum ergo a deo eſt firmamentũ in medio aquarum. & aquæ quæ ſunt ſub cælo cõgregatæ ſunt ad locũ unũ & ſactum ut appareret arida .i. terra totũq; hoc procuratum ad ſalutẽ uiuẽtium. Videamus quid hæc ſibi uelint Moſeos dicta. Aquæ quæ ſub cælo ſunt ſeptem ſydera ſunt quæ ſunt ſub firmamẽto quod uocauit cælũ: quorũ primus Saturnus. hæ aquæ cõgregatæ in locũ unum ideo ſunt: quia omnis planetarum uirtus in uno ſole collecta eſt: quod omẽs philoſophi omẽs mathematici uno ore confirmant: & ſi hæc congregatio aquarum dicta eſt mare non abſurde hic ille erit oceanus qui patet deorum & hoĩm ab illis dicitur qui planetas deoꝝ noĩe dignati ſunt. Terram autẽ quid aliud dicemus q̃ lunã ſic ab Ariſtotele & Pythagoricis nuncupatam: quæ cum tota ꝑdicti maris undis obruitur nec utilis nobis nec uiſibilis item eſt: ſed tũc & animaliũ & noſtris uſibus idonea. Cum ab eo ſecedens mari magis magiſq; ſub aſpectum uenit. Tunc fertilis tunc fecunda eorũ præſertim quæ a uegetali natura ſunt. Cuius munera auctio nutritio & generatio. In hæc .n. ꝑcipua uis lunæ ut dixerũt chaldei. Quod & hic a Moſe apertiſſime demõſtratur. Cum eam ſimul atq; apparet & herbarum & fructicũ & arborũ parentem facit. Vide ut nobis naturã lunæ & ſolis pauciſſimis figurateq; ſubindicauit. Sed cur tacet de reliquis quem tractaturũ de oĩbus ſufficienter & docte in prohemiis noſtris promittebamus. Cur in quã cum de decima nona octauaq; ſphera de Saturno item ſole & luna fecerit mẽtionem de quattuor qui ſuperſunt Venere & Mercurio Ioue item & Marte ne uerbum quidẽ. Dixeris forſan ideo ſactum quia rudis populus ſolem tãtum nouit & lunã. Sed hoc ꝑfugium ipſe mihimet ademi nec poſſum non erubeſcens iſthuc diuertere qui ſupra ſum atteſtatus nihil propterea obmiſſum a Moſe quod ad perfectam mũdorũ omniũ intelligentiã faceret. Dicat alius qđ ſole ac luna egit egiſſe de reliquis: qđ hii regnũ obtinent cæli & cũ particularis aliorũ ſit uirtus uniuerſali hæc duo ſydera influxu pollẽt. Sed neq; hoc nobis ſatiſfacit: & debuit eadẽ rõne omiſiſſe Saturnũ de quo tamẽ nos ſactã mentionem oſtẽdimus. Altius credo latere myſterium ueteris hebreorũ diſciplinæ: inter cuius de cælo dogmata hoc eſt ꝑcipuũ cõcludi a ſole Iouẽ & Martẽ: a luna uero Venerẽ & Mercurium. Nec ſi hoꝝ naturas ſyderũ ꝑſitemus obſcura eſt rõ opiniõis q̃q̃ ipſi rõem nullam ſui dogmatis afferant. Calet Iuppiter calet Mars: calet & ſol: ſed martis calor acer & uiolẽtus Iouis beneficus: in ſole eſt acre illud ac uiolentũ. Martis & iouis beneficã proprietatẽ uidemus id eſt mixtam ex hiis tẽperatãq; mediã quandã ut ita dixerim naturã. Iuppiter fœlix Mars infauſtus ſol ꝑtim quidẽ bonus ꝑtim eſt malus radiatiõe bonus copula malus. Eſt aries martis domus cancer dignitas Iouis: ſol in cãcro ſublimitatẽ in ariete dignitatẽ adeptus manifeſtã cũ utroq; ſydere cognationẽ oſtendit. Veniamus ad lunã quæ & aquis Mercurii manifeſte ꝑticipat & quãtã hẽat cũ Venere affinitatẽ ꝑſertim hic ĩdicat q̃ ita in tauro Veneris dõicilio ſublimat̃ ut nuſq̃ fœlicior aut magis bñfica iudicet̃. De cælo igit̃ ẽpyreo đ nono orbe de firmamẽto đ ſydere ſaturni deque ſole ac lũa q reliq̃ cõplectũtur ĩpo ſilẽtio huius cõplexus nos admonẽs ſufficiẽter hactenus dixit.

Caput quartum.

Reſtabat ut poſtq̃ de natura ſyderum dixerat de operibus deque eorum officio diſſereret declarans in quem uſum fundata & cui numeri delegata a deo fuerint. Scito autem

Firmamẽtũ inter aquas

Aquas ſub cælo congregatas ad locum unum

Oceanus

Terra apparet

Inque uis lunæ ꝑcipua

Caldei

Cur de quattuor planetiſ nulla mẽtio

Solutio

Solutõ tertia

Dogma ueterũ hebreorum de ſyderibus

Affinitas ſolis cum Ioue & Marte

Affinitas lunæ cũ Venere & Mercurio

Epylogus

agi adhuc de cælo ut de lucido corpore: nihil de intellectu nihil de motrice ui eius adhuc dictum a propheta quem ordinem etiam timæus ſequitur. Primo corpus fabricans tūc corpori abſoluto animū apponens.

Timæus

Motus

Illuminatio

cæleſtium corporum duæ in uniuerſum manifeſtæ opationes motus & illuminatio. Motus duplex ſtatuitur: alter mundi totius quo cælū & ether. xxiiii. horis per totū ſpatiū uniuerſi perfecto ambitu circumuoluūtur: alterū ſyderū ꝓprius multiplex & uarius inter quos principalis eſt motus ſolis qui ſpatio. xii. menſiū. Zodiaci ſigna oīa circuit. Ille diē facit unde & diurnus dicitur: hic aūt annū reliqui ſyderū motus uariis tēporum interuallis peragūtur. Recte igitur & breuiter nos oīm admonuit Moſes: cum dixit poſita ſydera in firmamēto in dies annos & tēpora. Addidit in ſigna qd quia ſatis ab aliis interpretibus exponitur ego ꝑtereo. Indicauit ꝑterea expſſe reliquā opationem ſyderū quæ eſt illuminatio cū dixit ſtatuta illa ut lucerent in cælo & terram illuminarēt.

Quid cæleſtia influant inferioribus

Ariſtoteles

Auerrois

Abraam

Auicenna

Babillonii

Quāq̄ autē diuerſe ſint ſententie ueterum quid cæleſtia influāt inferioribus in quālibet tamen apte cadunt Moſeos uerba. Nam ſi nihil aliud influunt q̄ lucem qd uidetur Ariſtoteles uoluiſſe: ſi religioſe & non pro noſtro arbitrio illius uerba interpretemur nihil poterit cogitari moſaicis dictis cōuenientius. ſi preter lucem calorem etiam influunt nihilque preterea aliud ut Auerrois arabs & Abraam iudeus uolūt ſatis fuit dixiſſe de luce a qua idē auctores ꝓuenire calorem ſatentur. Si irē plures aliæ uirtutes atque multiplices iſthuc cælitus demittūtur ut Auicenne: ut Babiloniis uiſum non temere de ſola luce mentio facta: quando ut ipſe ſcribit Auicenna ſola eſt lux quæ reliquas omnes uirtutes de cælo uehit ad nos. In hæc igitur miniſteria & lunæ & ſolis & ſtellarum ſunt corpora diſtributa.

## Caput quintum.

Signa octauæ & nonæ ſpheræ.

Reliquum erat ut & ſignorū quæ ſpectabilia ſunt in Zodiaco: & eorū quæ q̄q̄ inuiſa nobis longe tamen efficatiora in cælo ſunt chriſtallino mentionē faceret. De his enim nihil hactenus dictum. hoc igitur ſibi uolūt animalia quæ & aquæ producūt & terra producit: utiq; illæ aquæ quæ ſunt ſuper cælos & terra quæ ipſum eſt firmamentū ut ſupra eſt comprobatum. Signa enim quæ in illis ſolis duobus orbibus uiſuntur in ſpeciē animalium qualia quæ apud nos ab egyptiis & indis notata ſunt: quæ potuerunt illi & facilius & rectius

AEgyptii

Indi

q̄ noſtri deprehendere adiuti ab ipſa ſoli planitie & cæli ſerenitate. Alioquin animalium que hic ſunt caduca ꝓductio non magis attinet ad hæc duo elementa terram & aquā q̄ ad reliqua uidelicet. ignē & aerē. & quoniā aquæ dedit appellationem orbi chriſtallino congruenter quæ ibi animalia piſces: rurſus quæ in firmamento quod terram dicit iumenta & beſtias uocauit.

## Caput ſextum.

Hactenus de corporea cælorū natura. Nūc ꝑdita ea aīo rōnali declaraturus allegorice ho

De ui cælorum motrice

Plotinus

Timæus

Sacræ litteræ

minis meminit nō utiq; illius q ē caducus & terreus & quē uidemus ſed a quo ut inqt Plotinus is regit̄ hō qui uidet̄. Ille ipe aīus eſt rōnalis: quē ex eiſdē elemētis: & in eadē patera ex quibꝫ & celi aīam cū Timæus cōſtituat nō incōgrue quæ dicunt̄ de hoīs aīo ad cæli ēt aīm traſferūt̄. Aſtipulātur noſtræ expoſitiōi litteræ ſacræ: in quibꝫ ſepe āgelica oīs natura & rōnalis p hoīem deſignat̄. Frequētiſſimū hoc in ꝓphetis de bōis āgelis. Et de malo etiā demōe: qui nihil natura differt ab illis ſcriptū eſt in euāgelio inimicus hō hæc fecit. Adie

Obedire cæleſtia ſuis motoribus

cit igit̄ deus cæleſti machīe uiuā ſubſtātiā & rōnalē ꝑncipē itellectus. Ideoq; ad imaginē & ſimilitudinem ſuam. hāc uoluit præeſſe his de quibus Paulo ante diximus animantibus id eſt ſydereis omnibus ſignis & planetis quæ illius ita nutu uerſantur: ita dicto obediunt ut

nulla mora nulla ſit contumacia. Quod brutis elementorum corporibus non pariter ac cidit. Neq; temere aliud inuenies in quo magis deſudent peripathetici q̃ ut probent nihil reluctari cæleſte corpus ſuo motori quemadmodum noſtra nobis corpora reluctantur. Quare neq; illis ut nobis ex perpetuo motu aut tedium aut difficultas aut fatigatio: hoc eſt imperium quod tetigit Moſes cæleſtis hominis in animalia. Non item uacat myſterio q; illum hominem marem & feminam creauit. Eſt.n. hæc prærogatiua animorum cæleſti um ut ſimul utrunq; obeant munus & contemplandi & regendi corpa: neq; ãt hoc illi aut huic illud obſtrepat impedimento ne eſſe poſſit. Vſurpatum autem maxime a ueteribus: q; in orphicis etiam hymnis obſeruamus duas has uires in eadem ſubſtantia quarum altera contemplatur altera præeſt corpori cognomibus maris & fœminæ deſignare: hæc de cæ leſti mundo de diuino. ſ. corpore de numero orbium de natura de proprietatibus de offi cio. Poſtremo de motrice ui eius rationali ſubſtãtia deq; eius ingenio a propheta tradunt̃. | Quo pacto cæleſtis homo maſ & femina | Epylogus

Caput ſeptimum.

Nobilis hæc creatura & a nobis ſuſpicienda & celebranda. Sed ſi uel platonicæ ſententiæ: ut theologos taceam cuius modo meminimus non ſumus obliti temperatos animos no ſtros ab opifice deo in eodem cratere ex iiſdemq; elementis cum cæleſtibus animis: uidea mus ne nos illorũ ſeruos uelimus: quorum nos fratres eſſe natura uoluit. Neq; noſtram cõditionem de hoc infirmo corpore metiamur. Neq;.n. homo ut ſcriptũ in alcibiade hoc quod uidemus fragile & terrenũ: ſed animus eſt: ſed intellectus qui omnem ambitũ cæli omnem decurſum temporis excedit. Cauendum igitur ne quod multi faciũt plus cælo dã tes plus tribuentes q̃ ſit neceſſe & uoluntati opificis & ordini uniuerſi repugnemus: ſimul q; ipſi cælo cui dei conſilia & mundi ordo maxime cordi ſunt: dum ſtudemus placere diſ pliceamus. Hoc admonent Caldei dicẽtes. Ne augeas fatũ. hoc p̃dicat Hieremias. Ne timeatis inquit ſigna cæli que gentes timent. hoc precipit alibi propheta noſter admonẽs: cauendum homini ne ſuſpiciens ſolem lunam & ſtellas colat ea que deus creauit in mini ſterium cunctis gentibus. Quod ſi in eum ſenſum quis nõ accipiat quaſi illa ſeruiant no bis uti ignobiliora & mortua corpora: ſignificari tamẽ intelligamus auctorem aut domi nam naturæ noſtræ eã ſubſtantiam eſſe nõ poſſe: cuius uel altera pars etiam uilior aliqua parte qua ſit in nobis ignobilior ĩueniatur. Neq; enim in opere perfectius aliquid eſſe aut põt aut debet his que ſunt in opifice: Illũ igit̃ timeamus amemus & ueneremur. In quo ut ĩnqt Paulus creata ſunt oĩa ſiue uiſibilia ſiue inuiſibilia. Quod eſt principiũ in quo fecit deus cælũ & terrã: hoc aũt eſt Chriſtus. Ipſe eñ pcũctatus quis eſſet optime ſui gnarus reſ põdit: Ego prĩcipium qui loquor uobis. Quare neq; ſtellaꝝ imagines in metallis: ſed illi us ideſt uerbi dei imaginẽ ĩ noſtris aĩs reformemus. Neq; a cælis aut corporis aut fortunæ quæ nec dabũt: ſed a domino cæli domino bonoꝝ oĩm cui data oĩs poteſtas in cælo & in terra & præſentia bona quatenus bona ſunt & ueram æternæ uitæ fœlicitatem queramus. | Quatenus a nobis ho norandũ cæ lum. | Plato | Caldei. | Hieremias. | Moſes | Nõ poſſe cæ lũ eſſe homi nis auctorẽ. | Xpus unus colendus a quo oĩnẽ bo num

## EXPOTITIO TERTIA DE MVNDO ANGELICO ET INVISIBILI.
## PROEMIVM TERTII LIBRI.

h Actenus de cæleſti mũdo pro uiribus noſtri ingenii myſteria Moſeos reue lantes diſputauerimus. Nunc aũt quis dabit mihi pẽnas ſicut columbæ pẽ nas de argentatas & rutilas pallore auri: & uolabo inſuper cæleſtẽ regionẽ

ubi uera eſt quies uera pax uera trāquillitas: pax utiq; quā hic uiſibilis & corporeus mundus dare non pōt. Reuelate uos oculos meos'ultramundani ſpiritus & contemplabor miracula ueſtræ ciuitatis: ubi repoſuit deus timētibus ſe: que nec uidit oculus nec auris audiuit neq; cor cogitauit. Cū aūt de hac natura āgelica & inuiſibili ab hebreis ueteribus multa: multa item a Dyoniſio tradātur erat conſiliū Moſeos uerba exponere iuxta doctrinam utriuſq; familiæ. Sed quoniā quæ ab hebreis dicūtur cum ſint inuſitata apud latinos intelligi a noſtris hominibus facile non poſſent niſi a gemino, quod aiunt ouo exorſi plurima & fere oīa ueteris diſciplinæ hebraice gentis dogmata enarraremus. Cogitaui differendū donec de his alibi latius ſcripſerimus: & noſtratibus notas fecerimus illorū opinioēs: ubi quantū egyptiis monimentis: quātū platonicæ philoſophiæ: qnātum catholicæ ueritati conſonēt examinantes: ſicubi quidē cōcordabūt nobiſcū iubebimus hebreos ſtare in antiquis patrū ſuorū traditionibus: ſicubi diſſonabūt inſtructi catholicis legionibus impreſſionem faciemus in eos. Deniq; quicquid alienū ab euāgelica ueritate deprehendemus cōfutabimus pro uirili: quicquid ſanctū & uerū: a ſynagoga ut ab iniuſto poſſeſſore ad nos legitimos iſraelitas transferemus. Interea Dyoniſii ueſtigiis inſiſtentes aut Pauli potius & hierothei quos ille eſt ſequutus conabimur tenebris legis quas auctor legis ſpiritus dei poſuit ſuum latibulum pro noſtra imbecilitate lucem in uehere.

*Dyoniſius* — *Antiqua dogmata hebreorum* — *Dyoniſius Paulus Hierotheus*

Caput primum.

Quicquid eſt poſt unitatē numerus unitate pfectus & cōſumatus eſt. Sola unitas omino ſimplex a ſe perfecta non egreditur ſe: ſed in diuidua ſimplicitate & ſolitaria ſibi coheret: quia ſupereſt ſibi nullius indiga plena ſuis diuitiis. Numerus ſua natura cum ſit multitudo unitatis beneficio ſit ſimplex quātū ipſe ſimplicitatis capax. q̄q̄ āt numerus quiſq; quo magis ab unitate fit pcul in maiorem ſemper incidat multitudinem pluſq; in eo diſſimilitudinis plus partium plus cōpoſituræ ſit nullus eſt tamen ita unitati proximus qui multitudo non ſit aduentitiam habēs unitatem unaq; non natura: ſed compoſitione. transferamus hæc ad diuina more Pythagorico. Solus deus qui a nullo a quo ſunt omnia ſimpliciſſima eſſentia & indiuidua eſt. quicquid habet a ſe habet: eadem re qua eſt eadē ſapit eadem uult eadem bonus eadem iuſtus. Neq; rem aliquam intelligere poſſumus qua ipſe ſit pterquā ipm eſſe qđ ipſe ē. Cætera nō illud ideſt ipm eē: ſed illo ſunt. Igit āgelus nō ē ipſa unitas: alioquī deus eēt: aut pſes eſſent dei qd cōcipi ne pōt quidē. Quid em̄ erit unū ſi ne ipa quidē unitas una. Reliquū ut āgelus nūerus ſit. Quod ſi eſt nūerus alia ſui pte multitudo eſt alia multitudo una. Eſt aūt oīs nūerus eatenus iperfectus quatenus multitudo: pfectus aūt quatenus unus. Quare quicquid in āgelo impfectū eſt āgelice mltitudini: quā ide hēt unde eſt nūerus .i. creatura: & qcqd pfectū eſt accedēti unitati quā ide hēt unde deo cōiungit aſcribamus. Impfectionē in angelo duplicē inuenimus. Alterā qa nō eſt ipm eē ſed eſſentia tm̄ cui participatu eſſe accidit ut ſit: Alterā quia nō eſt ipa itellectio ſed aduēit ei ut itelligat. Cū ipſe ſua natura itellectus ſit itelligētiæ capax. Pēdet aūt ſecūda ex prima: qm̄ ꝙ ex ſe nō eſt utiq; neq; itelligit ex ſe: cū ibi eſſe nihil poſſit ubi nō eſt ipſum eſſe. Vtrūq; igitur horū euenit angelo qua multitudo eſt. Reliquum ut abſolutio illi & conſumatio ab accedente deſuper fiat unitate. Deus autem unitas: unde ad angelum & eſſe & uita & omnis perfectio deriuatur. Quemadmodum autem duplex eſt imperfectio quam ſi duplex multitudo: ita duplicem intelligamus unitatis acceſſum ut utraque perficiatur. Prima ea eſt qua eſt eſſentia rudis ac in formis expers uitæ & eſſe hæc eſt

*Vnitas* — *Numerus* — *A mathematicis aſceuſuſ ad diuina* — *Angelus*

terra inanis & uacua quã & deus creauit: Ne ſorte crederes ut quidã crediderũt formatio/nem tm̃ eſſentiæ ptinere ad opificem nõ aũt & creationem. Simul cũ terra creauit & cæ/lum: i. actum illius eſſentiæ participatãq; unitatẽ in multitudine hoc eſt ipſum eſſe: Ut ſit quaſi eadẽ creatio cæli & terræ utpote comparis cõplexus & duarum ad idem ſimili nexu conuenientium naturaꝝ. Nec diſſone a ueteribus ipſum eſſe participationem diuinitatis uocamus cælum: quando & mundum archetypum Zenophanes ſpheram appellauit & Saraceni quinimmo & noſtri deum circulum uocam. Tertia ianis Zenophães Saraceni

Caput ſecundum.

Eſt angelus p ea quæ diximus iam ſuã naturã pfecte adeptus intellectualẽq; ꝓprietatem. Verumtñ nõ dum habet unde ſua munera impleat intelligendi. ſ. & cõtemplandi: niſi a deo prius formis intelligibilibus ueſtiat: Propterea adhuc ſunt tenebræ ſup faciẽ abyſſi: Abyſſus intellectualis ꝓprietas eſt ꝓfunda quæq; penetrãs & pſcrutans. Sup hãc tenebræ ſunt: donec ſpiritaliũ notionũ qbus oĩa uidet & intuet̃ radiis nõ illuſtrat̃. Scriptũ eſt au tem ſup faciẽ abyſſi nõ ſup abyſſum. quia idẽ locus tenebræ & lucis. Lux aũt. i. ſpecies in/telligibiles faciem tenẽt. i. extrema angelici intellectus quia accidentes ei ſunt qualita/tes nõ ad ipſius eſſentiã ſpectãt. Quid aũt mediũ intercedat priuſq̃ tenebra depulſa obo riat̃ lux ſtatim annectit dicens. & ſpiritus domini ferebat̃ ſup aquas. Domini ſpiritus qd erit potius q̃ ſpiritus amoris. Neq; enim ſpiritũ ſcientiæ ita ꝓprie domini ſpiritũ dicemus Quoniã & ſciẽtia qñq; abducit a deo. Amor aũt ad deũ ſemp addũcit. Hic niſi ſup abyſ ſum illã feratur nõ fiet lux. Quoniã queadmodum nõ implebit̃ luce oculus niſi ad ſo/lem cõuerſus: ita neq; angelus ſpiritali luce implet̃ niſi cõuertat̃ ad deum. Motus aũt hic cõuerſionis neq; eſt neq; eſſe aliud põt in natura angelica q̃ motus amoris. Erat igitur ſpi ritus domini amatoris ſpiritus ſup abyſſum. i. ſup angelicũ intellectũ (intelligentiã enĩ amor cõſequit̃) quo dũ acta & excitata angeli mens ad deũ conuertit̃: Dixit deus fiat lux & facta eſt lux in angelo lux ſcilicet formaꝝ intelligibiliũ & fuit ex ueſpere & mane dies unus: quia ut ꝓbat Auerrois ex intellectu & intelligibili fit magis unum q̃ ex materia. & forma quod ut idẽ affirmat: & ſcribit ẽt Moſes ægyptius longe magis in angelis q̃ in hoĩe ueꝝ deprehẽdit̃. Cuius ut illos obmittamus hæc nobis ſatis ſit rõ q̃ ſpẽs angelicæ mẽti in diuidua copula nõ ut hũano intellectu accidit uaga & trãſlatitia ppetuis nexibus uniũt̃. Tenebræ Abyſſus Cur ſup fa/ciem abyſſi nõ ſup abyſ ſum Spiritus do mini Fiat lux Dies unus Auerrois Moſes ægy/ptius

Gaput tertium.

Vidimus creatam a deo naturã angeli: eãdem ad deũ cõuerſam ſpiritũ amoris: tũ ab eo illuſtratam & abſolutã luce intelligibiliũ rationũ. Videamus nũc quo inter ſe ordine an gelici exercitus diſtinguntur. Legimus aũt poſitũ firmamentũ in medio aquarum ubi tres nobis angelicæ hierachie (ſic. n. eas ſemp uſitato uocabulo appellabimus) indicant̃. haꝝ prima & ultĩa p aquas deſignat̃: illa p ſupcæleſtes: hæc p eas que ſunt ſub cælo: media il/las diuidens dicit̃ firmamentũ. Quæ omnia ſi naturã triũ hierarchiaꝝ & officia penſite mus cõſonare Dyoniſii doctrinæ magis nequeãt. Suprema hierarchia cũ ut ſcribit ille ſo li uacet cõtemplationi merito p aquas figurata eſt quæ ſup cælos ideſt ſup oẽm circa mũ dana ſiue cæleſtia ſiue terrena actionẽ ſunt cõſtitutæ & deũ perhemni ſono indeſinenter laudant. Medius aũt ordo cũ ſit cæleſtibus officiis delegatus ꝑfecto nõ poterat cõgruen tius q̃ p firmamẽtũ ideſt p cælũ ſignificari. Poſtrema hierarchia & ſi natura ſupra omne ſit corpus ſupraq; cælũ: curat tamẽ ea quæ ſunt ſub cælo: & cũ diuidat̃ in principatus ar/ Firmamẽtũ in medio a/quarum Aquæ ſuper cæleſtes Firmamẽtũ Aquæ ſub/cæleſtes.

changelos & angelos oīum horum operatio omnis circa ea eſt tn̄ quæ ſūt ſubluna: prin
cipatuū circa res publicas & reges ac pricipes ut ex Daniele cognoſcimus archāgeloꝝ cir
ca myſteria & ſacras cerimonias: Angeli priuatis ſtudēt rebus & ſinguli ſingulis hoībus
adhibent̄. Recte igit̄ hic ſub cæleſtis exercitus p ſub cæleſtes aquas eſt figuratus: Qui &
rebus præeſt fluxis atq; caducis & illi ordini ſubeſt qui uerſat̄ circa cæleſtia:

Caput quartum.

Aquaꝝ ſub cæleſtiū col lectio ad lo cum unum Paulus

Quid autem ſit aquas quæ ſunt ſub cælo colligi ad locū unū dubiū eſſet fortaſſe niſi hoc
nobis Paulus declararet apud quē de his angelis q ad mundi huius obeūda munera mit
tunt̄ legimus eſſe oēs adminiſtratorios ſpiritus in miniſteriū miſſos ꝓpter eos qui heredi
tatē capiunt ſalutis. Vnde poſſumus intelligere ſub cæleſtes has aquas ideſt angelicos ex
ercitus ad unum locū ad unius ſcilicet hoīs bonū ſalutēq; ꝓcurandā cōgregatos ꝓ qua &
mittunt̄ ad nos & nunc ſecundū quietē nunc ēt uigilātibus nobis: aliis atq; aliis & formis
& locis & tēporibus apparent. Quæ ſnīa quo pacto ſit accipienda tunc demū cognoſce/
mus cum & quopacto id ſit ueꝝ qd̄ dicit Moſes: aquas ſcilicet ad locum unū fuiſſe cōgre
gatas: aīum aduerterimus. Neq; enim illud ita eſt ueꝝ ut nuſq̄ diſtinctis diſcluſiſq; in lo/
cis aquæ inueniant̄: cum indicum mare ab hircano hircanum ab adriatico adriaticū ab
euxino: innumera præterea fluuioꝝ fontium lacuūq; fluenta longiſſima locoꝝ inuicē in/
tercapedine diſpeſcant̄. Sed ideo ad locum unū cōgregatæ aquæ dicunt̄: quia particula/
res hæ atq; diuiſæ aquaꝝ collectiōes uel marinæ uel fluuiatiles oēs ut inquit Solamō ad
primarium mare tēdentes in unū oceani locū uniunt̄ & coeunt. haud aliter eſt nobis de

Præfecti an/geli corpali bus rebus Platonici Auguſtinus Gregorius Origenes Damaſce/nus

his angelis intelligendū: qui ſublunaria curāt. Diuerſis eni diuerſi corpalibus rebus aliiſ
q; ab hoīe præſunt. Quoniā quēadmodū platonici: ita & noſtri crediderūt uariis mūdi
huius corruptibilis rebus uarias ſpiritales ſubſtātias a deo ꝑſectas. Quo circa & Augu/
ſtinus nullā eſſe uiſibilē rē apud nos cui nō præſit angelica ptās: & corpora oīa p rationa
lē ſpiritū uitæ regi cōſtanter aſſeruit: id qd̄ & Gregorius poſtea cōfirmauit. Origenes ſi/
militer in cōmentariis in librum numeroꝝ opus eē inqt mundo angelis: q beſtiis præſint
& aīalium natalibus uirgultorūq; ēt & plātationū & ceteraꝝ reꝝ incremētis. In qua ſnīa
cum eſſet & Damaſcenus credidit angelū qui peccauit ex his fuiſſe qui deſpicatiſſimæ no/
tæ ſint: & terreſtri ordini præſint. Verum quēadmodū hæc oīa infra hoīem ad hoīem re/
ferunt̄: ita & oīs circa hæc angeloꝝ cura illi potiſſimum ſubancillat̄ & ſeruit operæ & ſtu
dio ut curent humana & noſtræ auxiliantes imbecillitati efficiant: quātum qdē patimur
ipſi ut pie atq; fæliciter uitā uiuamus. Quare & quid ſibi uelit illa aquaꝝ collectio ſtati

Terra d̄ qua in euāgelio Paulus

Moſes intulit ut terra det fructum herbas plātas & arbores. Quæ aūt hæc terra eſt, præ/
ter eā de qua ſcriptum in euangelio q; alia quidē affert fructum centeſimū alia ſexageſi/
mum alia trigeſimum. Terra utiq; animi noſtri: de qua Paulus hæc uerba. Terra excipiēs
frequēter uenientē ſup ſe imbrem ſi generet herbā oportunā his quibus colit̄ pcipiet be/
nedictionē a deo: quæ uero ſpinas & tribulos ꝓfert reproba eſt & maledicto ꝓxima: Cu/
ius finis in aduſtionem. Curemus igit̄ & nos de terra noſtra fructum in tempore ſuo: det
quaſi herbas purgatorias uirtutes: det ſcientiā & ſapiētiā quaſi maiores frutices: det abſo
lutā ꝑfectāq; uirtutem quaſi libani cedros: ut ſit finis eius benedictio nō ſit aduſtio: Et au/
diamus dicentē patrem. Ecce odor filii mei ſicut odor agri pleni quē benedixit deus. Nec
miret̄ quiſpiam aliud cælum nobis & terrā primo die ſignificare: aliud nunc firmamen/

tum & aridam id quod etiam in ſuperioribus libris obſeruauimus: quando & Origenes & Baſilius & pleriq; alii uolũt aliud eſſe apud Moſem cælum & terram primo die: aliud aridam & firmamentum die ſecundo.

Origenes. Baſilius

Caput quintum

Fauent aũt terræ huic noſtræ cæleſtes ẽt uirtutes. Poſita enim in firmamẽto & ſol & luna & ſtellæ ut terrã noſtram illuminẽt. Vide q̃ hæc Dionyſiacis myſteriis apte cõueniãt. Diximus de ultima hierarchia delegata curãdis rebus quæ ſũt ſub luna ideſt humanis. Nũc de media agit': cui cæleſtiũ adminiſtratio demãdata. Neq; erit de tertia ſimiliter expectãdum ut dicat: de qua dicendũ nihil præter ea quæ dicta ſunt: eſſe ſcilicet eã ſupcælos ideſt ſupra oẽm actionis motũ ſupraq; rez oĩum mũdanaz adminiſtrationẽ cõtemplatiõi tm̃ addicta. hoc aũt loco nec uiolentũ nec alienũ a ſacris litteris exiſtimemus q̧ lunã & ſolẽ uocet nõ quæ uidemus ſydera ſed rectores lunæ & ſolis angelicas uirtutes. Nã & ſcriptura cum dicit hoĩem dei filiũ fieri per gratiã: hunc nõ intelligit quẽ uidemus caducũ & fragilẽ: ſed qui regit hunc ipm quẽ nos uidemus & in regnũ hiſtoria legimus iuxta hebraicã litteraturã. Salamonẽ his uerbis orantẽ. Exaudi o cælum: ubi nõ cælum tñ: ſed cæli ac terræ rectorẽ & dñm deum appellat. Ita & nos hoc in loco cum ſolẽ audimus & ſtellas nõ ſydera: ſed ſydez præſides angelos intelligamus: qui cũ ipi ſint inuiſibiles: inuiſibilẽ etiã terrã illuminant: ſubſtantiã .ſ. animi noſtri. Nec aut temere aut uulgariter dictum ſtatuta illa ut illuminent. Sed tã ꝓprie tam cõſone his quæ attulimus: ut ſi nõ aliũde: hinc certe expoſitio noſtra maxime cõprobet'. Cum. n. (ut tradit Dionyſius) tres ſint actiones angelicæ: purgatio: illuminatio: & pfectio: ſic ſunt diſtributæ: ut purget ultimus ordo ſupremus perficiat. medius aũt hic: de quo nũc agimus illuminet. Purgant igit' terrã noſtram aquæ inferiores: unde & nitida ſub aſpectũ uenit: Purgatam cæleſtes illuminant: Super cæleſtes igneo quodam rore atq; uiuifico perficiunt & fœcundant: ad tantam ſæpe fœlicitatem: ut nõ ſalutares iam herbas ſed ipſum germinet ſaluatorem: & nõ una uirtus ſed Chriſtus plenitudo omniũ uirtutum formetur in nobis.

Dionyſiaca Myſteria

Hiſtoria regum

Tres angelorz operationes

Purgatio Illuminatio Perfectio

Chriſtus plenitudo omniũ uirtutũ.

Caput ſextum

Sequitur dari ab elementis habitatoz multitudinẽ piſces aues & bruta: ubi me magnæ ꝑfecto anguſtiæ tenuiſſent quales nuſq̃ alibi in toto hoc noſtro ope: niſi præſto mihi eſſet & Eſaias apud quẽ alata legimus Saraphin: & Ezechiel apd' quem ſi hebreis credimus & aues & bruta ſpiritales etiã nobis ſubſtantias indicãt: niſi accurrerent ſuppetiatũ ueteres hebrei: qui oẽs hoc loco angelicã multitudinẽ inſinuari uolunt a Moſe. Dicamus igit' ſectantes hoz ueſtigia redargui hic a ꝓpheta errorẽ philoſophoz: qui crediderũt principales quidẽ aliquas eſſe ſubſtantias intellectuales: ſed negauerũt ſingulas ex illis (qđ dicũt theologi) numeroſæ deinceps multitudini ut legionibus duces præeſſe. Cũ ergo nouẽ ordines angelicos cogitamus ſitq; unuſq̃ſq; ordo ſuũ ducẽ ſortitus fingamus aio ducẽ illũ & principẽ quaſi maximã ſpherã tum ſequacẽ exercitũ quaſi ſpheræ illius habitatores & ornamẽtũ ſicut in aqua piſces in aere aues in terra beſtias in ſphera octaua ſydera cogitamus. & uez erit illud Danielis decies milia aſſiſtebãt ei. & mille milia miniſtrabant ei.

Eſaias. Ezechiel Veteres hæbrei Vnitates angelicaz legionum

Daniel

Caput ſeptimum.

Poſtremo hominis meminit nõ quia homo ſit angelus: ſed quia angelici mundi finis & tertius quẽadmodum & de natura corruptibili agens hoĩem etiã attullit illius: naturæ:

nō partem ſed principium & caput: Quo fit ut ad tres mundos tractatus hoīs pertineat ad eum qui ſibi eſt ꝓprius & ad utrunq; extremū incorporeum .ſ. & elementarē: quoꝝ ita eſt medius ut alterius finis: alterius principiū ſtatuat᷑. Sed uideo paratum laqueū noſtræ expoſitioni: cum ſubiiciat᷑ præeſſe hoīem piſcibus maris auibus & brutis. Nam ſi illa nobis naturā angelicam ſignificant: quo pacto ueꝝ erit quod ſcribit᷑ præeſſe hominem illis quē deminutum ab angelis & ſciunt philoſophi & propheta teſta. Adſit ille nobis & laqueum cōterat qui & cōtriuit Sathanam ſub noſtris pedibus Ieſus chriſtus primogenitus omnis creature. hic laqueū ꝑfecto cōterit & nodum omnē ſoluit & abrumpit: qm̄ non ſolum in eo in quo tota diuinitas corporaliter habitauit adeo ſublimata eſt natura humana ut homo xp̄s qua homo eſt ſi credimus Dioniſio angelos doceat illuminet & ꝑficiat: tanto ut inquit Paulus melior angelis effectus quāto differentius præ illis nomē hereditauit: Sed & nos oēs quibus data poteſtas ſilios dei fieri: per gratiam cuius dator eſt Chriſtus: ſupra angelicam dignitatem euehi poſſumus:

Ieſus xp̄us primogenitus omnis creaturæ

Dionyſius

Paulus

## EXPOSITIO QVARTA DE MVNDO HVMANO IDEST DE HOMINIS NATVRA.

### Prohemium Libri Quarti.

POſtq̄ de omnibus mundi partibus deq; omni natura cæleſti angelica & corruptibili tractatū ſatis a ꝓpheta oñdimus: reliquū (ſi ꝓmiſſi memores ſumus) totā iterū lectionē de hoīe interpretari: hoc re ipſa cōprobaturi: nullā eſſe in uniuerſo hoc ope orationē: quæ uti de tribus mūdis de quibus actū ſupius ita de hominis ēt natura recōditos ſenſus & ueritates altiſſimas nō complectat᷑. Nec minus ſecerimus opæpretiū ſi in hac quarta explicanda enarratione diligentes fuerimus q̄ factū in ſuperioribus. Quā utilis .n. homini q̄ necеſſaria ſit ſui cognitio (ut preterea litteram delphicam) ita eſt a Platone in primo Alcibiade demonſtratum ut nihil ſecerit reliquum poſterioribus qđ ſup hac re quaſi nouum afferre tētarēt. & ꝑfecto improbum ac temerariū illius ſtudiū: qui adhuc ſui ignarus adhuc neſcius an ſcire aliquid poſſit: rerum tñ: quæ tam ꝑcul ab ipſo ſunt. cognitionē ſic adacter affectat. Redeamus igit᷑ in nos & uideamus (ut ait ꝓpheta) quāta bona ſecit deus anīe noſtræ. Ne ſi forſitā inſemet agnoſcenda minus diligens fuerit audiat patrē dicentē in canticis. ſi te ignoras o pulcherrima mulierū egredere & abi poſt ueſtigia gregū tuoꝝ. Videtis quæ nos maneat pœna noſtræ ignorationis. Abeundum eſt enim: a patre .ſ. quā abitionē & exheredatio ſequit᷑: qua qđ in ſœlicius: Egrediendū item eſt: utiq; ex nobis. Neq; enim apud ſe eſt animus: qui ſe ipm̄ nō uidet. Qui autē ſe exit a ſe diuellit᷑: quo quid acerbius. Eundū tertio poſt ueſtigia gregum noſtoꝝ .i. poſt brutoꝝ ueſtigia. quæ ſunt in nobis: de quibus in expoſitione ſ.tis dicemus. quo quid miſerius. quid deſpicacius & cōtemptibilius. fieri .ſ. pediſſequos beſtiaꝝ quaꝝ nos duces natura ſtatuerat. Igitur nō poſt brutoꝝ ſed poſt Moſeos ueſtigia ncedētes ingrediamur nos ipſos: ingrediamur animi penetralia ipſo nobis ꝓpheta adiū reſerante. ut & in nobis cū mundos oēs tum & patrem & patriam ſœliciter agnoſcamus.

Littera delphica

Plato

Triplex pœna ignorationis ſui

Supra ſe

A ſe

Poſt ſe

## Caput primum.

Priuſq̃ iuxta uerba ordinemq́; ꝓphetæ expoſitionẽ accuratius digeramus oportet preſari
aliqua de hoīs natura obiterq́; dictiones aliquas exponere:ut totius deinde ſenſus aper/
tior ſit intellectus.Cōſtat homo ex corpore & anima rationali.Rationalis animus cælū Animus ra/
dicitur.Nam & cælum animal a ſe ipſo motū uocat Ariſtoteles:& animus noſter(ut pro/ tionalis.
bāt platonici)ſubſtātia eſt ſe ipſam mouēs:Cælum circulus eſt:& aīus itidem eſt circulus: Ariſtoteles.
quinimmo ut ſcribit Plotinus ideo cælum circulus:quia aīus eius circulus eſt. Cælum in Platonici
orbem mouet̃:aīus rationalis a cauſis ad effectus ſe trāſſerēs:rurſuſq́; ab effectibus recur/ Plotinus
rens in cās ratiocinationis orbe circunuoluit̃.Atq́; hæc quidē ſi ſingula eſſent enarranda
his:qui alibi ea nō legerūt:nō Moſeos iam:ſed Ariſtotelis Platoniſq́; eſſemus īterpretes. Corpus
Corpus dicit̃ terra:quoniā terroſa & graui ſubſtātia eſt.Quare & de humo factū(ut ſcri/ Spiritus
bit Moſes)homini dedit appellationem.Verum interrenū corpus & cæleſtē animi ſubſtā
tiam opus fuit medio uinculo:quod tam diſtantes naturas inuicē copularet.huic muneri
delegatum tenue illud & ſpiritale corpuſculū:quod & medici & philoſophi ſpiritū uo/
cant.Quem & diuiniore eſſe natura q̃ elementa & cælo ꝓportione reſpondere: Ariſto/ Ariſtoteles.
teles ſcribit:hic lux nuncupat̃:quæ cognominatio cōuenire magis nō poſſet philoſopho
rum ſentētiæ & medicoꝝ: quoꝝ oīum cōmunis eſt cōſenſus : eſſe illū ſubſtantia maxime
lucida:& nulla re magis q̃ luce gaudere foueri & recreari.Accedit ꝙ quēadmodū oīs cæ/
loꝝ uirtus(ut ſcribit Auicenna)uehiculo lucis ad terrā transfert̃:ita oīs animi uirtus :quē Auicenna
cælum uocauimus:oīs poteſtas uita.ſ.motus & ſenſus lucido ſpiritu intercedente ad hoc
corpus terrenū:qđ terrā uocauimus comeat & transfundit̃.Deſcendamus iam ad uerba
ꝓphetæ.apud quē primo uidemus creari cælum & terrā extrema.ſ.noſtræ ſubſtantiæ uim
rōnalem:& corpus terrenum quæ poſtremo cū ſit lux.i.lucidus accedit ſpiritus:ſic uniun
tur:ut ex ueſpere & mane.i.ex corporis nocturna & matutina animi natura unus ſit ho/
mo.& qm̄(ut oſtendimus)per hāc lucē oīs uitalis ſenſualiſq́; uirtus ad terrā noſtrā deſcē/
dit:merito ante lucis natale terra fuit inanis & uacua. Cui uitæ motuſq́; beneficia niſi ꝑ
internuntiū lumen participare ſuū cælum nō poterat.Quare & ſtatim cauſam adiunxit
inanitatis:quia.ſ.ſuper eam adhuc tenebræ erant luce non dum exorta.

## Caput ſecundum.

Sed reſtat adhuc quærendū quid illud ſibi uelit.& ſpiritus dn̄i ferebat̃ ſup aquas. Tradi
tur hic de aquis indiſcreta & uniuerſalis doctrina:quæ die ſequēti magis diſtinguit̃:cum
alias docet eſſe quæ ſunt ſup cælū:alias quæ ſunt ſub cælo.Quoꝝ oīum ſi ueꝝ ſenſū de/
ſideramus cōſulamus ipām naturā quā noſter ꝓpheta(ut ſæpe diximus) adamuſſim effigi/
at & repreſentat.Factā uidimus mentionē de triplici partæ humanæ ſubſtantiæ uidelicet
de rationali de mortali hoc corpore & medio ſpiritu.Duæ reliquæ ſunt.Nam inter par/ Anima ſen/
tē rōnalē qua hoīes ſumus & omne illud qđ corporeū eſt in nobis ſiue ſit craſſum ſiue ſit ſualis
tenue & ſpiritale media eſt ꝑs ſenſualis qua brutis cōmunicamus.& qm̄ nō minor nobis Ratio
cū angelis q̃ cū brutis cōicatio quēadmodū infra rōnē eſt ſenſus:uñ cōmertiū cū aīalibus Intelligētia
ita ſupra rōnem intelligentia eſt ꝑ quā dicere illud Ioānis poſſumus. Societas noſtra cū Ioannes
angelis eſt.Vides qd infra quid ſupra noſtrā ſit rōnē.Quod ſi rō cælū dicit̃ (ut cōproba
uimus)manifeſtū iā quæ in nobis aquæ ſupcæleſtes:quæ itidē ſubcæleſtes.Diuerſa aūt rō
ne utriq́; parti ītellectuali.ſ.ſenſuali aquaꝝ cōgruit appellatio:illi qa diuinaꝝ illumina/

tionũ radiis maxime pura: huic qa caducis rebus & fluxis inhiat & delectať. Cuius diuerſitatis ſatis nos admonet: cũ hãc ſtatuit ſub cælo ubi fluxa oĩa atq; caduca: illã ſupra cælũ ubi ſinceræ & ꝑpetuæ intelligentiæ adminiſtratio. Cum igiť primo die ſpiritum dñi incubantẽ legimus aquis ſintq; aquæ bifariã diſcretæ utiq; de his aquis quæ ſũt ſub cælo dictũ nõ accipiemus: qm̃ ſup has nõ ſpiritus dñi: ſed cælũ potius deferť. Reliquũ ut de his

Intellectus diuinuſ ipar ticipatus

Græci

Arabes

Hebrei

Abunaſar

Moſes egy/ptius

Abubacher arabs

dictũ ſit quæ ſunt ſup cælũ. Vnde nobis maximũ dogma de aĩa referať. Intellectũ enim q eſt in nobis illuſtrat maior atq; adeo diuinus intellectus ſiue ſit deus (ut quidã uolũt) ſiue ꝓxima hõi & cognata mẽs ut fere oẽs græci ut arabes ut hebreoꝝ plurimi uolũt. Quam ſubſtãtiã & iudei philoſopi & Abunaſar Alpharabius in libro quẽ ſcribit de principiis expreſſis uerbis ſpiritũ dñi appellauit. Nec factũ ſine cã ut priuſq̃ hoĩem ex aĩo & corpe uinculo lucis cõſtituiſſet huius rei meminerit: idest delationis ſpiritus ſup aquas: ſed ob id factum ne forte crederemus nõ adeſſe ſpiritũ hũc noſtro intellectui niſi cũ eẽt corpori copulatus. Quod & Moſes egyptius & Abubacher arabs: & quidã alii falſo crediderunt.

Caput tertium.

Collectio aquarũ ad locum unũ.

Ariſtoteles

Plato

Reſtat ut exponamus quid ſit quod ait aquas quæ ſũt ſub cælo .i. ſenſuales uires quæ ſub parte ſunt rationali cõgregari ad locũ unũ. Manifeſtiſſimũ aũt hoc nõ oĩno rudibus philoſophiæ. Nã ſenſitiuæ oẽs uirtutes ad ſenſum quẽ ex re ipſa uocamus cõem: hice autem ſi Ariſtotelẽ ſequimur eſt in corde: uti flumina ad mare cõfluũt. Nec abſurde dixerimus ab eo mari quinq; corporis ſenſus: quos uidemus auditũ uiſum guſtũ tactum olfatum quaſi quinq; maria mediterranea diffuſos intrare corporis cõtinentẽ: quæ apta in thetheto platonis ſnĩa fuit. & qm̃ ex perfectione ſenſitiuaꝝ uiriũ quã ex hac ad ſuũ fontem collectione intelligimus corpori quod uocamus terrã & uita & ſalus & nutrimẽtum ꝓuenit: recte: poſt illã aquaꝝ cõgregationẽ terrã inducit ſtatim uiridẽ & floreſcentẽ. Præſtiti enĩ a natura ſenſus oĩbus mortalibus ad uitã corpori ſalutemq; ꝓcurãdã: ut p eos cognoſcãt quæ ſibi noxia quæ ſalutaria tum cognita p appetentiã ſenſibus annexã illa reſpuãt hæc deſiderent: poſtremo per cõiugem ptãtem motricẽ fugiant mala utilia ꝓſequanť: Videt oculus cibum olfaciunt nares: accedunt pedes: capiunt manus: palatum experiť. Quæ omnia ideo dicimus ut cognoſcamus apte cõiunctam ſtabilimento aquaꝝ .i. ſenſitiuaꝝ uirium: terræ quæ iamdiu nobis corpus ſignificat uberem fœlicitatem.

Caput quartum.

At uero cũ multis rõnalis natura & uiribus & potẽtiis diſtinguať de nuda eius ſubſtantia ſupra eſt dictũ. Nũc de ornatu atq; ut ita dixerim regia eius ſupellectile dicendũ. Hoc eſt ꝙ ſcribit poſita in firmamẽto lunã ſolẽ & ſtellas. & quidẽ philoſophi iuniores ſolẽ intellectũ qui actu eſt lunã eũ qui eſt potẽtia forte interptarenť. Sed qm̃ nobis magna de hac re cũ illis cõtrouerſia nos interim ſic exponamus ut qua pte ad aquas ſupiores ad dñi ſpiritũ aĩus uergit ppea ꝙ totus lucet ſol nũcupeť: qua uero aquas inferiores idest ſenſuales potẽtias reſpicit: unde in ſectiõis aliquã cõtrahit maculã lunæ habeat appellationẽ. Solẽ

Platonici

hoc modo acceptũ græci platonici διανοιαν lunã uero δοξαν ꝓ ſuæ doctrinæ dogmatis appellarẽt. Quoniã aũt dum a patria peregrinamur: & in hac uitæ preſentis nocte & tenebris uiuimus ea pte plurimũ utimur quæ ad ſenſus deflectitur unde & plura opinamur q̃ ſcimus: Cum uero dies futuræ uitæ illuxerit alieni a ſenſibus ad diuina conuerſi ſuperiori alia pte intelligemus: recte eſt dictum hunc noſtrũ ſolẽ præeſſe diei: Lunã autem præeſſe

noctí: Itidem quía exutí nos moribundam hanc uestem unico ſolis lumine id contuebi/
mur: quod in hac corporis miſerrima nocte plurimis uiribus atq; potentiis uidere potius
conamur q̃ uideamus: idcirco unico ſole dies luceſcit: nox contra plurimas ſtellas cõpo
nendi ſcilicet uim & diuidẽdi ratiocinandi item definiendi & quæ ſunt reliquæ: lunæ qua
ſi minus potenti auxiliares corrogat & counit.

Caput quintum.

Hactenus de uiribus animi cognoſcẽtibus. Nunc ad eas ſe trãſfert quorũ opus appetere
iræ uidelicet & libidinis. i. cõcupiſcẽtiæ ſedes. has p beſtias deſignat & irrationale genus
uiuentiũ: qa ſunt nobis cũ beſtiis cões: & qd' eſt inſælicius ad brutalẽ ſæpe nos uitã impel
lũt. Hinc illud caldeo℞ Vas tuũ inhabitãt beſtiæ terræ. & apud Platonẽ in re: p. diſcimus Caldeí
hẽre nos domi diuerſa genera bruto℞: ut nõ ſit creditũ difficile paradoxon pythagoricũ Plato
(ſi recte intelligat') ĩprobos hoĩes migrare in bruta. Intus. n. atq; ĩ noſtris adeo uiſceribus Phytagorící
bruta ſunt ut nõ ꝑcul pegrinãdũ ſit ut migremus ad illa. hinc ſabulæ. Circeæ: & Theocri Theocritus
ti illud: quos deæ aſpexerit uirtus. ſ. & ſapiẽtia Circeis poculis labefactari nõ poſſe. Sed ui Circe:
deamus q̃ ho℞ bruto℞ differentiã Moſaica lectio nobis inſinuet. Alia ab aqs quæ ſũt ſub
cælo: alia a terra ꝓducunt': Aquæ ut diximus ſignificãt ſenſualẽ ptẽ quæ eſt ſub cælo: quia
ſubeſt rõni: & illi ꝓxime ſamulat'. Terra eſt hoc ipm corpus terrenũ & fragile quo circũ/
damur. Cõſideremus igit' an ex affectibus qbus mouemur: alii ad corpus: alii ad ſenſum
interiorẽ: quẽ phãtaſiã uocãt philoſophi: magis attineãt. Ad corpus ſpectare mihi uidẽt'
qui uel ad cibũ uel ad uenerẽ ĩpellunt. Nã hii nobis dati a deo tũ ad tutelã corpis qd' nu/
trimus: tũ ad libero℞ ꝓcreationẽ. in qbus ſimus ſupſtites cũ ĩ nobis ipſis occũbimus. hiſ/
dẽ nos abutimur allecti pluſq̃ decet uoluptatis illecebra: p gulã & p libidinẽ curã carnis
ut inquit Paulus saciẽtes in deſideriis. In cuius uerbis id annotandũ nõ eſſe dictũ ne car/
nis curã feceritis. ſed ne feceritis in deſideriis: quia. ſ. utendũ illis ad neceſſitatẽ: non ẽt ad
uoluptatẽ: multo minus noſtra fœlicitas in eis cõſtitueda. hos ergo affectus p iumenta & Paulus
feras intelligamus: qui terræ potiuſq̃ aqua℞ fœtus dicũt': qa p craſſioris huius corpis mẽ/
bra & explent' & excitant' & nobis ad eius ſalutẽ ꝓcurati a deo fuerũt: q̃q̃ illis fiãt exitio:
q & crapulis marceſcũt & uenere diſſoluunt'. Ad aquas aũt. i. ſenſũ imaginatiõis affectio
nis illas referamus: quæ ſpiritales magis & noſtræ potius cogitatiõis q̃ carnis ſoboles di
ci pñt. Quod genus ſunt quæ ad honores ad irã ad ultionẽ & cognatas hiis reliquas af/
ſectiones nos uocãt. Neceſſaria hæc & utilia modice utẽtibus. Iraſcendũ. n. ſed intra mo/
dũ & ultio ſæpe opus iuſtitiæ. & ſua unicuiq; tuẽda dignitas: nec recuſandi honores: q ho Manicheí
neſtis artibus cõparant'. Qd' ideo: dico ne cũ hæc bruta quæ ſenſuales appetẽtias ĩdicãt
deus creauerit creatiſq; bñdixerit: ſi ſint mala ex ſua natura credamus cũ manicheis a ma
lo principio & nõ a bono potius deo cõdita fuiſſe. Bona igit' illa oĩa & homini neceſſaria:
ſed nos inde ad ãbitionẽ furorẽ excãdeſcẽtiã ſupbiãq; excedẽtes: mala facimus noſtra cul
pa: quæ ille optimus optĩa inſtituerat.

Caput ſextum

Videte autem q̃ his quæ diximus adamuſſim cõueniat q; ſubiicitur ſactum a deo homine
ad ſuam imaginem ut præeſſet piſcibus auibus & beſtiis quæ tum aquæ tum terra produ/
xerant: & quidem de homine iam ſupra diſputabamus: ſed nunc primũ in eo dei imagi/
nem intelligimus: Vnde illi in bruta dictio & imperiũ. Sic & enim a natura inſtitutus hõ
ut ratio ſenſibus dominaret' frenareturq; illius lege omnis tum iræ tum libidinis furor &

appetētia:ſed oblitterata imagine dei per maculā peccati cepimus miſeri & infœlices ſeruire beſtiis noſtris:& cum rege chaldeo diuerſari inter illas humi ꝓcumbere cupidi terrenorum obliti patriæ obliti patris obliti regni & dare in nobis in priuilegiū priſtinæ dignitatis. Scilicet homo cum in honore eſſet non intellexit:ſed comparatus eſt iumentis inſipientibus & ſimilis factus eſt illis.

*Rex caldeus*

Caput ſeptimum.

Verū ſicut omnes in primo Adam qui obediuit Sathanæ magis ꝙ̄ deo:Cuius filii ſecundum carnē deformati ab homine degeneramus ad brutū:Ita in Adā nouiſſimo Ieſu chriſto qui uoluntatē patris impleuit & ſuo ſanguine debellauit nequitias ſpiritales:Cuius filii omnē ſecundū ſpiritū reformati per gratiā regeneramur ab homine in adoptionē filiorum dei:ſi modo uti in illo ita in nobis princeps tenebrarū & mundi huius nihil iuenerit.

*Ieſus chrſtus Adam nouiſſimus*

EXPOSITIO QVINTA DE OMNIBVS MVNDIS DIVISIM ORDINE CON// SEQVENTI.

Prohemium libri quinti.

QVemadmodū Moſes uti oſtēdimus ſingulis in partibus ſui cōtextus de oīhus ſimul mundis intellectuali:cæleſti:elementari humanoqꝫ diſſeruit:imitatus naturā:immo nature artificē deum:qui in ſingulis mundis oēs complexus eſt:ita ad eiuſdē nature exemplū:quæ ꝓprias ſedes ꝓpria iura & peculiares unicuiqꝫ leges diſtribuit:ꝓpheta etiā noſter mirabili & ꝑfecto diuine artis magiſterio ſcripturā ſuam ita diſpoſuit:ut ꝙ̄ꝙ̄ ubiqꝫ de oībus eadē facie eodēqꝫ uerborum uelamine diſputaret:peculiariter tñ ſingulis mūdis ſingulas ſui operis partes cōſequēti ordine adiudicaret. Qđ oſtenſuri incipiemus primā particulā de primo mūdo ideſt angelico interꝓtari:tum deinceps reliquas de reliquis auream illam homericam catenam & Platonicos annulos a uiua opificis uirtute quaſi a uero lapide indomiti herculis appenſos in Moſeos uerbis ſagaciter ſpeculantes.

*Homerica catena Platonici annuli*

Caput primum.

Dicturi aūt de natura angelica:quæ purus eſt intellectus id primū animo cōcipiamus mētes eſſe quaſi oculos quoſdā: Quod eīn eſt oculus in rebus corporeis:id ipſum eſt mēs in genere ſpiritali. Oculus & ſi mixtura ſuæ ſubſtātiæ intimæ aliquid lucis poſſideat:ut uiſionis tñ munere fungat̃ externa indiget luce:in qua rerꝫ colores & differētias ſpeculat̃. nec eſt ꝓpterea ꝙ ſua natura nō ſit uiſus:& ſi nō uideat niſi beneficio lucis. Nā & aures:ne dicam inanimata:& reliqꝫ oēs corporis partes colluſtrant̃ luce:nec tñ uident. Id igitur uidēdi naturā ſortitū eſt & per eſſentiæ ſuæ rōnem eſt uiſus. qđ recepta luce uidere pōt. Cōſideremus hæc eadē in intellectibus:Intellectus oculi ſunt:intelligibilis ueritas lumē eſt & intellectus ipſe itelligibilis cū ſit intīe aliqđ lucis habet: Qua ſe ípm pōt uidere:ſed nō pōt & reliqua. Verū idiget formis ideiſqꝫ rerū:qbꝫ uti radiis qbuſdā iuiſibilis lucis itelligibilis ueritas indubie cernit̃. Nec ꝓpterea dicendū eſt ut per exēplū oculi declarauimus nō eſſe illos natura itelligētes:atqꝫ ex accidēti pari cū noſtris animi cōditiōe intellectualē ꝓprietatē ſortitos hic illorꝫ manat ſnīa q itellectꝫ appellationē deo idignā exiſtimāt qa ſi itelle

ctum quaſi oculum capimus qui nõ ex ſe:ſed lucis participatione uidet:cum deus ſit lux( lux enim eſt ueritas)& uiſio actio ſit qua occulus lucem attingit non eget deus hac operatione qui eſt ipſa lux:tanto a rerum omniũ ignoratione ꝙ angeli remotior quanto abeſt magis a tenebris lucis natura ꝙ oculi.Sed redeamus ad angelos.Oculus ideſt ſubſtantia intellectualis non omnino eſt ſimplex:alioquin aduentantis lucis compoſitionẽ non pateretur:hinc commune proloquium conſtare angelos ex actu & potẽtia ꝙꝙ anxia eſt diſputatio quid ille actus quid illa potentia:& quæ ratio compoſitionis:quid item Auerrois arabs uoluerit:cum utrumq; intellectum & eum qui actu & eũ qui potẽtia eſt in omnibus citra deum intellectibus eſſe dixerit:ſed ſufficit nobis quantum attinet ad hunc locũ communis ſententia ut cumq; accipiat̃.Hæc quæ diximus omnia aperit nobis Moſes in primo dic.Partitur enim ſubſtantiam angeli in cælum & terram naturã ſcilicet actus & naturam potẽtiæ.Eadem autem res uti diuerſas proprietates:Ita & diuerſa habet cognomina.Quare hic idem actus dum uti uirtus uiſum oculo largiens atque potentiæ conſumatio accipitur dicitur cælum ꝙ ea ſit habitudine ad potẽnam:qua eſt cælum ad terrã. Rurſus quã lucis indigus eſt nec obire per ſe proprium munus intelligentiæ poteſt per aquas figuratur:Corpus luminis quidem capax ſua tamen natura minime lucens.Eſt & alia ratio ſimilitudinis ꝙ iſte actus potentiæ:quam terram uocat:uti aqua terræ proxime adeſt. Sed iam uerbis prophetæ congrediamur.Creauit deus cælum & terram:naturam actus & naturam potentiæ:ex quibus angelum conflat & terra quidem ideſt potentia inanis eſt & uacua:inanis actu & uacua luce:quam non niſi aquis intercedẽtibus excipit:& quoniam circa idem fiunt contraria ad idemq; pertinet hoſpitari lucem & tenebras:adiunxit & tenebræ erant ſuper faciem abyſſi.Neque dixit ſuper terram.Abiſſus enim nihil eſt aliud(niſi uocabulo abutamur)ꝙ aquarum profunditas.Super has aquas ferebatur ſpiritus domini:ſpiritus utique qui a b apoſtolo Iacobo pater luminum dicitur:a quo mox ſuper eas id eſt ſuper angelicas mentes lux intelligibilium formarum exoritur. Quod intellexerunt forte & ſaraceni dicentes eductos angelos a deo de tenebris ad lucem adimpletoſque æterna lætitia.Intelligentiam enim uoluptas conſequitur:qua nulla maior qua nulla uerior nulla eſt permanentior.

Angeli conſtant actu & potentia

Auerois arabs

Abyſſus qd ſit

Iacobus apoſtolus

Saraceni

Caput ſecundum.

Huic mundo proximus eſt cæleſtis.Cuius illa prima proprietas ꝙ interſtitium eſt utriuſque mundi intelligibilis ſcilicet de quo nunc diximus:& ſenſibilis huius quem nos incolimus.Nec poſſumus mediæ alicuius naturæ eſſentiam euidentius indicare:ꝙ ſi exprimamus quibus concludatur extremis:quando quidem de extremis natura media temperatur.Maxima igitur de cæli conditione nobis ſententiam aperit:cum inter aquas & aquas ideſt angelicas & corruptibiles ſubſtantias medius cælum non tam ſitus ꝙ eſſentiæ ratione poſitum dicit. Per aquas autem iam diximus intelligi formas:quæ potentiæ quaſi terræ proxime adſunt:eſſentiamque perficiunt. Quemadmodum autem alia angelorum alia elementorum terra : quia diuerſa in utriuſque potentia:Ita alia atque alia aquarum utrobique ratio ideſt formarum eſt : Inter has uere medium cælum inde diuinam uitam hinc corporationem : inde in corruptibilem : hinc uiſibilem ſubſtantiam : inde eſſentiæ firmitatem:hinc loci mutationem : ide quicquid idem eſt ſimplex & uniforme:hinc quicquid uarium mixtum & diſſimile habet:ſic opificis prouidentia diſponente ſortitum eſt.

Caput tertium.

Poſt hæc de elementorum integritate & poſitura & ordine nos breuiter admonet per col lectionem aquarum ad locũ unum & præſcriptas mari leges ne terrã obruat. Nihil eſt em̃ quod magis indicet eſſe in elemẽtis præter corporeæ brutæq; naturæ inclinationẽ inditas leges ab intelligente cauſa: a qua & regunt̃ & ſuis inſedibus detinentur: ꝙ hæc aquarum repagula: quibus coercitus occeanus: cuius ad totũ ſe terræ ambitum impetus ferret: quẽ/ admodum ignis totus toti aeri incubat quaſi tamen uirga admonitus pedagogi pedem refert: nec ſe ulterius profert ꝙ noſtra ſalus & uita omniũ animantium poſtulat. hoc ne/ q; ad materiæ neceſſitatẽ quæ ad globi figuram omnia potius elementa pariter inclinat: nec ad fortuitũ atomorũ: cõcurſum qualẽ ſomniat epicurus: nec ad uim ſeminariã naturæ mutæ: ut ait Straton: ignarae totius finis referri põt: ſed ad ſolam finalem cauſam: ad quã dirigere ſolius eſt mentis & prouidentiæ intellectualis. Propterea factum ut & hic Moſes tractaturus de ordine elementorum huius tantum rei meminerit: & a prophetis to// tiens hoc quaſi potiſſimum argumentum diuinæ potentiæ & ſapientiæ afferatur in me/ dium. Hinc in prouerbiis cum certa lege & giro uallabat abyſſos. hinc illud qui circun/ dedit mari terminum ſuum: & apud Hieremiam Me ergo non timebitis ait dominus: qui poſui harenã terminum mari. Et illud Terminũ poſuiſti: quem nõ tranſgredient̃: nec ope rient terram. Quoniã aũt tota elementorũ conſtitutio ordinat̃ admixta ea p̃ſertim quæ ſunt uiua: idcirco poſt terræ aquarũq; ordinẽ & firmamẽtũ ſubiecit ſtatim p̃ceptũ terræ ut germinaret plantas: cuius alioquin operis tractatus ad quintum potius diem ſpectabat.

Epicurus
Straton
Hieremias

Caput quartum.

Poſtquã egit de ſpera cæleſti & elementari: ꝓptereaq; de tota integritate corporeæ uniuer ſitatis: reſtabat dicendũ de incolis & ciuibus (ut ita dixerim) ciuitatis huius mondanæ cum cæleſtibus: de quibus agẽdũ primo quaſi de ſenatu præfectiſq; urbis: tum etiã terreſtribus quaſi de plebe & populo. Cæleſtiũ igitur primo meminit: quæ poſuit deus in firmamento ut eſſent in ſigna & tẽpora ut lucerent in cælo: & terram illuminarent. ſolẽ dico lunam & ſtellas. Altiſſimæ hic per tractandæ eſſent quæſtiones: & quæ ſibi ſingulæ iuſtum uolumẽ expoſcerent: quo pacto hæc ſint ſydera in firmamẽto. an uti partes eius nobiliores: quod ſentiunt peripathetici: an ut animalia in ſuis ſpheris: in aqua pices iumenta in terra quod Euſubius Medus & Dyodorus uolunt. Congreſſum hic itẽ locus cum genethliacis ſibi ex poſceret diuinandi per aſtra & prænoſcendi futuros euentus ſcientiã hinc confirmãtibus ꝙ Moſes ſydera in ſigna poſita a deo dixerit: ſciẽtiam nõ modo a noſtris ut a Baſilio: qui recte eam occupatiſſimam uanitatem uocauit: & ab Appolinario & a Cyrillo & Dyodo/ ro acriter taxatam: ſed quam & boni peripathetici reſpuunt & Ariſtoteles contempſit: & quot eſt maius & a Pythagora & a Platone & ab omnibus ſtoicis repudiatã fuiſſe auctor eſt Theodoritus. Quærendum hic etiam de natura ſyderum: de motu: de principatu: de lunæ maculis deque omni ſyderali ſcientia aliquibus forte uideretur. Verum ad hæc ſi de ſcendamus ꝙ̃ꝙ ſint pulchra & digna cognitu: audiemus fortaſſis horatianũ illud. Sed nũc nõ erat his locus. Quare ad opus hæc deſtinatum differimus: quo Ariſtotelẽ Plato ni conciliantes uniuerſam philoſophiam pro uiribus tractandam examinandamque ſu/ ſcepimus.

Peripatheti/ ci
Euſebius medus
Dyodorus
Contra ge// nethiliacos
Baſilius
Apollinari/ us
Cyrillus
Dyodorus
Peripatetici:
Ariſtoteles
Pythagoras
Plato
Stoici

Caput quintum.

Veniamus igitur ad Moſem: qui poſtꝙ de cæleſtibus dixit: terreſtriũ animalium meminit
ordine cõgruenti: quæ uel aquas uel terrã uel aerem inhabitant: ſi tamẽ inhabitare aerem
uolucres dici poſſunt. Nemo hic expectet aut exigat a nobis diſputationẽ quo pacto cor/
pora animaliũ ex elementis aut quid ſint inditæ a deo naturis rerũ ſeminariæ rõnes: ſit
ne item uita brutorũ de ſinu educta materiæ: an a diuino potius principio omnis uita pro
ueniat: ut conſtantiſſime aſſerit Plotinus: quẽ mox latine legendũ dabit in publicã utilita
tem Marſilius Ficinus noſter longioribus etiã argumẽtis illuminatũ. Cui ſententiæ ſuffra
gari fortaſſe uidebiť hoc loco ꝓpheta: cum poſtꝙ dicit: producant aquæ reptile animæ ui
uentis. adiecit poſtea creauit deus omnẽ animam uiuentẽ: ubi non id duntaxat quiſpiam
obſeruaret: ꝙ & aquæ ꝓducant deo iubente: & deinde etiã deus ꝓducat. Verũ & illud qđ
ubi de dei opere agitur ſcriptũ eſt creauit deus animã uiuentem: ubi autem de aquis non
animam: ſed reptile animæ uiuẽtis: quaſi aquis uehiculũ potius animi ideſt corporis mix/
tio accepta referať: deo autẽ ideſt diuino principio animæ ſubſtantia: quæ uitæ datrix mo
tus & ſenſus temperato iã corpori extrinſecus illuceſcat. Sed de his alias. Inter animalia
terræ tria memorat Moſes iumenta reptilia & beſtias: in quibus tres differentias brutorũ
irrationaliũ: quibus nec plures ſunt: in cõmune nobis inſinuat. Sunt enim beſtiæ quæ ꝑ
fecta ſunt phantaſia mediũ inter irrationalia locũ ſortitæ: erudiri autẽ ab homine aut mã
ſueſcere neſciunt. Sunt reptilia quæ imperfectã habent phantaſiam media quaſi inter bru
ta & plantas. Sunt iumenta. Quæ & ſi carent ratione diſciplinæ tamen humanæ quo//
quomodo capaces cum ſint: rationis aliquid participare uidentur mediam quaſi ſortita
conditionem inter bruta & homines.

Theodorite. Horatius

Concordia platonis & Ariſtotelis

Plotinus

Marſilius Ficinus

Tres genera les differen/tiæ brutorũ

Melito

Caput ſextum.

Hactenus de tribus mundis ſupercœleſti cæleſti & ſublunari. Nunc agẽdũ de homine: de
quo eſt ſcriptum. Faciamus hominẽ ad imaginẽ noſtram: qui non tam quartus eſt mun/
dus quaſi noua aliqua creatura ꝙ triũ quos diximus cõplexus & colligatio. Eſt aũt ple/
runqꝫ conſuetudo a regibus uſurpata & principibus terræ: ut ſi forte magnificã & nobilẽ
ciuitatem condiderint Iam urbe abſoluta imaginẽ ſuam in medio illius uiſendam omni/
bus ſpectandamqꝫ cõſtituant. Haud aliter Principẽ omniũ deum feciſſe uidemus: qui to/
ta mundi machina conſtructa poſtremũ omniũ hominem in medio illius ſtatuit ad ima
ginem ſuã & ſimilitudinẽ formatum. Sed ardua eſt quæſtio cur hoc priuilegiũ ſit homi//
nis imaginem habere dei. Nam ſi Melitonis exploſa inſania: qui humana effigie deũ ſigu
rauit: ad rationis mentiſqꝫ naturã recuramus: quæ uti deus intelligens eſt inuiſibilis item
& incorporea inde utiqꝫ cõprobabimus eſſe hominẽ ſimilem deo præſertim qua parte in
animo trinitatis imago repreſentať. Verum agnoſcemus hæc eadẽ quãto in angelis ſunt
ꝙ in nobis & potiora & contrariæ minus naturæ ad mixta tanto cum diuina natura plus
ſimilitudinis & cognationis habentia. Nos aũt peculiare aliquid in homine quærimus.
Vnde & dignitas ei ꝓpria & imago diuinæ ſubſtantiæ cum nulla ſibi creatura communis
cõperiať. Id quid eſſe aliud põt. ꝙ ꝙ hominis ſubſtantia (ut græci etiã aliqui interp̃tes in/
nuunt) omniũ in ſe naturarũ ſubſtantias & totius uniuerſitatis plenitudinẽ re ipſa cõple/
ctitur: Dico autem re ipſa quia & angeli & quæcunqꝫ creatura intelligẽs in ſe quodammo
do continet omnia: dũ plena formis & rõibus omniũ rerũ omnia cognoſcit. At uero quẽ
admodũ deus nõ ſolũ ob id qđ oĩa ĩtelligit: ſed qa in ſe ipſo ueræ rerũ ſubſtãtiæ ꝑfectionẽ

Qua in parte homo dicitur ſimiľ deo

Græci inter/pretes

totam unit & colligit: Ita & homo(quæ aliter ut oſtendemus alioquin nõ dei imago: ſed deus eſſet)ad integritatẽ ſuæ ſubſtantiæ omnes totius mundi naturas corrogat & counit.

Diuerſitas i/ter deum & hominem.

Quod de nulla alia creatura ſiue angelica ſiue cæleſti ſiue ſenſibili dicere poſſumus. Eſt autem hæc diuerſitas inter deũ & hominẽ: q deus in ſe omnia cõtinet: uti omniũ principium: homo aũt iu ſe omnia cõtinet uti omniũ medium: quo ſit ut in deo ſint omnia melio re nota: quã in ſe ipſis: in homine inferiora nobiliori ſint cõditione: ſuperiora aũt degene/rent. Sunt ignis aqua aer & terra per uerisſimã proprietatẽ naturæ ſuæ incraſſo hoc & ter/

Ariſtoteles

reno hominis corpore: quo nos uidemus. Eſt præter hæc ſpiritale aliud corpus diuinius( ut inquit Ariſtoteles) quã elemẽta: quod cælo ꝓportione reſpondet. Eſt praeterea in homi/ne uita plantarũ omnibus his apud eum quibus & apud illas muneribus fungẽs nutriẽ di augendi & generãdi. Eſt ſenſus brutorũ tam initimus quã extremus. Eſt cæleſti animus ratione pollens. Eſt angelicæ mẽtis participatio. Eſt harũ omniũ ſimul in unum confluẽ

Mercurius

Suprema hominis di/gnitas

Paulus

tium naturarũ uere diuino poſſeſſio: ut libeat exclamare illud Mercurii. Magnũ o Aſcle/pi miraculũ eſt homo. hoc præcipue nomine gloriari humana cõditio põt: quo etiã factũ ut ſeruire illi nulla creata ſubſtantia dedignet̃. Huic terra: & elemẽta: huic bruta ſunt ꝑ/ſto & famulant̃: huic militat cælũ huic ſalutẽ bonũq; procurant angelicæ mentes: ſi qui/dem uerũ eſt: quod ſcribit Paulus: eſſe omnes adminiſtratorios ſpiritus in miniſteriũ miſ ſos ꝑpter eos qui hereditati ſalutis ſunt deſtinati. Nec mirũ alicui uideri debẽt amari illũ ab omnibus: in quo omnia ſuum aliquid immoſe tota & ſua omnia agnoſcunt.

Homo terreſtrium & cæleſtium uin/culum & nodus eſt

## Caput ſeptimum.

Homini mancipant̃ terreſtria: homini fauent cæleſtia: quia & cæleſtiũ & terreſtriũ uinculum & nodus eſt: nec poſſunt utraq; hæc nõ habere cum eo pacẽ: ſi modo ipſe ſecũ pacem habuerit: qui illorũ in ſe ipſo pacẽ & fœdera ſancit. At caueamus quæſo: ne in tãta digni/tate cõſtituti nõ intelligamus: Verũ illud ante oculos ſemper animi habeamus uti & cer/tam & exploratã & indubiã ueritatẽ: ſicuti fauent omnia nobis eam legẽ ſeruantibus que nobis eſt data: ita ſi per peccatũ per legis præuaricationẽ d orbita defecerimus: omnia ad uerſa infeſta inimicaq; habituros. Rationabile enim ut quẽadmodũ nõ modo nobis: ſed uniuerſo: quod in nobis cõplectimur: ſed auctori ipſius mũdi omnipotẽti deo iniuriã faci amus: experiamur etiã omnia: quæ in mũdo ſunt: & deũ in primis potẽtiſſimos uindices & acceptæ iniuriæ grauiſſimos ultores. Hinc extimemus: quæ pœnæ quæ ſupplicia manc

Oraculum

ant trãſgreſſores diuinæ legis. Hi ſunt: qui(ut dixit oraculũ) δαιμονεσ οι φοιτωσι περι χθονα και περι ποντον ακαματοι δαμναντι υπαι μαστιγι θεοιο. ideſt qui pergunt circa terrã & circa pontum & infeſſi domant̃ ſub uerbere dei. hos cælum. hos terra: hos tota mũdanæ rei. p. inconcuſſa iuſticia fulminat & perſequit̃. Rei ſunt enim uiolatæ uniuerſitatis: & leſe ma/ieſtatis diuinæ: Cuius imaginẽ fœdiſſima iniquitas macula deturparũt. Hinc factũ fortaſ ſe: ut apud ꝑphetas cum quid a deo aut præceptũ aut uetitum ꝑmulgatur citentur cælum & terra teſtes ſcilicet quia & ꝑcepti tranſgreſſio illa etiã uiolet: & de cõmuni accepta cõtu melia ipſa quoq; de improbis dum deo miniſtrãt pœnas ſunt acceptura. & omnino om/nem inſaniam ſuperat adduci ut credamus cuipiã in ciuitate aliqua poſito decorato ſum mis honoribus licere in principẽ: in uniuerſam rem. pub. de ſe optime meritã impune de/

Improbi de/mones

linquere: ac non potius dari illũ torquendũ ſtatim & cruciandũ litoribus & carnifici: aut totius populi cõſenſum lapidibus obruendũ. Sunt aũt carnifices: Sunt lictores in haic dei

re.p.improbi demones uiliſſimo miniſterio addicti in pœnã antiq̃ ſceleris·hic illud Pauli Tradidi illũ Sathanæ in interitũ carnis.hinc demonis ultoris ẽt apud Orpheũ cognominatio:ſi forte noſtris minus credamus. Quẽadmodũ aũt ſcelera hoĩum oĩs creatura odit & execrat̃:ita recta illius uita & inſtitutio oĩbus grata eſt oĩbus placet.Neq̃.n.(ut ita dixerim)nõ admitti in pticipatũ & boni eius & mali oĩa pñt:quæ tã arcto nexu illi implicita & cõiuncta ſunt.hinc illud euangelicũ:Si pœnituit peccator exultare lætitia oẽs angelos:hic myſterii illius apta rõ:qđ aſcõditũ fuit a ſeculis:ut corrupta in primo Adam & de turbata de ſuo ſtatu natura noſtra per Chriſti crucẽ inſtauraret̃.Scilicet noſtra cã filius dei & hõ fit & cruci affigit̃.Nã & cõgrũ fuit ut q̃ eſt imago dei inuiſibilis pñogenitus oĩs creaturæ in quo cõdita ſunt uniuerſa:illi copularet̃ unione ineffabili :qui ad imaginem factus eſt dei:qui uinculum eſt omnis creaturæ:in quo cõcluſa ſunt uniuerſa. Nec erat ſi cum homine tota natura periclitabatur eius iactura aut negligenda aut reparanda p alium q̃ per quem tota fuerat inſtituta natura.

Paulus
Orpheus

## EXPOSITIO SEXTA DE MVNDORVM INTER SE ET RERVM OMNIVM COGNATIONE.

### Proemium Libri Sexti.

DEVS unitas eſt ita ternario diſtincta:ut ab unitatis ſimplicitate non diſcedat.Eſt trinitatis diuinæ ĩ creatura multiplex ueſtigiũ. Nos hoc unũ dũtaxat hic attulerimus adhuc q̃ ſciã a nemine allatũ:q̃ quã in creaturis unitatẽ uidemus: diſpartitã triplici rõe deprehẽdimus.Eſt enim primũ ea in rebus unitas:q̃ unũ quodq̃ ſibi eſt unũ ſibiq̃ conſtat atq̃ coheret.Eſt ea ſecũdo:p quã altera alteri creatura unit̃:& p quã demũ oẽs mũdi ptes unus ſunt mũdus.Tertia atq̃ oĩum principaliſſima eſt: qua totũ uniuerſum cũ ſuo opifice quaſi exercitus cũ ſuo duce eſt unum. Adeſt trifaria hæc unio unicuiq̃ rei p ſuã unã ſimplicẽ unitatẽ deriuatã ab illo uno qđ & primũ unũ & trinum ſimul atq̃ unũ eſt:a patre inquã filio & ſpiritu ſancto.Nã & patris ptãs oĩa ꝑducẽs ſuã oĩbus largit̃ unitatẽ:& ſapiẽtia filii rite oĩa diſponẽs oĩa inuicẽ unit & copulat : & ſpiritus amor ad deũ oĩa cõuertẽs totum opus opifici nexu caritatis adiungit. Quẽadmodũ aũt ut magis intimus:Ita magis unus eſt nobis deus q̃ ipi nobis:rurſus una quæq̃ res arctius ſibi q̃ aliis mundi partibus iungit̃:ita uniuerſæ caritatis ordinẽ edocti ſi legẽ diuinã naturæ tabulis inſcriptã ſequi uoluerimus primo deũ ipm ſupra nos ſupraq̃ oĩa: ſecũdo loco nos ipſos:Tertio ꝓximũ diligemus:Propheta aũt noſter de ea unitate:q̃ unũ quodq̃ ſibi eſt unum:tunc ſatis dixit:cũ reꝝ oĩum ſigillatim naturã examinauit.De illa aũt:qua deo unimur:tractatu ꝓximo aget̃:Vbi de fœlicitatis ſũma diſputabamus:Reliqua ea eſt:qua diuerſæ partes mutuo fœdere inuicẽ copulant̃:de qua in pñtia a nobis agendum eſt.

Veſtigiũ trinitatis
Triplex ĩ rebus unitas
Pater
Filius
Spiritus
Radix totius ordinatæ caritatis

### Caput primum.

Poſtq̃ igit̃ diſtinctas reꝝ naturas uidimus:& ſeparatis(ut ita dixerim)ſtationibus diſpoſitas:ne crederemus idcirco tñ ex his oĩbus unũ fieri uniuerſum quia ſingula a ſingulis(ut ſupra oñdimus)pro ſuæ naturæ cõditiõe cõtineant̃ indicare in ſuo ẽt cõtextu ꝓpheta uoluit:qui & quot modi eſſent:quibus naturæ reꝝ inter ſe inuicẽ copularent̃ nõ ſolũ ad curioſam hãc intelligentiã nos uocãs:ſed p hoc inſtruẽs & demõſtrans qua nos uia & rõne

hìs quæ a nobis ſunt meliora: copulari poſſimis. Cogitanti aũt mihi priuſq̃ accederẽ ad uerborꝝ enarrationẽ quot modi aut eẽt aut cugitari poſſent: qbus res aliquæ inuicẽ uel af/finitatẽ uel copulã nãciſceret̃: & diſcurrẽti p oĩa dogmata philoſophorꝝ: qbus a pueris in ſudaui: haud ultra q̃ qndeci genera cõcurrerũt. Quæ deinde accedẽs ad Moſẽ ita dilucide ita appoſite ſubĩdicata ab eo uidi: ut nuſq̃ melius erudiri de illis quęq̃ poſſe credideri.

Caput ſecundum.

Eſſentia rei cuius eſt.
Proprietas eſſentiæ
Forma. Sub/iecto
Trãſmutãs trãſmutatio
Ars materie
Cælũ: Terra
Terra: inanitas
Abyſſus: Tenebræ
Spiritus: dei aquæ
Lux corpa

Statim igit̃ in prima die neſcio breuius an dilucidius quinq; modos cõplectit̃: qbus cõiũgi aliqd alicui põt. Quod enĩ alteri cõiunctũ eſt. aut eius eſſentia eſt aut eſt eſſentiæ proprietas: aut ineſt ei uti forma ſubiecto: aut eũ attingit uel ſicut trãſmutãs id qđ trãſmutat̃: uel ſicut ars ſubiectã ſibi materiã. Similiter quinq; a Moſe legimus inuicẽ quaſi cõparata & cõnexa cælũ & terrã: terrã & inanitatẽ. abyſſum & tenebras: ſpiritũ dei & aquas: lucẽ & corpra. Primũ igit̃ coniunctionis modũ deſignat nobis terra inanis & uacua. qm̃ terra. i. materia ſua natura inanis eſt: niſi aliunde formis ad impleant̃. Secũdũ indicãt tenebræ ſup faciẽ abyſi. Nam abyſſus ſua quidẽ natura nec lucidus nec tenebroſus: ſed illius tñ naturã tenebræ cõſequunt̃ niſi accedẽs lumẽ illas fugauerit: queadmodũ & materiæ infor/mitatẽ inanitatẽq; priuatiõis tenebræ cõſequunt̃: donec aduenięs eas ſpẽs expulerit. Tertium oñdit lux oborta corporibus. Eſt. n. in eis lux uti forma in ſubiecto. Quartũ cælum & terra qm̃ nõ inheret terræ cælũ uti forma uel accedẽs ineſt rei quã pficit: ſed cõiũgit̃ ei uti efficiẽs patiẽti & trãſmutãs eã corpori qđ trãſmutat̃. Poſtremi exemplũ eſt ſpũs dñi: q fert̃ ſup aquas. Artifex enĩ dñi ſapiẽtia & ſpiritalis natura oĩno abiũcta a comertio corporis haud aliter iungi corpibuſ intelligit̃: quã ars: quæ in mẽte eſt architecti: cemẽto lignis & lapidibus iungat̃. Rurſus aũt & hãc cõſidera cõſequẽtiæ rõnẽ: eſſe terrã ex ſe inanẽ do/meſticas habere tenebras: tũ pxime luci iungi p lucẽ cælo: p cælũ ſubſtãtiæ ſpiritali. Sed uideamus qualiter hæc ſe habeãt in nobis. Terra terrenũ eſt corpus inane uita uacuũ ſenſu: ſupq; ipm ſunt tenebræ mors torpor in efficacia imobilitas in ſenſatio: lux uita eſt quæ illed uegetat excitat agit mouet & ſenſu pditũ reddit: cælũ eſt aĩus fons illius lucis & ſpi/ritus dei intellectus lumẽ diuini uultus. & de his hoc loco plura etiam q̃ opus ſit

Caput tertium.

Examinemus quid ſibi Moſes inſequẽtibus uelit: & uidebimus decẽ alios modos ab eo inſinuari: in quibus mutuã inter aliqua fœderationẽ itelligamus. Præter enĩ eos quos dixi/mus ſunt rurſus & hi: quos numerabimus: qm̃ aut ps aliquid eſt alterius aut effectus: item ſi ẽ ps aut ps idiuidua eſt a ſuo toto quo pacto & ſol & luna & ſtellæ ĩfirmamẽto ſũt aut ſeparabilis queadmodũ aquæ ptes abĩtegritate ſui elemẽti: ad qđ cõfluxerũt. Si eſt effectus aut a ſeminaria rõne intrinſeca pullulat ſicuti plantæ e terra pullulãt: ipſi tñ ſuæ paren/ti affixe: & naturalibus uniculis ligamẽtiſq; cõnexæ: aut ex ſuis principiis cõſtat & cõflat̃: ut mixtũ ex elemẽtis. Quo pacto ex aquis & terra aĩaliũ corpora fiunt: aut cãm habet extrinſecam: quæ triſariã diuidi põt in efficientẽ exemplar & finẽ. Quorꝝ triũ exempla ha/bemus a Moſe: dum & hominẽ deus creat & efficit: & creat ad ſuã imaginẽ tanquã ad ex/emplar. & beſtiæ homini ſubſunt fiuntq; ppter hominem ut propter finem.

Caput quartum.

Diximus de parte & effectu: eademq; rõne de toto & cauſa. Reſpondẽt enim hæ inuicem rationes. Sed neq; impleuimus oĩa genera cognationis. Nã & de cauſa ea eſt reliqua ſpe/

cies affinitatis:qua cã ſecundaria primariæ obedit & adiungit̃:ſicut cũ deus ꝓducit aquæ ꝓducunt:& hæ quidē primo:quia ꝓxima ſũt cã:ſed nō aliter q̃ deo præcipiēte quia cã primaria magis influit q̃ ſecunda. Similiter eſt finis ſecundarius principali appendēs & annexus:qđ ſapienter ſignificat dicens poſita ſydera ut lucerent in cælo & illuminarēt terrã Neq; enim bonũ inferioꝝ primarius finis eſt cæleſtiũ.Sed id primũ intendunt:ut ſibi luceant:Tum poſtremo ut & nos illuminent. Quapropter & apud Homerũ cũ auroram tum ſolē ĩmortalibus primũ tum & mortalibus exoriri ac lucē ferre legimus.Eſt itē præter hæc oĩa & homo homini & leo leoni cognatus:& tñ leo neq; pars neq; effectus leonis eſt ſi ab illo genitus nō ſit.hoc ꝓpheta ſignificat:cũ ſimul piſces:ſimul aues:ſimul beſtias terræ colligit & adunat. Eſt ultima ratio affinitatiſ:quæ eſt mediæ naturæ ad extrema.Nam cōuenit hō homini animal aĩali:quia eandē participãt eſſentiæ rōnem uel ſpecialē uel generalē.At mediũ nō eadē eſt eſſentia qua & extrema:ſed temperatũ quoquo modo ex illis:ita ab utroq; diſſentit:ut cũ utroq; cōmunicet.Quod indicatũ nobis a Moſe:cũ ponit firmamētũ aquaꝝ medium diuidens ſupercæleſtes aquas ab aquis: quæ ſũt ſub cælo: ubi quæ ſit medii natura ſufficienter aperit:quēadmodũ nos in prohemio primi libri & ſecũdo capite quinti abunde declarauimus

Cã primaria magis ĩfluit. q̃ ſecunda.

Homerus

Caput quintum.

Admonemur aũt & hinc quid facto opus ſit nobis:ut naturis melioribus uniamur:ĩ quouis tota & ſumma poſita eſt noſtræ fœlicitatis.Nã & docet nos prima dies tũc primũ aqs depulſa nocte obortã lucē cũ ſpiritus domini eis incubuit: Vnde illud Iacobi ſignificat̃. Omne optimũ donũ deſup eſſe a patre luminũ.Quod ne noſtros cōmemorē:Ita cōfirmat Iamblicus :ut nihil quaſi uel mediocre ꝑmittere ſibi poſſe de ſe humanã naturã uelit niſi maiori.i.diuino numine ſit adiuta.Quod ſi eſt uerũ & non modo a noſtris:ſed a philoſophis etiã cōprobatũ ꝑfecto omne ſtudiũ noſtrũ in eo eē debet:ut cōuerſi ad ſupra qđ ſit p ſacram religionē p myſteria p uota p hymnos preces & ſupplicationes:inde noſtræ infirmitati uires quæramus.Hinc platonicæ & Pythagoricæ diſputationes a ſacris præcibus exorſæ deſinũt in eaſdē.quibus & Porphirius & Theodorus & oēs achademici nihil utile magis:imo neceſſariũ homini eē uno ore cōſirmat.Indorũ bragmanes & magi perſaꝝ nihil aggreſſi unq̃ legunt̃ niſi oratione præmiſſa. Quæ ideo gentiũ teſtimonia afferro:ut quibus a malo demone ꝑſuaſum:ut gentibus potius credãt q̃ eccleſiæ: uel ab his diſcãt quibus adhibent fidē neq; ridendã neq; inutilē neq; indignã rē eſſe philoſopho operã ſũmere & quidē magnã atq; aſſiduã in ſacris præcationibus in myſteris in uotis in hymnis deo iugiter decantandis. Quæ res ſi qđ hoĩum genus & iuuat maxime & decet:illis præſertim utilis & decora.qui ſtudiis litteraꝝ & cōtemplãdi ocio ſe dederũt. Quibus nihil neceſſariũ magis q̃ ut quos in diuina identidē mentis oculos intēdũt: & uitæ integritate deputēt:& petita p ſerulã orationis deſup luce largius illuminēt admonitiq; ꝓpriæ ſemp imbecillitatis cũ apoſtolo dicant ſufficientia noſtra ex deo eſt.

Iacobus

Iamblicus

Quid præcipue obſeruãdũ in uita

Quã utiles q̃ neceſſariæ ſacre ꝑcationes

Platonici

Pythagorici

Porphirius

Theodorus

Achademici

Indi

Perſæ

Apoſtolus

Caput ſextum.

Rurſum examinemus quid nos aquæ:quid terræ diſpoſitio doceat.Diſcamus a terra nō edituros nos frugē:quã parturimus:niſi inuadentis nos fluxæ materiæ atq; caducæ impetũ repreſſerimus:depulerimuſq; & e ſedibus noſtris exturbauerimus irruentiũ in nos quaſi aquaꝝ uoluptatum gurgites & torrentes.Diſcamus ab aquis nō prius illas exiſtimatas

idoneas piſcibus procreandis ꝙ in unã totius ſui elementi integritatem collectæ fuerint. Nam neq; nos ſi diuulſi diſtractiq; ad diuerſa fuerimus: ſi non toti collectis oĩbus uiribus ad unam feramur intentionẽ: ſobolẽ dare aliquam dignam noſtra diuinitate in lucẽ poterimus. Continetur autem & hic altius myſterium: quẽadmodum ſcilicet guttis aquæ ca eſt fœlicitas: ut ad oceanum: ubi aquaꝝ plenitudo: accedant: ita eſſe noſtrã fœlicitatem ut quæ in nobis intellectualis luminis portio eſt ipſi primo omnium intellectui primæq; menti ubi plenitudo: ubi uniuerſitas omnis intelligentiæ aliquando coniungatur.

*Altius myſterium*

Caput ſeptimum.

At maximũ illud omniũ quod firmamẽti nobis doctrina ſignificat: ubi uidemus nõ poſſe aquas inferiores ſuperiorũ aquaꝝ beneficio aliquo locupletari: niſi cælo intercedente quod inter eas mediũ eſt collocatũ. Ita nos animo ꝓponamus extremoꝝ copulam nõ niſi per eam naturã fieri poſſe: quæ media extremorum cũ ſit utrunq; in ſe cõplexa. Ideo illa ideſt extrema inter ſe cõmode unit: quia in ſe ipſa illa ꝑ ꝓprietatẽ ſuæ naturæ prius uniuit Admonemur hinc magni illius ſacramẽti: qđ gentibus ſtultitia hebreis ſcandalũ: nobis dei uirtus & ſapientia eſt: nõ poſſe hominẽ deo cõiũgi: niſi per eũ: qui cũ in ſe ipſo hominem deo cõiunxerit uerus mediator effectus põt ita hoĩes deo annectere: ut ſicut in eo filius dei hominẽ induit: ita per eum hoĩes dei filii fiant. Quod ſi uerũ eſt quod dicimus: nõ copulari extrema inuicẽ niſi per mediũ: id autem uere medium dici: quod in ſe ipſo iã extrema uniuit: profecto ſi diſpenſatio illa ineffabilis in ſolo cõtingit Chriſto. ut uerbum fieret caro ſolus etiã eſt Chriſtus per quẽ ad uerbũ caro poteſt aſcendere: nec eſt (ut recte ſcripſit Ioannes) aliud ſub cælo nomẽ in quo oporteat ſaluos hoĩes fieri. Quod diligẽter aduertant qui cum Chriſto ſe dicunt credere: cõmunẽ tñ religionẽ aut ſuam unicuiq; in qua eſt natus: credunt ſufficere ad cõſequendam fœlicitatem. Non mihi nõ ipſis rationibus credant ſed Ioanni Sed Paulo ſed Chriſto ipſi: qui dixit. Ego ſum uia. Ego ſum hoſtium. & qui per me non intrat fur eſt & latro.

*Nõ poſſe homines deo cõiungi niſi per Chriſtũ deum & hominem*

*Ioannes*

*Paulus Chriſtus*

## EXPOSITIO SEPTIMA DE FOELICITATE QVAE EST VITA AETERNA.

### Prohemium Libri Septimi.

*Duplex fœlicitas*

SI TOTIVS mundi gradus ordinẽ & naturam ſexta abſoluta expoſitione quaſi ſex diebus exegimus: Reliquum: ut ſeptimo hoc tractatu quaſi ſabbato noſtræ cõmẽtationis de ſabbato mũdi & quiete creaturaꝝ: quaꝝ naturã in ſuperioribus inſtituimus ideſt de eaꝝ fœlicitate tractemus: aut (ut dicã rectius) tractantem Moſem ut uerũ uatẽ futuroꝝ oĩum audiamus. Eſt autẽ fœlicitas (ut theologi predicant) alia: quã per naturã alia: quã per gratiã cõſequi poſſumus. Illã naturalem: hanc ſupernaturalẽ appellant. De prima ideſt de naturali ſatis dictũ a Moſe: quoniam reꝝ cognita natura naturalẽ quoq; eaꝝ fœlicitatẽ cognoſcimus. Reliquum igit̃ ut doceat de ſecunda ꝓphetam ſe potius exhibens ꝙ doctorẽ: quoniã cum ſcripſit Moſes nõ dum erat gratia: ſed futuꝝ erat ut eſſet. Verum quoniã mihi uideor uidere

ſciolos quoſdã dixerim an uappas potius & nebulones : qui ſe uocãt philoſophos cum nihil ſint minus: ridientes ſtatim & gratiã & fœlicitatẽ ſup naturalẽ: quaſi uana hæc nomina & aniles fabulæ ſint: uolui breuiuſculam: hac de re cum illis diſputationem ſicuti prohemiũ facere ſeptimi libri: rem & ſeorſum oĩbus utilẽ & neceſſariã ualde operi: quod ſuſcepimus: ubi altiſſimis philoſophiæ radicibus nixam & ſtabilitã ſtare ſententiã theologoꝝ dilucide cõprobemus. Fœlicitatẽ ego ſic deſinio reditũ uniuſcuiuſq; rei ad ſuũ principium. Fœlicitas enim eſt ſummũ bonum: ſummũ bonum id eſt quod omnia appetunt quod aũt omnia appetunt: id ipſum eſt: quod omniũ eſt principium: ut Alexãder aphrodiſienſis in cõmentariis primæ philoſophiæ & græci interpretes in ariſtotelis ethicen atteſtantur: Idem igitur finis omniũ qd' omnium principium deus unus omnipotẽs & benedictus optimum omnium quæ aut eſſe aut cogitari poſſunt. hinc duæ illi præcipue appellatiões apud Pythagoricos unum. ſ. & bonum. Vnum enim cognominatur: qua omnium eſt pĩcipium : quemadmodum unitas principium eſt totius numeri bonum autem qua omniũ finis omnium quies & abſoluta fœlicitas eſt. Videre iam poſſumus: ſi ſimus paulo ſollertiores: rationem duplicis fœlicitatis. Fœlicitas enim poſſeſſio atq; adeptio ẽ huius primi boni. Bonum hoc adipiſci dupliciter poſſunt res creatæ. aut in ſe ipſis: aut in ipſo. Nam & in ſe ipſo hoc bonũ eſt ſuper omnia exaltatũ ſuæ inhabitãs diuinitatis abyſſos: & per omnia diffuſum in omnibus inuenit̃: hic quidem ꝑfectius: illic imperfectius ꝓ rerum conditione a quibus participatur. Vnde (ut ſcribunt poetæ) Iuppiter eſt quodcunq; uides: & Iouis omnia plena ſunt: Vna quæq; igitur natura cum in ſe deum habeat aliquo modo: quia tantum dei habet quantũ habet & bonitatis (bona autẽ omnia quæ deus ꝑfecit) reliquum: ut cũ perfectã omnibus numeris ſuam habet naturã: ſe adepta deum quoq; in ſe adipiſcatur. & ſi dei adeptio: ut cõprobauimus: eſt fœlicitas: in ſe ipſa aliquo modo ſit fœlix: hæc eſt naturalis fœlicitas: quã & maiorem & minorem diuerſæ res pro naturarum diuerſitate ſortitæ ſunt. Ignis res eſt anima carens: participat autẽ deum multis rationibus. Nam primo eſt: & unũ quodq; ꝙ eſt paritcipatu dei eſt: qui eſt ipſum eſſe: itẽ qua ignis ſpecies certa & actus eſt: deo eſt ſimilis: qui prima ſpecies primus eſt actus : & dum ignis ignem producit diuinam fœcunditatẽ: dum ſe intra terminos ſuæ cõtinet ſpheræ iuſtitiam: dum nobis deſeruit beneficentiã ꝓ ſuæ naturæ modulo imitatur. Hæc ignis dum agit ſuam adeptus ꝑfectionem fœlix eſt quantũ capax ipſe fœlicitatis. Fœliciores plantæ quæ præterea uitam: fœliciora animantia: quæ etiã cognitionẽ ſortita ut plus ꝑfectionis ita plus etiam in ſe ipſis diuinitatis inueniunt. Optima omnium mortaliũ conditione homo: qui ſicut natura. Ita naturali fœlicitate aliis præſtat: præditus intelligentia & libertate arbitrii præcipuis dotibus & ad fœlicitatem maxime conducentibus. Suprema inter creaturas angelica mens & ſubſtantiæ nobilitate & finis conſecutione. cuius maxime particeps. quia illi & iuncta & proxima eſt. At uero ut ſupra diximus ꝑ hanc fœlicitatem nec plantæ nec bruta nec homo nec angelus deum: qui eſt ſummum bonum: in ipſo deo: ſed in ſe ipſis attingunt. Quapropter & pro naturarum capacitate gradatim fœlicitatiſ ratio uariat̃. Quare & de hac ſolum loquuti philoſophi fœlicitatem uniuſcuiuſq; rei in optima operatione ſuæ naturæ collocauerunt: & de angelis quidem quos uocant mentes & intellectus. etiam ſi ſummã illorum perfectionem hanc faterentur quod deum intelligerent. cognitionem tamẽ dei: quam habent: haud aliam ſtatuere præter eam. qua

Quã uera & ſtabilis theologorũ opinio đ fœlicitate ſupnaturali.

Alexander

Græci interpretes

Pythagorici

Duo dei nomina

Radix duplicis fœlicitatis

Poetæ

Quæ ſit naturalis fœlicitas

Quopacto ignis deum participat

Optima omniũ mortalium cõditione eſt hõ

Imperfectio naturalis fœlicitatis

Philoſophorum de fœlicitate opio.



ARQUIVO NACIONAL DA TORRE DO TOMBO

ſe ipſos cognoſcunt.ut de deo tantum intelligant:quantum de dei natura in eorum ſubſtantia repreſentatur. De homine autem & ſi diuerſi diuerſa ſenſerint:omnes tamen intra humanæ facultatis anguſtias ſe tenuerũt:uel in ipſa tm̃ ueri ueſtigatione qđ academici:uel in adeptiõe potius p ſtudia philoſophiæ:quod Alpharabius dixit: fœlicitatẽ hominis determinãtes. Dare aliqđ plus uiſi Auerrois Auicenna Abubacher Alexander & Platonici noſtrã rationẽ in intellectu:qui actu eſt:aut aliquo ſupiore:nobis tñ cognato quaſi in ſuo fine firmãtes:ſed neq; hi hominẽ ad ſuũ principiũ neq; ad ſummũ bonum adducunt. Quas ego eoꝝ diſputationes atq; ſententias.nec reprobo nec aſpernor:ſi de naturali ſe tantum fœlicitate dicere profiteantur. Certum enim per eam non poſſe hominem aut angelos altius euehi q̃ ipſi dicant. Quod uel hac rõne maxime cõprobatur:qm̃ ſi nixũ propria fortitudine nihil ſupra ſe ipſum poteſt aſſurgere (alioquin ſe ipſo eſſet ualidius) utiq; nihil nitens per ſe ipm ad fœlicitatẽ maius aliquid uel perfectius ſua natura aſſequi poterit. Sed dicant mihi philoſophi ſi hæc in rebus ſola fœlicitas:cur uel ipſi fatentur inter animalia ſolum hominem natũ ad fœlicitatem. Cum enim alia præter hominem ad ſuos quoq; fines perueniant poſſumus dicere eſſe aliorum q̃ hominis minorẽ fœlicitatẽ: at nullam eſſe quo pacto defendemus. Quinimmo cũ a fine a natura ſtatuto reliqua infra hominem nunq̃:homo fere ſemper exorbitet:uidebitur niſi alio ſe priuilegio iactet infœliciſſima omnium humana cõditio: Audiamus igitur ſacros theologos dignitatis noſtræ nos admonentes:& quæ ultro nobis a patre liberaliſſimo diuina bona præſtantur: ne quæſo ipſi crudeles in noſtros animos & male grati erga deũ opificẽ reiiciamus. Diximus ſupra ſummã fœlicitatis in dei eſſe adeptione:quod eſt ſummũ bonum & principiũ omniũ. Dupliciter autem illa poſſe contingere:quoniam uel in creaturis:quibus ſe deus participat:uel in ipſo deo deũ aſſequimur. Oſtendimus itẽ quod & oſtendemus:res creatas nõ poſſe uiribus ſuis ad hanc poſtremã. ſed ad illam dumtaxat accedere. Eſt autem illa:ſi anima aduertimus:umbra potius fœlicitatis quã uera fœlicitas: quẽadmodũ creatura:in qua deum attingis:nõ ſumma bonitas:ſed ſummæ bonitatis ideſt diuinæ tenuis umbra eſt. Adde ꝙ res per illam ſe ipſis potius q̃ deo reſtituũtur:nõ id aſſequute: ut ad ſuũ principium redeant:ſed hoc tantũmodo ne a ſe ipſis diſcedant: Vera autẽ & conſumata fœlicitas ad dei faciem contuendam quæ eſt omne bonũ:ut ipſe dixit:& ad perfecta cum eo principio:a quo emanauimus:unionẽ nos reuehit & abducit. Ad hanc angeli attolli quidem poſſunt:ſed non poſſunt aſcendere. Quare peccauit Lucifer dicens Aſcendam in cælum. Ad hanc ire homo nõ poteſt:trahi poteſt unde Chriſtus de ſe: qui eſt ipa fœlicitas dixit Nemo uenit ad me niſi pater meus traxerit illũ: Bruta autem & quæ infra hominẽ nec ire nec trahi ad illam poſſunt. Ideoq; ſolus homo & angelus ad eã ſũt facti fœlicitatẽ:quæ eſt uera fœlicitas. Poteſt uapor cõſendere in altum: ſed nõ niſi attractus radio ſolis: lapis & copulenta omnis ſubſtantia neq; radium uſq; quaq; admittere neq; per illum tolli in ſublime poteſt. Hunc radium hanc uim diuinam hunc influxum gratiam apellaamus:quia deo & hominem & angelum gratos efficiat. Habent autem philoſophi huius doctrinæ manifeſtum exemplum in corporibus. Corporum enim aliqua in rectum:aliqua in orbem feruntur. Motus rectus quo elementa ad proprias ſedes uehũtur: figurat fœlicitatem:per quam in propriæ naturæ perfectione res ſtabiliuntur. Motio circularis:per quam corpus ad eundem unde abſcedit terminum circumuoluitur; expreſſiſ/

Academici
Alpharabius
Auerrois
Auicenna
Abubacher
Alexander
Platonici
Nõ poſſe hominẽ uiribꝰ propriis po coniungi
Aſtruit ſupnaturalẽ fœlicitatem
Theologi
Quid differat ſupernaturalis fœlicitas a naturali.
Naturalẽ fœlicitatẽ non habere rõnẽ uere fœlicitatis
Supernaturalis fœlicitatis qui ſint capaces & quomõ
Exemplum utriuſq; fœlicitatis i corporibus.

ſima imago eſt ueræ fœlicitatis:per quam creatura ad idem principiũ redit:a quo proceſ
ſerat. Sed uide ꝙ oĩa utrinq; conueniunt. In orbem non mouent̃ niſi immortalia & incor
rupta corpora: Ad deum non redit niſi immortalis & æterna ſubſtantia. Elementa ut ſu/
os motus perficiant non alia indigent ui ꝙ indito ſibi a genitura uel grauitatis ĩpetu uel
leuitatis:quemadmodum etiam ad naturalẽ fœlicitatẽ ſingula proprio impetu propria
ui feruntur. At uero cæleſtia & ſi idonea ſint motui circulari non ipſa tamen ſibi ſufficiũt
ad hunc motum explendum: ſed diuino opus motore: qui illa uerſet & circumuoluat. De
nique ſic perpetue apta circuitioni illa corpora ſunt. ut non facere eam. ſed ſuſcipere poſ/
ſint. Haud aliter nobis atque angelis accidit. Tales enim ſumus natura. ut nõ circumage
re nos & reflectere: ſed circumagi motore ui gratiæ & reflecti in deum poſſumus. Hinc il/
lud. qui agunt̃ ſpiritu dei hii filii dei ſunt. Qui aguntur dixit: non autem qui agunt. hoc
diſtamus a cælo ꝙ illud naturæ neceſſitate: nos pro noſtra libertate mouemur. Pulſat eñ
aſſidue animum tuũ ſpiritus motor. Si ob audias tibi relinqueris tuo torpori tuæ infirmi/
tati miſer & infœlis. Si admittas ſtatim deo plenus per orbẽ religionis ad patrẽ ad domi
num reportaris: in eo uitã ſemper poſſeſſurus: in quo & ſemper etiã anteꝙ fieres uita fui/
ſti. Hæc eſt uera fœlicitas ut unus cũ deo ſpiritus ſimus: ut apud deũ non apud nos deum
poſſideamus cognoſcẽtes ſicut & cogniti ſumus. Ille enim nos nõ per nos: ſed per ſe ipm̃ Summa ue//
cognouit: Ita & nos cognoſcemus illũ per ipſum & nõ per nos. Hæc eſt tota merces: hæc ræ fœlicita//
eſt uita æterna: hæc eſt ſapientia: quã ſapientes ſeculi non cognouerunt: ut ab omni mul/ tis
titudinis imperfectione redigamur in unitatẽ per copulam indiſſolubilem cum eo qui eſt
ipſum unum. Pro hac fœlicitate Chriſtus orabat ad patrẽ hoc modo. Pater fac quemad//
modum ego & tu unum ſumus: ita & hii nobiſcũ unũ ſint. Hanc Paulus ſeparabat dicẽs Chriſtus
cognoſcã non ex parte: ſed ſicuti eſt: & ſi ſperabat nõ ne iure dicebat Quis me ſeparabit
a caritate Chriſti. & cupiebat diſſolui ut cũ Criſto fieret unũ. Ab hac cecidit dæmõ: qm̃ ad Paulus
illam aſcendere nõ rapi uoluit: Ideoq; illud amiſit: quod habuiſſet ſi permãſiſſet. Ex hac Caſus demo
radice notum quæ ſors infantium: qui deceſſere non dum initiati. Scilicet apud ſe manẽt nis
nec ſuis bonis exuti: nec diuinis locupletati. Nobis in alterutram partem cadendum: aut
ſummam miſeriam: aut ſũmã fœlicitatem. Quoniam qui in cauſa eſt ne motorem re Sors infanti
cipiat: non ſolum immunem ſe facit gratiæ: ſed & naturam uitiat: ad cuius integritatem um qui dece
hoc attinet: ut agnitum ſpiritum quærat non recuſet: & proculdubio recta eſſe natura nõ dunt nõ dũ
poteſt: quæ maioris boni propoſiti ſpem aut reiicit aut contemnit: Quare poſtquam iuitati.
Chriſtus eſt agnitus ſiqui Chriſtum non induuntur: non ſolum prima fœlicitate: ſed
& ſecunda ideſt naturali iure priuãtur: quia gratiam nolle non niſi corruptæ eſt & la/
befactatæ naturæ. Quemadmodum autem nos uiuentes ſub euangelio: Ideo Chri/
ſtum dei uirtutem & ſapientiam in nobis recipimus: quia uti iam datum humano ge//
neri amamus & retinemus: Ita & partes ſub lege uetere illum recipiebant: cum futu//
rum aduentum & credebant indubie & ſperabant alacriter & ardenter deſiderabant.
Sed ſicut non ut præſentem iam: ſed ut futurum recipiebant: ita neque preſentem qua/
ſi iam ſpiritus inhabitantis niſi poſtquam aduenit fructum experti ſunt. Cum poſt per/
actum in ara crucis ineffabile ſacrificium deſcendente ad eos Chriſto ab eo uti moto//
re circumacti momento turbinis ad libertatem: & euecti ad ſummæ fœlicitatis gra//
dum fuerunt. Ad hanc fœlicitatem religio nos promouet dirigit & impellit: quemadm

*Philoſophia incohatio eſt religionis neque hominem a religione ſemouet*

dum ad naturalē duce utimur philoſophia. Quod ſi natura rudimentum eſt gratiæ: utique & philoſophia incohatio eſt religionis: neque eſt philoſophia quæ a religione hominem ſemouet. Recte igitur & nos cum a Moſe: poſt quam ſex dies de natura ſumus philoſophati: ſeptimo die diuinis uacantes de ſupernaturali fœlicitate dicemus.

## Caput primum.

*Natura angelila & humana capax eſt ſuperne fœlicitatis*

Duplex (uti oſtendimus) ſupremæ huius fœlicitatis natura eſt capax: angelica & humana Illa cælum: hæc terra dicit̄: quia angeli cælum: nos terrā inhabitamus. Et de cælo nō eſt ꝙ dicat amplius: quia non angelorū: ſed hominum legem ſcripturus eſt. Ad homines igitur deſcendens inquit. Terra erat inanis & uacua: & tenebre erant ſuper faciē abyſſi. Non creat deus īanitatē: nō creat tenebras: Sed terra (īquit) erat inanis & tenebræ erant. Nō dicit hæc fuiſſe creata: ſed fuiſſe. Quod cur ſit dictū patebit ſimul cum cognouerimus quæ hæc inanitas: quæ hæ tenebræ ſint. Natura humana: quæ terra dicitur angelis comparata: ſtatim ab initio: quia ſtatim peccauit inanis erat & uacua originali iuſticia: & peccati tenebris facies eius ideſt ratio obducebat̄. Neq; hæc fecit deus: ſed hominis malitia: qui uolens ſe his bonis priuauit: quibus illum deus ditauerat. Sic naturæ corruptæ ſtatus a ꝓpheta deſcribitur: quæ quo pacto deinde a deo per Abraā per Moſem per prophetas nouiſſime uero per unigenitum filium ſuū & priſtinæ dignitati reſtituta: & ad ſummam fœlicitatem parata fuerit in ſequentibus demonſtrabit. Verū & quo tempore aquæ obductæ tenebris erant inſectæ ſcilicet primæuis ſordibus notæ originalis: ſpiritus tamen domini fouebat eas. Quod eſt dupliciter intelligendū: & ꝙ lumine diuini uultus quod ſignatū eſt ſuper nos ideſt lumine naturalis intelligētiæ homines regebant̄: & ꝙ diuinæ tum prouidentiæ cura humanū genus deſtitutum non erat: ſed ſpiritus domini fouebat aquas ſpiritus ille: qui (ut ait apoſtolus) intercedit pro nobis gemitibus inenarrabilibus & tūc aſſidue cogitabat quo pacto illas a uenenis purgaret quibus antiquus ſerpens eas infecerat. & ecce ſtatim iubet oriri lucē: & orta eſt lux: Abraam ſcilicet ille ſapientiſſimus fundator primus ueræ religionis. Primus: qui & naturæ legē abſolueret: & de diuina lege meditaretur: Primus qui cultū unius dei aduerſus idola & gentes hominibus perſuaderet. Primus qui & tenebras erroris depellere: & malis dæmonibus qui principes tenebrarū dicuntur bellum indicere eſt aggreſſus: unde merito lux cognominatus. Quod quia & diſcipuli domini omnes fecerūt omnes a dño lux mūdi ſunt appellati. Hæc eſt lux prima quæ mūdo affulſit: & inter demonū ueriq; dei religionem quaſi inter lucem tenebraſq; diſtinxit.

*Apoſtolus* — *Abraam*

## Caput ſecundum.

*Lex Moſaica*

Hunc ſequuta eſt lex: quæ merito cognomēto dicitur firmamentum ſtatim in ſui exordio hoc ipſo ſcilicet ꝙ nunc tractamus annuntians nobis opera manuū dei (ut cecinit Dauid & opera manuū eius annunciat firmamentū (Data igitur lex per angelum Moſi firmata uerbo dei: quæ adhuc magis ꝙ̄ ſuperior lux gentes ab iſraelitis ideſt impietatem a pietate quaſi aquas ſupercæleſtes ab aquis quæ ſunt ſub cælo diſcriminauit. Dicunt̄ autem iudei aquæ ſupercæleſtes quia ſoli (ut inquit Hieremias) ſigna cæli nō timent: quæ gentes timēt ſoli non aut ſtellas aut cælum: ſed ſtellarum & cæli auctorem ac dominum & agnoſcunt & agnitum colunt ac uenerantur. Gentes autem cōtraria ratione aquæ ſub cælo ſunt quādo & demones caliginoſi aeris incolas: quæ regio ſupra aquas eſt: adorant & collunt: & uiſibile cælum ſydera & planetas ſibi deos ac dominos faciunt.

*Hieremias*

Caput tertium.

Erat autem futurum:ut niſi maior aliqua uis & miſericordia dei obſtaret aquæ quæ ſunt ſub cælo ideſt idolis ſeruientes totam terram inuaderent & occuparent. Sic inſectio to//tius mundi de prima macula. Sic ſathanæ ultoris imperiũ & ius in nos reos antiquæ no/xæ & huiuſmodi ſeruitutis pœne obnoxios poſtulabat. Sed benefica ſemper & ſalutaris prouidentia dei unam ex terræ partibus & ſi exiguã quantum iuſticiæ leges patiebantur ab aquarum iniuria liberam eſſe uoluit hæc eſt iudea uocata terra promiſſionis: quia & Abraæ & poſteritati a deo promiſſa fuit Cui noſtræ expoſitioni ꝓphetæ omnes aſtipulantur: apud quos totiens gentiũ impetus in iſraelitas aquarũ & maris incurſionibus cõparatur. hinc illud eleuauerunt flumina uocẽ ſuam: & mirabiles elationes maris: & illud ſo//nuerunt & turbatæ ſunt aquæ eorũ: & non timebimus dum turbabitur terra & trãſferent montes in cor maris. & ꝑfecto non aliter iudeã intra haud magne regionis termios cõcluſam circunuallabant gentes: ꝙ nunc terræ hanc portionẽ utiq; modicam quam habita//mus undiq; circunuallet occeanus. Sed & pluribus in locis euidentiſſime in litteris chiſtianis per aquas gẽtes deſignant. Nam & ſcriptum eſt aquæ quas uidiſti gentes ſunt: & cũ dominus Ieſus uinũ fecit ex aqua: quod in phariſei domo deſecerat: figurate ut noſtri ſcri/bunt ſignificauit aquas ideſt gentæs ad eam fidẽ eſſe uocandas: Quæ apud iudeos apud quos fuerat antea impoſterũ deficeret. Itidem in miſteriis tradunt idcirco aquã uino miſceri ꝙ aquæ ideſt gentes ſanguinẽ Chriſti per fidem crucis hauriant & combibant. Illa igitur pars aſſerta a iugo aquarum dei prouidẽtia fuit: ut ſi reliqua terra obruta undis ſpiri//talis nequitiæ inutilis & deſerta erat futura nec idonea fructibus ueræ religionis: hæc ſal/tem eſſet: quæ luce ſuſpecta quã protulit prima dies & rore cæli quod ſecunda ſtatutũ eſt ideſt doctrina legis ad ubertatem adiuta germinaret interrea quaſi herbas plantas & ar/bores iudicia cerimonias & bonos mores: donec cum temporis plenitudo ueniſſe ipſum etiam quod Eſaias optabat ſaluatorem fœliciſſima germinaret.

In litteris cri ſtianis per a quas gentes deſignantur

Dominus Ieſus.

Quare ĩ miſteriis aqua uino miſceatur

Eſaias

Caput quartum.

Et ecce iam temporis plenitudo. Si enim numerus quaternarius plenitudo eſt numerorũ non ne erit & dies quartus plenitudo dierũ. Videte igitur quid nobis afferat quartus dies Cælum ſecundo die firmatum ideſt lex ſine ſole ac luna ac ſtellis erat: capax quidem fu/turæ lucis: ſed obſcurum adhuc nec inſigni aliquo lumine illuſtratum. Aduenit dies quartus: quo ſol dominus firmamenti ideſt Chriſtus dominus legis & lunaris eccleſia Chriſti compar & ſponſa: & qui multos ad iuſtitiam erudirent apoſtolici doctores in firmamen/to uti ſtellæ in perpetuas æternitates eluceſcerent ad æternam ſcilicet uitam mundum uocantes. Sol firmamentũ non diſſoluit: ſed perficit: & Chriſtus legẽ non uenit ut diſſolue/ret: ſed ut perficeret. Lux primi diei Abraam pientiſſimus uidit diem quartã: quæ eſt dies Chriſti & gauiſus eſt. Vidit radiũ ſue lucis ideſt ueræ religionis: quẽ mundo intulerat per ſolem iuſtitiæ per lucẽ ueram illuminãtẽ omnes homines in uniuerſum orbẽ latiſſime di/fundendũ. Vidit Ieſum chriſtum ſplendorẽ paternæ ſubſtãtiæ illuceſcentẽ his qui in tenebris & in umbra mortis ſedebãt: & principem tenebrarũ principem mundi huius eiici fo/ras: & de mentibus hominum exterminari. Hæc uidit & exultauit: uidit diem quartam & letatus eſt. Hæc dies quã fecit dominus. qua dominus homo fit qua deus habitauit in no

Meſſias

Abraam pi/entiſſimus

Ieſus chriſtus ſplendor paternæ ſubſtantiæ

bis: exultemus & nos & letemur in ea. Quam autem uera ꝙ ſolida ſit noſtræ ratio ex//
poſitionis attendatis quæſo paulo diligẽtius chriſtiani fratres. Vnde & uobis potẽtiſſima
tela contra lapideum cor hæbreorũ de armamentariis eorum petita ſubminiſtrabuntur.
Probabimus autẽ illud primo ex teſtimoniis iudeorum per opera diei quarti aduentum
Chriſti nobis ſignificari. ſecundo oſtendemus nobis Meſſiam repreſentari per nullã rem
congruentius ꝙ per ſolem: colligemuſq; euidentiſſime ex temporũ ratione nõ uenturum
in poſterum Chriſtum: ſed Ieſum ex Nazareth filiũ uirginis promiſſum hebræis Meſſiam
fuiſſe. Eſt inter decreta ueteris hæbraicæ diſciplinæ per ſex dies geneſeos ſex mille annos
mundi ſic deſignari: ut ſint quæ hic dicunť opera primi diei uaticiniũ eorum quæ primo
mundi millenario futura erant ut contingerent: opera item ſecundi eorum quæ in ſecun
do: & ſic deinceps eodẽ ſemper utrobiq; ſucceſſionis ordine ſeruato: cui ſententiæ etiam
atteſtatur inter iuniores Moſes gerundinenſis theologus primæ celebritatis apud hæbre/
os. Meminiť & Diuus Hieronymus in expoſitione pſalmi illius: qui Moſi inſcribiť: uide
turq; opinio hæc fundamento præcipue illi inniti ꝙ mille anni (ut inquit propheta) unus
dies ſunt apud deum. Quartus igitur dies: ſi uera eſt hæc doctrina: uaticiniũ eſt eorum:
quæ quarto millenario mundi euentura ſunt. Age nunc oſtendamus iuxta annales hæ//
breorum & quã approbant ipſi annorum ſupputationẽ quarto mundi millenario Ieſum
apparuiſſe. computant illi ab Adam ad diluuiũ annos mille quingentos quinquaginta
ſex: a diluuio ad Abraam annos ducentos & nonoginta duos: atq; ita ab Adam ad Abra
am colliguntur anni Mille octingenti. xlviii. A genitura autẽ Iſaac ad ruinã ſecundi tem/
pli: quæ fuit poſt Christi mortẽ numerant annos circiter (neq; enim reſeco ad uiuum) mil
le ſexcentos ſexaginta. Supputant enim ab Iſaac ad exitũ ex egypto annos quadringẽtos
& triginta: ab exitu ad templũ quod Salamon ædificauit totidem fere. a Salamone ad tẽ
pli deſolationem per Babylonios annos quadringentos & decem a templi inſtauratio//
ne ſub Eſdra ad hanc ſub tito captiuitatẽ annos quadringentos uiginti Itaq; ſi omnes ſi/
mul collegeris: computabis a mundi exordio ad Chriſtum iuxta ipſorum hebreorũ men/
tem annorum tria milia quingentos & octo: ut & in ipſo quari millenarii medio Chri//
ſtus aduenerit & intra eiuſdem millenarii quaſi intra terminos quarti diei & lunæ ideſt
eccleſiæ lux toti mundo affluxit: & innumerabilis martyrum apoſtolorum doctorumq;
multitudo qui intra quingentos annos poſt Chriſti mortẽ omnes claruere: & firmamen/
ti ideſt legis obſcuritatẽ & noſtræ noctis tenebras illuminauerint. At dicent haberi Eſto
per hæc tempora Ieſus aduenerit. Non dum habes Ieſus Chriſtum fuiſſe niſi oſtẽderis cre
ditum a noſtris futurum ut per ea tempora Chriſtus ueniret. Bene res habet & æquũ po/
ſtulant. & nos præſtare facile poſſumus quod iure poſtulant. maniſeſta enim uulgata pu
blica apud eos feruntur Heliæ oracula citra omnẽ figuram citra uelamen ex profeſſo di
centia quarto mundi millenario uenturum Meſſiam: quæ ne uel ficta uideantur a me uel
pro arbitrio interprætata afferam teſtimonia ipſorũ talmutiſtarum: cum quibus nobis eſt
controuerſia: qui & illorum faciunt mentionẽ & ipſa ueritate cogente fatentur præteriiſſe
tẽpus ab Helia prædictũ de aduẽtu Meſſiæ. Verba hæc ſunt in particule quæ inſcribiť Ano
dazara capite libne eedẽ Tana adbeelihau ſeſeth alaphim ſana haue haolam. Sane ala
phim tohu: uſne alaphim thora: uſnæ alaphim lemoth hamas ſibi uba hauonothema ſe
rabu iaſhu meon maſeias. hæc ſic latine interprætemur uerbum uerbo reddentes. Dixe/

Dogma hæbreorum

Moſes gerũdinenſis

Diuus Hieronymus

Dies dei mille anni

Quo tempore Ieſus apparuit iuxta annales hæbreorum

Heliæ oracula

Talmutiſtæ

runt filii ſiue diſcipuli Heliæ. Sex mille annorum mundus. Duo mille inane: Duo mille
lex: Duo mille dies Meſiæ: & propter peccata noſtra quæ ſunt multa præterierunt de eis
quæ præterierunt. Hæc illi. Age nunc ipſis uerbis ante omnium oculos propoſitis poſt
quam nec commentitiũ nec arbitrariũ ego quicquam afferre poſſum diſcutiamus exami/
nemuſq; uerba oraculi & ſtatim ꝓpoſiti compotes erimus. Sex mille annorũ ĩquit eſt mũ/
dus: quod uel ſic interprætemur Poſt ſex mille annorũ curricula: quod etiã ex noſtris mul
ti crediderunt: conſumationẽ mũdi quaſi ſublatũ futuram: uel ſi (quod eſt uerius) illã diẽ
nemo nouit: in hunc ſenſum accipiamus: de ulteriori ſcilicet tẽpore nullũ in lege uaticini
um haberi: ſed hoc ad ꝓpoſitam nõ attinet quæſtionẽ. Videamus quod ſequit̃. Duo mil//
le inane Duo mlle lex tum Meſias. inane uocat (ut hebrei omnes interpretes dicunt) tẽpus
ante traditam a deo hominibus ullam legẽ. Sed uideo inſultantẽ Iudeũ dicẽtemq; ſi duo
mille anni ſunt ante legẽ & duomille legis uenturus ergo Meſias nõ quarta die ideſt dũ
quartus agitur millenarius: ſed die potius quĩta quia poſt quartũ ſcilicet millenariũ: Sed
enim reſpontio facilis ut quã ueritas animoſa ſuppeditat. Quod enim dicit̃ ab Hælia
duo mille inane. Duo mille lex: haud ſic accipiendũ quaſi integrũ tempus duo mille an/
norum futurus ſit mundus abſq; lege: ſimiliterq; duo mille annos permãſura ſit lex: ſed ꝗ
& tempus legis naturæ ad ſecundũ perueniet millenariũ: & tempus legis ad quartũ uſq;
perueniet. Sed & anteꝗ̃ ſecundus exactus ſit lex: & antequã quartus elabat̃: erit Meſſias.
Quam ego expoſitionẽ mihi ipſe nec fingo nec ſomnio: ſed eã me ipſe Helias docet ip/
ſemet docẽt & Talmutiſtæ. Quod tibi etiã iudea aſpis (niſi aures occludas) mox erit ma
nifeſtum. Inquit Helias duo mille inane. & duo mille lex. Videamus in quẽ ſenſum fue/
rit uerum quod dicit̃ de inani: indeq; diſcamus rationẽ exponendi id: quod dicit̃ de lege
Principium legis aut a Moſe accipimus aut ab Abraam. A Moſe accipi non põt quoniam
fuiſſet inanitas ſupra quã per duo mille & tercentos annos aut circiter. Totidẽ enim ferre
ab Adam ad Moſem. Accipiendũ igitur legis principiũ ab Abraã: cui datũ fœdus circũci
ſionis totius antique legis radix & firmamentũ: ab Adam aũt ad Abraã ſi ſuas conſulant
hiſtorias haud integrũ ſpatiũ duo mille annorũ: ſed mille duntaxat octingentos quadra
ginta octo effluxiſſe inueniunt. Quo fit ut nõ poſt ſecundũ millenariũ: ſed intra eius ter
minos inanitati legis plenitudo ſuccederet. Quare eadẽ ratione nõ poſt quartũ millena
rium: ſed dum quartus ageret̃ inanitati legis: plenitudo euangelica ſuccedere debuit. qđ
ſi impudenter etiam & pertinaciter negare pertendãt audiant ſuos thalmutiſtas noſtram
ſententiam maxime roborantes. Fatent̃ enim ipſi iam tunc cum ſcribebãt præteriiſſe tem/
pus ab Helia predictum de aduentu Meſſiæ: idq; ſuis imputant peccatis. Quod ſi uerba
Heliæ ſic acciperentur: ut poſt quartum millenarium Chriſtus eſſet uenturus non intra
fines ipſius quarti: nec dixiſſent nec dicere potuiſſent Thalmutiſtæ præteriiſſe tempus pro
miſſi a prophetis Meſiæ: quoniã quo tempore ſcripta eſt doctrina thalmutica: quam nos
attulimus: non dũ a mũdi exordio fluxerant anni quatuor milia. Apparuit enim ut ſupra
oſtendimus Ieſus poſt annos a mundi exordio iuxta hæbreos tria milia quingentes & o/
cto. Scriptũ aũt (ut ipſi tradũt) thalmut hieroſolimytanũ trecenteſſimo anno poſt Chriſti
mortẽ babyloniũ aũt cẽteſimo ãno poſt hieroſolymũ. quare utrũq; intra fines quarti mil
lenarii cõſcriptũ ẽ: & tñ ꝑteriiſſe tẽpus dictũ ab helia de chriſto uẽturo & fatẽt̃ & cõgrũt̃
quo hic ſe cõdẽt aut ꝗs latebras q̃rẽt: ut hũc noſtrũ ſolẽ ipſis inuitis ꝑ uniuerſũ illuceſcẽtẽ

Hebrei inter/pretes.

Helias Thalmutiſte

Principium legis quomodo accipi debeat

Talmutiſte

Thalmut hieroſolimitanum

Thalmut babylonium

omnino fugiant:omnino nõ uideant. Fatent᷑ Thalmutiſtæ(ſi non credunt ueteribus)præ dicta a prophetis de aduentu Chriſti tẽpora præteriiſſe. Fatent᷑ creditum a ꝓphetis uentu rum illum per ea tempora:per quæ Ieſum ipſi aduenıſſe uolũt. Nec ſui doctores omnino non uen ſunt cum dicũt ob eorum peccata nõ uenıſſe Meſſiam. Neq; enim ıllis uenıt:qui eum nõ agnouerunt. Neq; eſt Meſſias ideſt redẽptor uındex peſſimæ captiuitatis beneſi/ cus rex retributor terræ ꝓmiſſionis ideſt ſupernæ Hieruſalem niſi hiis:qui meſſiam eũ cõ feſſi ſunt. Quod ſi in ꝓpria uenientem ſui nõ receperunt non ſunt iam ſui:qui erant ſui: ſed ab ortu ueniunt & ab occaſu qui ın ſinu Abrae recũbant:filii aũt dilectionis eiciũtur in tenebras exteriores. Vnde & importuna eorum ſoluit᷑ quæſtio ſaluti futurũ Meſſiã hæ/ breis:Chriſtum aũt exitio fuiſſe & perditioni. Neq; enim ſunt hæbrei:qui ꝓmiſſum hæbre is ex ſtirpe Dauid regẽ & dominũ non modo non ſequunt᷑ aut colunt: ſed quaſi latronẽ quaſi ſacrilegũ quaſi prophanũ per omnẽ iniuriam & contumeliam cruci affigunt. Si filii Ahrae eſſent:per ſtarent in inſtitutis Abrae:& cuius diem hunc ſcilicet quartũ ılle præui/ dens gauiſus eſt ipſi quoq; gaudentes aduentantẽ exciperent. Attulit pacẽ Meſſias homi nibus ſed nõ omnibus. Neq; enim dictũ ab angelis ſimpliciter:& in terra pax hominibus ſed adiectũ hominibus bonæ uoluntatis. Vtiq; ıdẽ ſol:qui puros oculos illuminat ægros & debiles cæcat & obſcurat. & recta ſit ratiõe:ut qui bonis eſt ſalutaris:idem malis ſit no/ xius:& qui amicos beat ut pote potẽs & nõ ingratus:idem etiã hoſtes fulminet & diſper/ dat. Si male eueniſſet iudeis ſuſcepto Chriſto nõ fuiſſet Chriſtus. Sed ſi male euenit cruci fixo:utiq; fuit Chriſtus:Qui de ſuis uictoribus etiã cruci affixus tunc cum maxime uictus apparuit tanta eorũ cum ſtrage & calamitate triumphauit. Quid ıgitur cæci ſolem expe ctatis. Adeſt ſol & lucet ſed lucet in tenebris & tenebræ ueſtræ illum nõ comprehendunt Præterit dies quartus:quo ortus eſt ſol:Qui nõ diſſoluit legem ſed perficit:ſicut neq; ſol firmamẽtũ deſtruit:ſed exornat:ſed ꝑficit:ſed illuſtrat. Probauimus exordine dei quarti

Sol Chriſti imago

& tempore aduentus Chriſti intelligẽda de eo quæ hic dicunt᷑. Probemus idẽ ex figuræ ſi militudine:quia per nullã aliam rem imaginari Chriſtũ congruentius poſſumus: ꝙ per ſolem. Nam & in ſole poſuit tabernaculũ ſuum:& exiit de tribu iuda:cuius ſignũ eſt leo ſolare animal:& cum ſolẽ in re.p. Plato uiſibilẽ filium dei appellet cur nõ intelligamus

Plato ĩ re .p.

nos imaginẽ eſſe inuiſibilis filii. Qui ſi lux uera eſt illuminãs omnẽ mentẽ expreſſiſſimũ habet ſimulacbrũ hũc ſolẽ:qui eſt lux imaginaria illuminãs omne corpus. Sed quid alia quærimus:ipſum ſolẽ interrogemus:qui patiente Chriſto aduerſa luna deficiens conſen/ ſum nobis ſuæ naturæ euidẽter oſtendit. Vt iure optimo nos:ne tangã altiorẽ cauſam diẽ quam uocant mathematici ſolis & diem domini uocauerimus:& illius cultui totã manci pauerimus. Vel hinc oſtendẽtes nõ eſſe cur amplius corporeũ ſolem(ut olim gentes)cola

Dies ſolis di es domini

mus quaſi regẽ cæli & dominũ poſtquã ſol inuiſibilis coæternus patri & coæqualis:p quẽ & cælum & terra condita ſunt ſedentes in umbra mortis homines illuminauit.

## Caput quintum.

Sed iam examinemus an quæ ſequunt᷑ opera diẽ quartũ reſpondeant his quæ poſt aduẽ/ tum Chriſti eueniſſe cõpertum eſt:ut tunc demũ hanc noſtrã expoſitionẽ ut uerã ut ſtabi/ lem recipiamus:cum illi undiq; atteſtari & conſonare omnia cognouerimus. Videamus quid fiat poſt diem quartũ. Producũt aquæ piſces & aues:ꝓducit terra pecora & iumenta. Reuocemus ad mẽtẽ quid ſuperius per aquas diximus ſignificari:quæ ſub cælo locatæ col

lectæ ſunt ad locū unum. quid itē per terrā: quæ ab illarum diluuio facta eſt inmunis. Diximus per aquas gentes per terrā iſraelitas figurari: quod & multis cum teſtimoniis prophetarū tum ſimilitudinibus rationibus cōprobauimus. Vidimus autē ante ſolis exortū ſteriles aquas nihil producere: quod eſſet bonū: Terrā autem feracē quidē: ſed exigui fructus olerū ſcilicet atque herbarū. Poſt ſolem & aquæ maiori etiā q̄ terra fœcunditate duo genera protulerunt animantiū aues & piſces: Terra non iā contenta arboribus & fructibus & magna pecora & iumenta producit. Nonne uidetis me etiā tacente impleте uerbū boni Simeonis: ut eſſet hic noſter ſol lumen ad reuelationē gentium & gloriā plebis iſrael. Nonne habemus ſub oculis expreſſam ſi nihil aliter interpretemur & gentiū uocationē & tranſformationē terreſtris Hieruſalem umbratiliſque ſinagoge in ueram eccleſiam: & perpetuā dei celeſtemq; ciuitatē: Ante ſolis exortū aquæ nihil ꝓducunt. Terra producit aliquid: ſed tenue: ſed exiguum: Quoniā ante Chriſti aduentū apud gentes nullum ſpecimen uitæ nullus fuit fructus ueræ religionis. Apud iſraelitas fuit quidē uite ſpes aliqua & uiam lucis ex parte cognouerunt: & uerā coluerunt religionē: ſed incohatā: ſed imperfectam donec ille ueniret: qui eſt uia ueritas & uita. Et niſi ad hoc myſterium recurramus afferat mihi quiſpiā rationē: cur terre ornatū & ſobolē ita partiturus eſt: ut alia quidē ante ſolem protulerit: alia autem poſt ſolē. Cur item ante ſolem nihil producūt aquæ: terra aliquid producit. Cur duo genera animantiū ab aquis: unum dūtaxat genus a terra ꝓducitur. Cur auis aereū animal aquis aſcribitur. Nam (ut agamus de primo) non ſatiſfacit ſi dicamus quod quidā dixerunt herbas & plantas de terra educi ante facturā ſolis ne uirtute eius creatæ uiderētur. Nam multo magis eadem ratione & piſces & aues & omnis elementorū ornatus debuit fieri ante ſolem: ne uirtute eius factus crederetur. Reliquiſſet igitur ſuſpitionē Moſes: & ſi ad plantas ut pote imperfectiores producendas ſolis lumine opus non fuiſſet fuiſſe tamen ad animalia ꝓducenda: quæ ſunt perfectiora. Conſequens enī ut ſi illo nō adiuuante perfectiora in lucē ueniſſent: poſſent & ſine illo fieri quæ ſunt minus perfecta: Non reciprocatur aūt ratio ut ſi abſq; eo fuerint facta quæ ſunt ignobiliora ut pote. plantæ deſpicatiſſimū genus uiuentiū: potuerit etiā eius opera non intercedēte produci omnigena animaliū natura: Verus igitur unde nos diximus auctoris conſiliū inueſtigatur. Similiter ſi dicat aliquis relata ad aquas animantia: que in aquis degunt: uidebit unum potius genus ad eas duo autē ad terrā fuiſſe referenda: quia auium terra potius q̄ aqua domiciliū eſt. & citra omnē controuerſiā ſi animalis naturā cōſideremus aut terreſtre aut aereum animal auis eſt: aquatile nullo modo eſt. Sed audite altiſſimas omnium rationes ad Chriſti ad eccleſiæ nos myſteria uel inuitos trahentes. Et ꝑfecto ſi omnia (ut inqnit Ariſtoteles) uero conſonant conſonare omnia maxime Chriſto debēt: qui eſt ipſa ueritas. Qui non ab re non de nihilo hebræis totiēs dicebat Scrutamini ſcripturas: ipſe ſunt quæ teſtimoniū perhibent de me: & prædicta de ſe tam multa: Immo omnia in lege in pſalmis in prophetis aſſeuerabat: Sed cæcutimus nos ſepe ad tantā lucem: nec niſi reuelante eo oculos noſtros conſiderare poſſumus mirabilia de lege eius. Veniamus eo nobis opē ferente ad myſterioꝝ figurarūq; reuelationē. Duo ex aquis animalia: unum ex terra producitur: quia maior fuit plenitudo credentiū ex gētibus q̄ ex iudeis. Terra autem & ſi minus multa: perfectiora tamen producit animantia his quæ aquæ ꝓducunt iumenta ſcilicet & quadrupedia omnia. Quia & ſi plures ex ethnicis crediderunt q̄ ex hæ/

Per aquas gētes per terrā iſraelitæ figurātur

Simeon

Ante xp̄i aduentū ap̄ gētes nullū ſpecimem uitæ nullus fuit fructus ueræ religionis

Iſraelitæ uerā coluerunt religionē

Altiſſime rationes

Ariſtoteles

Maior fuit plēitudo credentiū ex gē

tibus q̄ ex iudeis ꝑfectiores tamē fuerūt qui ex hæbreiſ crediderūt

breis perfectiores tamen qui ex hæbreis: ex quibus apoſtoli fundatores totius religionis. Duo item genera diuerſa dupliceq; naturam aqua educit auium & piſcium unam tantū/modo terra: quoniam ex gentibus alii quidem de ſeruitio demonum: alii de lege naturæ ad Chriſtum transferūtur. hæbreus omnis hebreus tantū quia non permiſſum illi uiuere intra terminos naturæ: cui data lex dei eſt peculiaris ei neq; reliquis gentibus cōmunis. Neq; enim fecit taliter omni nationi & iudicia ſua non manifeſtauit eis. Significāt igitur nobis piſces: qui a demonū cultu ad nos uenerunt non ſolum quoniā aquæ (ut ſupra oſtēdimus) figurant gentium impietatē: ſed quoniam per hæc quæ in aquis degunt animalia improbos dæmones ſignificari ſæpe in ſacris litteris atteſtatur Ionethes caldæus: Significant aues: qui de naturæ inſtitutis ad gratiam ſunt tranſlati. Cuius manifeſta ratio ex his quæ in ꝓhemio huius libri abunde ſcripſimus de naturaliq; ſupnaturali fœlicitate. Oſtēdimus enim & cælum expreſſiſſimū eſſe ſimulachrum ſupernaturalis fœlicitatis: & natu/ralem fœlicitatē ſecundariā quandā & imaginariā potius q̄ ueram eſſe fœlicitatē. Qua/re qui hanc conſequūtur nature legibus utentes per aues cōgruentiſſime denotātur inco/las non primi & ueri cæli: ſed aeris: quod ſecundaria & imaginaria quadam ratione cæli etiam ſibi uendicat nomen. Vnde & uolucres cæli & aues cæli tam crebro in diuinis litteris appellātur. Videte autem q̄ & profundo factum conſilio: ut nō ad aerem: ſed ad aquā aues referātur. Quoniam qui ſecundū naturam uiuebant: gentium tamen & ipſi popu/lus cenſebātur. Quippe qui & ſe gentes uocabant: & inter gentes uiuebant: quales for/taſſe & Socrates & pleriq; philoſophorum. Propterea in cōmune utrūq; genus ad aquas eſt relatum. Sed quantū euangelice quantū apoſtolice doctrine hæc expoſitio conueniat in promtu eſt oſtendere. Quando quidem & cōuerſi ex hæbreis apoſtoli a Paulo per boues terreſtria animalia & a noſtris doctoribus ſuper euangelium: in quo uendentes de tēplo eiiciūtur: ſunt figurati: & Chriſtus iſraelitas oues appellat. Apoſtoli autē: quibus mā/data conuerſio gentium: piſcatores a domino ſunt appellati: quorū princeps Petrus: qui Romæ dominæ gentium quaſi oceani quaſique cæterarum piſcator erat futurus. Chriſtus autem: qui ſe dixit non miſſum niſi ad oues quæ perierunt de domo iſrael: ſibi nō piſcatoris ſed paſtoris potius nomen uendicauit.

Ionethes caldæus

Paulo

Euangeliū

Chriſtus

Chriſtus ſibi nō piſcatoriſ ſed paſtoris nomē uendicauit: Apoſtoli autē a domino uocati ſunt piſcatores

## Caput ſextum.

Cur ſecundo die nō eſt dictū qm̄ bonū

Manifeſta hinc diſſolutio quæſtionis: que diu torſit interpretes huius libri: Cur ſecundo die non fuerit dictum: & uidit deus quoniā bonum. Si enim dicamus quod dici ſolet ideo factum quia opus aquarum eo die abſolutū non fuit: ſed tertio in quo aquæ quæ ſunt ſub cælo confluxerunt ad locum unum haud plene uidebitur ſatiſfactum. Neq; enim opus ſecundi diei proprium eſt diſpoſitio aquarum: ſed diſpoſitio firmamenti: quod inter aquas medio loco firmatum eſt. Fuit autem eo die & firmamēti factura: Cum dixit deus fiat fir/mamentū: & diſtinctio aquarū: cum dixit & diuidat aquas ab aquis ſatis abſoluta. Aquarum autem collectio quæ dicta eſt mare: & terræ reuelatio: & planetarum productio ſicut alterius operis omnino rationem habent: Ita & alio ideſt tertio die ad quem ſpectabant conſumatæ ſunt. Quærenda igitur ratio de altiori myſterio. Firmamentū (ut ſupra oſtē/dimus) legem figurat. Et erat firmamentū uti informe ita neq; perfectum ſimpliciter do/nec ſole luna ac ſtellis fuit inſtructum. Quēadmodum neq; lex non quidem mala (ut dicunt manichei) ſed neq; bona erat ſimpliciter ideſt perfecta: donec Chriſtus uenit: qui le/

Manicheus

Chriſtus legē impleuit

gem impleuit. Si malum fuiſſet firmamentũ: ſolem nõ recepiſſet: Si fuiſſet bonũ: ſole nõ eguiſſet. Sed firmamentũ eatenus bonũ: quatenus ſolis cæterorũq; ſyderum erat capax: ſicut eatenus bona erat lex quatenus pedagogus nobis erat in Chriſto & multa ꝑmiſit Moſes ob duritiã populi: quæ euangeliũ poſtea non permiſit. Quod autem legem nõ poſſimus appellare malam ut credidit Manes poſſimus tamen appellare non bonã apertiſſime docet propheta: apud quem deus de hæbreis loquens inquit dedi eis præcepta nõ bona. Non dixit præcepta mala ſed præcepta non bona id eſt non perfecta nõ abſoluta nõ conſumata: quod confirmant ueteres hæbrei doctores: qui illud interpretantes eccleſiaſtis: Vanitas uanitatũ & omnia uanitas. Vana inquiunt etiam lex donec uenerit Meſſias. & de his quidem hactenus. Manes Veteres hæbrei.

## Caput ſeptimum

Quoniam autem ſupremũ beneficium corporati uerbi id fuit ut per baptiſmi ſacramẽtum: per quod uirtus Chriſti in nos tranſfunditur: regeneremur in filios dei non ex ſanguinibus: ſed ex deo nati: poſtremo hoc nobis indicat Moſes cum poſt exortum ſolem & mundo demonſtratũ: poſt aquarum terreq; fertilitatẽ hominẽ facit ad dei imaginẽ non terrenũ hominem: ſed cæleſtem. Conuerſis enim ad Chriſtũ gentibus & iudeis hoc erat reliquum: ut per ſanctiſſimũ lauacrũ dominicæ cruci ſe conformantes reformarentur ad imaginẽ dei. Nam ſi baptiſmus dei filios facit: filius autẽ imago patris: nonne totius trinitatis uirtus operans in baptiſmo illa eſt quæ dicit Faciamus hominem ad imaginẽ noſtram: Si igitur ſumus ad imaginẽ dei ſumus & filii. Si filii & heredes ſumus heredes dei coheredes Chriſti. Sed qui ſunt filii: Scriptũ a Paulo eſt clamare nos abbapater in ſpiritu ſancto. Qui igitur ſpiritu uiunt hii ſunt filii dei: hii Chriſti fratres: hii deſtinati æternæ hẽreditati quã mercedẽ & fidei & bene acte uitæ in cæleſti hieruſalẽ fœliciter poſſidebunt. Quid operet uirtus baptiſmi. Paulus

## EXPOSITIO PRINAE DICTIONIS IN PRINCIPIO.

i AM ad calcem uentũ eſt operis ſeptiformi uniuerſi contextus expoſitione decurſa. Sed intereſſe aliquid adhuc cognoſco intactũ a nobis & indiſcuſſum: q̃ etiã primo loco exponendũ uideatur ideſt quid ſibi uelit prima dictio legis: que eſt: In principio. Non temere autẽ aut ſine cauſa de hoc principio in fine totius operis dicere uolui. Nec aut de dei filio hic ſum diſputaturus quod eſt principiũ per quod facta ſunt omnia (Eſt enim ſapiẽtia patris) Nec probaturus idem ſentire cum noſtris hoc loco ueteres hæbreos: quod alibi faciemus. Sed cogitamus per aliam interpretãdi rationem guſtum dare lectoribus moſaice profunditatis. Quod non antea faciemus q̃ cum de dogmate quodã: quod uere paradoxon eſt antiquioris iudaicæ diſciplinæ: paucula delibauerimus. Firma eſt ſententia omniũ ueterum: quam ut indubiã uno ore confirmant: omniũ artiũ omnis ſapientiæ & diuine & humanæ integrã cognitionem in quinq; libris Moſaicæ legis includi: diſſimulatam autẽ & occultatam in litteris ipſis quibus dictiones legis contextæ ſunt quomodo nunc declarabimus. Sũmamus gratia exempli primam particulã libri geneſeos uidelicet ab exordio uſq; ad locũ ubi eſt ſcriptum & uidit deus lucem quod eſſet bonũ: Eſt tota illa ſcriptura tribus & centum elementis coagmentata: quæ eo modo diſpoſita: quo ibi ſunt Paradoxon dogma ueterũ hæbreoꝝ

dictiones conſtituũt quas legimus nihil niſi cõmune & triuiale præſe ferentes. Corticem ſcilicet conflat hic litterarum ordo hoc textum medullæ interius abditæ latentiũ myſte/riorum. At uocabulis reſolutis elemẽta eadem diuulſa ſi capiamus & iuxta regulas quas ipſi traduntquæ de eis conflari dictiones poſſunt rite coagmentemus futurum dicunt ut eluceſcant nobis ſi ſimus capaces occluſæ ſapientiæ mira de rebus multis ſecretiſſima dogmata & ſi in tota hoc fiat lege tum demũ ex elementorum hac quæ rite ſtatuatur & poſitione & nexu erui in lucem omnẽ doctrinam ſecretaq; omniũ liberalium diſciplinarũ. Dixi autem ſi ſimus capaces occluſæ ſapientiæ. Nam fieri poteſt ut tractantibus nobis diſſoluẽtibuſq; & cõponentibus aliquas dictiones pariantur inde multa uocabula multiplex itẽ ſeries orationis: quæ magna doceat: magna ſignificet: ſed niſi aliquis de ea re doctrinam alibi ſit conſequutus quid illa ſignificent non intelligens quaſi inutilia atq; fortuita non contemnere non poteſt. Neq; enim dogmata & doctrinas ibi diſcere poſſumus: ſed ſolũ poſſumus agnoſcere. Hæc ego ut non probo aſſerens uel atteſtor: quia de his nec feci periculum: nec me facere poſſe confido: Ita neq; nego neq; cõtemno: tum quia magnos hæc opinio habet auctores: Tum quia de Moſe: qui in tota domo dei fuit fidelis: Maiora etiã facile credi poſſunt. Quæ autem mihi non illas quidem abyſſos intranti: ſed huius maris litus radenti gemmarũ diuitiæ occurrerint quas neq; hermus neq; pactolus apud poetas ferre dicuntur: Non ingratum fore putaui noſtris hominibus ſi publicarẽ. Libuit periclitari in prima operis dictiõe quæ apud hæbreos Breſit apud nos in principio legitur an ego quoq; uſus regulis antiquorũ eruere in lucem inde cognitu dignũ aliquid poſſem Igitur præter ſpem meam præter opinionem inueni quod neq; inueniens ipſe credebam neq; credere alii facile potuerunt uniuerſam de mundi rerumq; omnium creatione rationem in una ea dictione apertam & explicatam. Rem dico mirabilem inauditam & incredibilem. Sed mox credetis ſi attenderitis & res ipſa uerum me demonſtrabit. Dictio illa apud hæbreos hoc modo ſcribitur בראשית Ex hac igitur ſi tertiã litteram primæ coniugamus fit dictio אב .i. ab Si geminate primæ ſecundam addamus fit בבר .i. bebar. Si præter primã omnes legamus fit ראשית .i. reſit. Si quartam primæ & ultime cõnectamus fit שבת .i. ſciabat. Si tres primas quo iacẽt ordine ſtatuamus: fit ברא .i. bara. Si prima omiſſa tres ſequentes: fit ראש .i. roſe. Si omiſſis prima & ſecunda duas ſequentes: fit אש .i. es. Si tribus primis omiſſis quartam ultimæ copulemus: fit שת .i. ſeth. Rurſus ſi ſecundã primæ: fit רב .i. rab. Si poſt tertiã quintam tum Quartã ſtatuamus: ſit איש .i. hiſc. Si primas duas duabus ultimis coagmẽtemus: fit ברית .i. berith. Si ultimam primæ: fit ultima dictio & duodecima que eſt תב .i. thob uerſo: quod frequentiſſimũ apud hæbreos thau in thet elementum. Videamus autẽ quid primo hæc latine ſignificẽt: tũ quæ per ea nõ ignaris philoſophiæ de tota natura myſteria reuelentur. Ab: patrem ſignificat. Bbar in filio & per filium (utrũq; enim ſignificat beth præpoſitio) Reſit principium. Sabath quietem & finem. Bara creauit. Ros caput. es ignem. Seth fundamẽtum. Rab magni. hiſc hominis. Berit fœdere. Tob bono & totam ſi ordine conſequenti orationem taxamus erit huiuſmodi. Pater in filio & per filium: principium & finem ſiue quietem creauit caput ignem & fundamentũ magni hominis fœdere bono: hæc tota oratio ex primæ illius dictionis reſolutione & cõpoſitione diſſultat. Cuius q̃ altus q̃ plenus omni doctrina ſit ſenſus haud palam eſſe omnibus poteſt.

Moſes in tota domo dei fidelis

Hermus pactolus

In prima dictiõe operis uniuerſã totius mundi rõnẽ contineri

Ad quod audiatis beatū Thomā in pmo ſniarum di. xxxv. ſic reſpondentē dicendū inquit
ꝙ hoc non reputo inconueniēs ꝙ angelus ſine loco poſſit eſſe & nō in loco quādo nullam
operationē circa locū habet: nec eſt inconueniēs ut tūc nuſq̄ uel in nullo loco eſſe dicatur
Sed tamē hoc nō eſt imaginabile quia imaginatio cōtinuum nō tranſcēdit hæc Thomas
ad litterā. Ad tertiū dico ꝙ argumētatio illa procedit ex nō pleno intellectu noſtre pōnis. Operationē
Non enim poſitio per operationē per quā dicit locari rē incorporeā intelligit ſolū opera/ duplr capi
tionē que eſt exterior motio localis uel alteratio realis ut aliqualiter etiam tetigimus i reſ
ponſitione ad primū in expoſitōne articuli Pariſienſi. Sed capit operationē large pro om
ni motu uel influxu uł habitudīe ſignificata per modū opatōis trāſeūtis in corpus & exeū
tis ab angelo uel ecōtra: & ꝙ ille ſit intellectus poſitionis patet ex uerbis Thome in primo
ſentētiarū di. xxxvii. q. i. articulo pmo. ubi uidet̃ ſequi iſtā opinionē qui ſic dicit. Relinquit̃ S. Thomas
igitur ꝙ angelus nō pōt diffiniri & determīari ad locū niſi p actionē uel operationē. Dico
autem opationem cōiter ſecundū ꝙ angelus ſe habet ad corpus contentū in loco p modū
preſidentis aut miniſtrātis: aut aliquo modo agētis aut patientis. Hæc Thomas ad uerbū
Ex quibus uerbis patet reſpōſio ad argumētum quia licet āgeli nō habeant operationē er
ga celum empireum quæ ſit motio localis uel realis alteratio habent tamen aliquid ſe ha
bens per modū operationis tranſeuntis quale eſt pſidentia uel aliquid ſimile. Ad quartū. Henricus
Cui adeo innitebat̃ ille magiſter generalis: & ſi quid ſit dicēdū ſatis patere poſſet ex uerbis S. Thomas
Henrici ſupra allegatis in ſolutōe ſecundi: tamen audiamus & quid ſanctus Thomas di
cat de illa ratione. Dicunt quidā ꝙ āgelus nō eſt in loco circūſcriptiue ſed diffinitiue quia
determinatur ad locum aliquē ſic quod eſt in hoc loco ita ꝙ nō eſt in alio cū eētia eius fi
nita eſt. Eo eñ ꝙ creata eſt dicūt ꝙ oportet intelligere ꝙ ſit determiata ad locum aliquem

Finem dupliciter capi

Sed iſta eſt ualde rudis probatio. quia procedit ex equiuocatione finis: Cum enim dicitur eſſentia angeli finita accipitur finis pro fine eſſentie & uirtutis ſecũdum quod definitio terminus dicitur & non pro fine dimenſionis. locus autẽ dicitur finitus ſecũdum tres quantitatis dimenſiones. Finis autẽ ſecundum utrãq; acceptionẽ nullam cõmenſurationem ſeu proportionem habet. Vnde non oportet ut quod finitum eſt in eſſentiã ad terminos loci finiatur. hæc Thomas ad litteram. Ex quibus ſequitur ꝙ ſi nõ mentitur Thomas rudis eſt iſte magiſter qui rudẽ probationẽ ſuã uocabat demonſtrationẽ: Ad aliam rationẽ de puncto dico ꝙ adhuc eſt rudior prima ratione. Punctus enim eſt res de genere quantitatis habens ſitum de ſua natura. res aũt incorporea omnino abſtrahit a ſitu & profecto magna ẽ ruditas imaginari. Similiter eſſe de indiuiſibilitate rei incorporee & de indiuiſibilitate pũcti quod ut etiã fiat clarius iſti magiſtro. Dicat mihi ipſe queſo. ſi eſſet unitas ſeparata utrũ haberet determinatum ſitum: Certe patet ꝙ non quando quidem per hoc diſtinguitur unitas a puncto ꝙ punctus eſt poſitionem habens. unitas autem nõ ſed manifeſtum eſt ꝙ angelus & quelibet ſubſtãtia ĩcorpea adhuc eſt abſtractior ꝙ̃ ſit quecũq; quãtitas ſiue cõtinua ſiue diſcreta. Methaphiſica enim ut patet ſecundũ omẽs eſt de abſtractioribus ꝙ̃ ſit arithmetica que eſt una ex mathematicis ergo multo minus poterit dici de angelo ꝙ hẽat ſitũ ꝙ ſi iſte magiſter nõ põt imaginari abſtractionẽ angeli. ſaltẽ qualis eſt abſtractio unitatis Audiat qd de ipſo ſit dicendũ ſcdm Hẽricũ. Is eñi in loco ubi ſupra de iſta loquẽs materia inquit. Qui ergo nõ poſſunt angelũ ĩtelligere ſecũdũ rõem ſubſtãtie ſue ut unitatẽ abſq; rõne pũcti ſunt illi de quibus dicit cõmentato ſuper ſecũdo methaphiſice in quibus uirtus imagĩatiua domĩatur ſuper uirtutẽ cogitatiuã: & ideo ut dicit uidemus iſtos nõ credere demonſtrationibus niſi imaginatio eos comitetur. & quicquid cogitãt quãtum eſt aut ſitũ habens in quãto ut punctus. unde tales melancolici ſunt & optimi ſiũt mathematici ſed ſũt naturales inepti. Hec Henricus ad uerbũ. Ex quibus ſequit̃ ꝙ ſecũdũ Henricum iſte magiſter ſit male diſpoſitus ad ſtudiũ phĩe naturalis peius ad ſtudiũ methaphiſice peſſime ad ſtudiũ theologie quæ etiã eſt de abſtractoribus. Relinquit̃ ergo ei ſolũ aptitudo ad mathematica in quibus cũ ſe nõ exercuerit quod iudiciũ de eo faciendũ ſit reliquatur ipſemet iudicet. Poſtꝙ̃ ſolute ſunt rões que cõiter ſolent adduci cõtra ſundamẽta poſitõis quam ego ſum ſecutus ĩ cõcluſiõe mea d̃ mõ deſcẽſus xp̃i. Volo & afferre uerba Alberti noſtri nõ minus profecto doctrina ꝙ̃ cognomẽto magni quæ memini me legiſſe apud eum de iſta materia in libro phiſicorũ. Tractatu enim primo. iiii. libri capitulo primo poſtꝙ̃ illud expoſuit Ariſto. ꝙ ãtiqui decipiebãtur. credentes ꝙ ſicut qd̃ nõ eſt nõ ẽ in loco: ita nihil ſit ens niſi ſit in loco digrediens. Deinde ſuper iſto paſſu ſic inquit. Sunt aũt etiã multi modernorũ q cõcedũt cõſequẽs huius cõſequẽtie. licet ſciãt nõ ualere cõſequẽtiã. Ex logicis eñi ſcimus nõ ualere cõſequẽtiã ĩ q̃ ꝓcedit̃ a deſtructõe añcedẽtis ad d̃ſtructõem cõſequẽtiſ. Et iõ licet uerũ ſit ꝙ illud qd nõ eſt nuſꝙ̃ eſt tñ nõ ꝓpter hoc ſequit̃ id quod eſt alicubi eſt: & licet hoc nõ ſequat̃ ex dictis tñ ſunt mlti qui dicũt ꝙ oẽ qd̃ eſt in aliquo loco eſt utẽtes tali rõe quia oẽ quod eſt unũ aliquod pticulare eſt: Particulare aũt eſt hic & nũc & quod eſt hic & nũc alicubi eſt: ergo oẽ quod eſt alicubi eſt. Amplius oẽ qd̃ eſt definite eſſentie eſt: quia ĩtra termĩos ſui coartat̃: & qd̃ definite eſſentie eſt in loco definitur: & qd in loco definitur in loco eſt aliquo. Diſtinguunt autem iſti per Ioãnem Damaſcenũ dicẽtem aliquid in loco eſſe dici dupliciter. Eſt enim aliquid circũſcriptiue: cui principiũ & mediũ & ultimũ aſſignat̃ in

Arguitur cõtra opponẽtem Punctus Vnitas

Henricus

Magnus Albertus

Io. Damaſcenus

loco. & hoc mõ dicũt corpora eſſe in loco. Eſt itẽ aliquid in loco definitiue cuius eſſentia ſic finite clauditur in uno loco ꝙ extra ipſum nihil ſui inuenitur. & hoc modo idiuiſibilia dicunt eſſe in loco & ſimiliter intelligentias & animas &c. Sed nos iſta nõ credimus: nam & ultimũ cælum non definitur nec circũſcribitur loco eo ꝙ omne quod eſt in loco clauditur & cõtinetur a loco in quo eſt & intelligẽtia per naturã ſuã non eſt in loco nec in aliqua loci differẽtia. Hec Albertus ad litterã. Vſitatã illã diſtinctionẽ de eẽ in loco definitiue & nõ circũſcriptiue nõ approbãs: quã tamen diſtinctionẽ aliquo modo negari quidã magiſtri oĩno nephas exiſtimabãt. Nunc ultimo reſtat ut oſtendã qualiter ſunt intelligẽda uerba cõcluſionis mee & declarẽ etiã de uirtute ſermõis ipſam eẽ catholicã. Dicit ergo cõcluſio. Xp̃s nõ ueraciter & quãtum ad realẽ præſentiã ut põit Thomas & cõis uia deſcẽdit ad inferos ſed ſolũ quo ad effectũ. Vbi eſt notãdũ ꝙ li & ubi dicit̃ & quãtum ad realẽ præſentiam tenetur copulatiue. & ly ut cũ dicitur ut ponit Thomas tenetur ſpecificatiue & determinatiue ut mox declarabo. Ex quibus patet ꝙ predicta cõcluſio eſt una ꝓpoſitio copulatiua negatiua uel de copulato extremo negatõe ꝑpoſita cõiunctioni copulatiue. Cuius ſenſus eſt. Non eſt ita ꝙ xp̃s ueraciter & quantũ ad realem præſentiã eo modo quo põit Thomas deſcẽderit ad inferos &c. & illa copulatiua equiualet uni diſiunctiue affirmatiue de ꝑtibus contradicentibus. ſ. iſti. Chriſtus nõ deſcendit ueraciter ad inferos uel nõ deſcendit ad inferos ſecũdum realẽ præſentiã &c. Ex quo ſequit̃ ꝙ ex dicta cõcluſione inferendo ꝙ xp̃s non ueraciter deſcendit ad inferos eſt arguere a tota diſiũctiua affirmatiua ad alterã eius partẽ determiate. Talis aũt argumentatio peccat ſecundũ conſequens. Diſiunctiua enim affirmatiuũ eſt conſequens ad alteram eius partem. Sequitur ulterius ꝙ ratione falſitatis prædicte partis nõ debet falſificari tota diſiunctiua predicta. Vnde in ſimili iſta propoſitio eſt uera. Socrates eſt homo, & illa eſt falſa Socrates eſt homo & deus non eſt deus Ex quã arguere ergo Socrates non eſt homo profecto puerile eſt. A ſimili ex iſta copulatiua negatiua xp̃s non ueraciter & quantũ ad realem præſentiã ut ponit Thomas deſcendit &c. Arguere ergo chriſtus non ueraciter deſcendit puerile eſt & hominis penitus neſciẽtis logicam nec philoſophiam nedum theologiam. Non ſolum autem non intendo in concluſione mea iſtam propoſitionem eſſe ueram. Chriſtus non ueraciter deſcendit ad inferos ſed neq; iſtam. Chriſtus uel anima chriſti non fuit præſentialiter in inferno & per realem ac ueram præſentiam ſue ſubſtantie ſed ſolum intendo ꝙ non fuit ibi per realem præſentiam eo modo quo ponit Thomas & cõis uia. Ideo dixi ꝙ ly ut tenetur ſpecificatiue & determinatiue de ly realis præſentia. ideo non ualet non fuit ibi realiter preſens eo modo quo talis doctor dicit ergo nõ fuit ibi realiter præſens. Tenet aũt cõis uia. i. uia Scoti Bonauẽture & oĩm ſcotiſtarũ & quaſi oĩm noĩalium ꝙ ita fuerit preſens ꝙ ſua ſubſtãtia fuerit ei ratio ꝑſentialitatis & locabilitatis quã opinionem quia etiã Thomas mihi uidetur ſequi i iſta materia. Ideo dixi ut põit Thomas & cõis uia. Cõem uiã theologoꝝ appellãs quæ cõiter nũc tenet̃ Pariſius ubi precipue uiget ſtudiũ theologie ibi aũt fere oẽs icedũt in iſta materia de præſentialitate aĩe ad locũ cũ ſcotiſtis & noĩalibus & ego ꝓpter hoc ſolũ. i. ꝓpter reuerẽtiam uniuerſitatis Pariſien. nolui ponere hãc meã cõcluſionẽ niſi tanꝗ ꝓbabilẽ etiã ꝙ uiderẽ ipſam ſecundum uiã multoꝝ ꝓbatiſſimoꝝ doctoꝝ poſſe ẽt aſſertiue põi ꝙ aũt ly ut poſſit teneri in cõi modo loquẽdi determiatiue patet. Nã ſi quis dicat attributa nõ diſtiguũtur dicit Scotus apud omẽs propoſitio haberet duplicem ſenſum propriũ. Vnus eſſet

Eſſe in loco dupliciter

Declaratio uerborũ concluſionis de uirtute ſermonis

Scotus

S. Bonauentura

Nomiales

S. Thomas

cõis uia

Vniuerſitas pariſienſis

capiendo ly ut relatiue & equipolleret huic dictioni ꝙ ac ſi diceret attributa nõ diſtingu
Scotus tur quod.ſ. attributa non diſtingui dicit Scotus & propoſitio eſſet falſa etiam ſecundum.
Thomiſte thomiſtas quia etiamipſi cõcedunt attributa aliquo modo diſtingui. Aliusſenſus eſſet ca
piendo ly ut determinatiue & ſpecificatiue & equipolleret huic dictioni eo modo quo ac ſi
diceretur attributa non diſtinguũtur eo modo diſtinctionis quo dicit ea diſtingui Scotus
& tunc apud thomiſtas propoſitio eſſet uera & ita eſt in q̃libet propoſitione ubi poſt reci/
tatam opinionẽ ponit auctoritas alicuius coniuncta per hãc dictõnem ut. Si ergo iſte mo
dus loquendi & proprius & uſitatiſſimus apud omẽs theologos cõcedat oportet ꝙ etiam
concedant ꝙ in propoſitiõe noſtra in qua dicit xp̃s non deſcendit ut dicit thomas ly ut ſi
cut poteſt teneri relatiue ut ſit ſenſus xp̃s non deſcendit quod.ſ.xp̃m deſcendiſſe dicit tho
mas. ita etiam & tam bene & tam proprie teneri ſpecificatiue equipollendo huic: licet xp̃s
Obiectio deſcẽderit p̃ſentialiter non tamen eo modo preſentialiter quo dicit cõis uia & eſt ſenſus
quem ego intendo. Sed diceret forte quiſpiam adhuc non effugi quia deinde addis. ſed ſo
lum quo ad effectum: ergo non ſolum excludis realem præſentiam eo modo quo ponit cã
cõmunis uia, Sed ſimpliciter omnẽ realem præſentiã ex quo dicis ꝙ ſolum quo ad effectũ
ita ꝙ dicent iſti propoſitio non tamen eſt negatiua copulatiua ut dicis negando.ſ. præſen
tialitatem ad modũ thome &c. Sed etiam affirmatiua dicens.ſ. affirmatiue ꝙ xp̃us ſolum
Solutio quo ad effectum fuit in inferno. Sed rudis eſt hæc obiectio nã hæc dictio ſed eſt dictio ad/
uerſatiua & uigore eius importatur per ſequẽtia ad ipſam ueritas affirmatiua oppoſita di/
cto ꝙ negat pars ſuperior concluſionis: Cui iſta aduerſatur. ſi ergo ut probatum eſt in ſu/
piori parte negatur ſolum præſentialitas anime per ſubſtãtiam non quãtum ad quod ſed
quantũ ad quo. i. ꝙ nõ negatur ſubſtantiã fuiſſe præſentẽ ſed ſubſtantiã fuiſſe rõnem præ/
ſentialitatis. Ita etiam in iſta ultima parte quæ ponit affirmatiuam præciſe aduerſan/
tem illi fuiſſe in inferno per effectum eſt accipiendum non quantum ad rem locatam ſed
quantum ad rationem locandi ut breuiter ſit ſenſus qui etiam rudibus patere poteſt ꝙ
ex quo ſubſtantie finitas nõ fuit ei ratio localis p̃ſentie ſolus effectus fuit ei talis rõ. Recol
Epilogus ligẽdo ergo breuiter dico ꝙ xp̃s ueraciter deſcẽdit ad inferos & ꝙ per realẽ præſentiam fu
it in inferno: ſed dico ꝙ nõ eo modo ueraciter & præſentialiter fuit ibi quo dicit Thomas
& communis uia quia. ſ. ſua ſubſtantia non fuit ſibi ratio eſſendi in loco ut pouũt illi: ſed
ſua operatio. Et hæc opinio q̃ ſit probabilis & a q̃ multis catholicis & excellentiſſimis do
ctoribus credita. Iam ſatis patuit ſupra ꝙ etiam de uirtute ſermonis ſit uera & non heretica
iudicanda ſatis explicauimus. Scimus enim ꝙ illa eſt uera. Xp̃s nõ ut deus & homo ut po/
nit Arrius ſatiſfecit pro nobis quia licet uerũ ſit ꝙ ut deus & homo falſum eſt tamen ꝙ eo
modo exiſtens homo & deus quo ponit Arrius. Ita licet ſit uerum ꝙ ueraciter & præſentia
liter fuerit Chriſtus in inferno tamen probabile eſt & a multis creditum ꝙ non eo modo
Obiectio ueraciter & p̃ſentialiter quo Thomas dicit & communis uia mõ ſupra expoſito. Sed unus
uidetur reſtare ſcrupulus ꝙ hec non fuerit mea intentio: cum poſui concluſionẽ. Quia ſi
Thomas in primo ſententiarum tenet iſtam uiam etiam ipſe ꝙ opatio ſit rõ angelũ eſſe in
Solutio loco uidetur ꝙ concluſio etiã ſit uera ſecundũ Thomam. Quare cũ ego dicam nõ ut põit
Thomas uidetur ꝙ aliud ego ſim opinatus de illo deſcenſu q̃ id qd̃ dixi. Hunc autem ſcru
Diuerſa cir/ pulum non haberent ſi bene meas cõcluſiões conſideraſſent. Ego enim huius ſum opĩois
ca hãc qõem ꝙ Thomas in hac materia de mõ eſſendi loco rerũ ſeparatarũ diuerſa ſenſerit & nõ ubiq;

eandē ſequutus ſit opinionem. Quare licet in primo ſententiarum uideatur tenere iſtam uiā quā ego ſequor in cōcluſione tamē & alibi: ut in quarto ſentētiarū & maxime in tertia parte ſummc ubi tractat de hoc deſcenſu & ex qua potius q̄ ex ſcripto iudicāda eſt opinio eius uidet̄ eſſe cum opinione ſcotiſtarū: ꝙ ita fuit ibi per eſſentiam ꝙ ſua eſſentia fuerit ſibi ratio locabilitatis & nō effectus ſolū uel opatio. Dicit enim Thomas ibi ꝙ aīa chriſti fuit per effectū in aliis ptibus inferni: per eſſentiā aūt in limbo &c. Ex hoc dicto ego arguo ſic. Vbicūq; eſt aliquid p id qđ eſt ſibi ratio locabilitatis ibi eſt p ſuā ſubſtātiā & realem præſentiā: ergo ſi effectus fuit animæ xp̄i ratio locabilitatis ubicūq; fuit per effectum ibi fuit p realem præſentiā ſuæ ſubſtātiæ. ſed ſecundum Thomā alicubi fuit per effectū ubi nō fuit per realē ſui præſentiā. ergo ſecundū Thomā effectus nō fuit ei ratio locabilitatis: hoc me mouit ad probabiliter credēdum Thomā in hoc articulo ambulare cū Scotiſtis. Sed quicquid ſit de opinione Thomæ nihil ad ꝓpoſitū quia errare in opinione. Thomæ nō eſt errare in fide & ſæpe eſt multiplex opinio īter thomiſtas de opinione eius: ſufficit hoc quod euidēter apparet: quod cū ego poſui cōcluſionē credidi hanc eſſe opinionem Thome. & ꝙ ego nūc nō extorqueo ꝓpoſitionē ad ſenſum alienū ab eo quē tūc habebam. Quod enī ego hoc a principio crediderim & ꝙ hæc fuerit ſentētia mea de opinione Thomæ cū poſui concluſiones. ex hoc patet euidētiſſime quia ego iſtā poſui cōcluſionē ꝙ de modo eſſendi in loco angelorū nō differūt. Thomas & Scotus. Scitur aūt ꝙ expreſſe Scotus dicit ꝙ ſeclusa omni operatōe adhuc ſubſtātiæ incorporeæ debet̄ locus. Quare oportuit ꝙ ego crederē Thomā eſſe in hac ſentētia: & ideo licet ego firmiter tenerē ꝙ xp̄s ueraciter & præſentialr̄ fuerit in inferno: & in hoc conuenirē cum Thoma & cū oībus catholicis. tamen quia ego putabā thomā credere ſuam ſubſtantiā fuiſſe ſibi rōem locabilitatis & nō operationē Ideo dixi in cōcluſione mea ꝙ nō eo modo quo ponit Thomas & cōis uia. Nec debet alicui uideri mirabile ꝙ thomas in uno loco ſequat̄ unā opinionē & in alio aliā. Nā & in primo ſentētiaꝝ ſequit̄ opinionē cōmentatoris de genitis ex putrefactōe. quā deinde in ſeptimo methaphiſice & alibi reprobat. Itē in ſecūdo ſententiarū ſequitur opinionē cōmentatoris de materia cæli: quā deinde: & in ſecūdo cæli reprobat & in ſumma. Item in quarto & in queſtionibus ſup Boetiū de trinitate tenet uiā cōmentatoris de dimēſionibus interminatis: & in libello deīde ꝓprio ut credit̄ & in multis aliis locis illā nō tenet. Itē in prīo ſententiaꝝ dicit ꝙ eadē actōe intelligit̄ ipſum intelligibile & ip̄m intelligere. In prīa uero pte ſummc. & in tertio ſententiarū tenet actionē reflexam differre a directa. Item ſcripto tenet ꝙ aīa xp̄i ſecūdū ꝙ corpori cōiungibilis fuerit ſicut aīa uiatoris. ſecūdum uero ꝙ uerbo cōiungibilis ut aīa cōprehēſoris. In ſūma āt tenet ꝙ aīa xp̄i totaliter & quātū ad oīa fuit ſicut aīa cōprehēſoris & ꝙ ip̄a claritatis īpacibilitatiſq; dotē in corpus nō trāſfuderit fuiſſe ex diſpenſatione diuina. Itē & de ſcīa xp̄i aliter ſentit in ſcripto & aliter in ſumma & ita de multis aliis. q: eſt uidere in quibus ipſe diuerſas diuerſis in locis ſequutus eſt opiniones, ꝙ ſi iſti omnino contendunt opinionem illam de modo eſſendi in loco ſecundum operationem eſſe etiam Thome nihil plus habebunt contra me niſi ꝙ opinio mea de modo deſcenſus chriſti tanto eſt probabilior & minus eſt heretica iudicanda quanto etiam ſecundum opinionē ſc̄tí thōe ē uera Ob id aūt magis miror a magiſtris iſtis dānatā cōclēm meā āteq̄ iſtā cōclōnē hereticā iudicarēt ſup ea ipiſmet meā ītētionē his uerbis nō mō declarauerā ſed ēt ſcribendā ānotandāq; dictauerā ſic dicēs. Nēo intelligat me ex hac cōcluſione dicere ani/

opinatū thomam Scotiſte

Diſſenſio inter thōiſtas

Nota

Quod ſanctus thomas quandoq; đ eadem re diuerſa ſenſerit

Nota

nam xpi non deſcendiſſe ad inferos & aīam xpi intriduo non fuiſſe in inferno imo utrūq; confiteor. ſed dico ꝙ neq; motus localis neq; alicubi locari competit alicui ſubſtātie ſepa/te ſicut erat aīa xpi niſi ratiōe operationis. hec præciſe & non alia de uerbo ad uerbum eis notanda pronunciaui pro breui declaratione huius concluſionis quam cum adhuc po/ſtea heretícam iudicauerint quam iam pro catholica habere poſſint ego non uideo. Et ut breuiter per modū argumentationis recapitulādo oſtēdam errare illos in fide qui credūt

Arguit cōtra opponentes

propoſitionē meā ab hereſi non poſſe defendi. Arguo ſic ponens concluſionem in ſe here ticam poteſt accuſari de hereſi pro quanto hereſis eſt in intellectu. Sed ponēs ꝓdictam me am concluſionē nō poteſt ex eius poſitione accuſari de hereſi ergo cōcluſio ſupradicta nō eſt in ſe heretica. maiorem ipſi habēt pro conceſſa minorē ſic probo. Quotienſcūq; ponē do totū illud ad quod ſequitur de neceſſitate. a. propoſitio nō pōt quis accuſari de hereſi etiam ponens a propoſitionem nō poteſt: ſed ponens totū illud ad qđ ſequitur poſitio cō cluſionis mee eo modo quo a me eſt poſita non poteſt accuſari de hereſi ergo & ponēs ip/ſam ꝓpoſitionē ut eam poſui accuſari nō pōt. Probo minorem ſic contradictoriū huius di ctio rō eſſendi in loco. i. hic uel ibi modo ſupra declarato ſeparatis ſubſtātūs eſt operatio non finitatio nature nō eſt de fide & cōtradictoriū huius dicti non licet arguere a tota co/pulatiua ad alterā eius ꝑtem non eſt de fide & contradictoriū huius dicti. Siquis poſita ali qua aſſertione negatiua uel affirmatiua addat auctoritatē alicuius doc. cum propoſitōe ut Iy/ut pōt teneri ita bene determiatiue ſicut relatiue. Quia ita bene pōt equiualere huic di/ctioni eo modo quo ſicut huic dictioni ꝙ ſimiliter non eſt de fide: & contradictoriū huius dicti ꝑ cōem uiā in rebus theologicis congruēter poſſumus intelligere uiā quæ cōmuniter tenetur in ea uniuerſitate in qua tempore ſic dicētis magis uiget ſtudium theologie nō eſt de fide: & cōtradictoriū huius dicti hoc tēpore in uniuerſitate pariſiēſi magis uiget ſtudiū theologie ꝙ̄ alibi nō eſt de fide. & cōtradictoriū huius dicti in uniuerſitate pariſienſi nunc cōiter tenet̃ ꝙ finitatio nature ſit rō locabilitatis ſubſtātie ſepate. nō eſt de fide: & cōtradi ctoriū huius dicti Scotus & maior ꝑ noīaliū tenet ſupradictā opīonē. & Thoma eā uidet̃ tenere ī tertia ꝑte ſumme ubi agit de deſcēſu xpi nō ē de fide. Tūc ſic. Si cōtradictoria hoꝝ dictoꝝ nō ſūt de fide ſequit̃ ꝙ iſta dicta pōere credere & diſputare nō eſt in ſe hereticū aut cōtra fidē nec ipa diſiūctiue uel copulatiue ponēs tenēs & diſputās pōt accuſari de hereſi: Sed ad hec dicta ſil' & copulatiue poſita ſequit̃ poſitio cōcluſiōiſ mee ut iacet ꝑciſe ergo po nēs cōcluſionē meā ꝑciſe ut iacet de hereſi accuſari nō pōt. Probatōes āt oīm ſupradictoꝝ habēt̃ ex ſupraſcriptis. nā' d prīo dicto patet ꝙ ñ ſolū ē hereticū. ſed ēt rōnabilius ſuo oppo ſito & a mľtis catholicis doc. creditū & approbatū & ī ſecūdo cōſentiūt oēs dialetici & oēs theologi qui unq̄ dialeticā nouerūt. ita de aliis oībus d quibꝫ ēt ſi qs pōt dubitare uera ſint an falſa. nēo tñ tā rudis ē. tā expers oīs doctrīe. tā ignarus fidei & eoꝝ que ad fidē attinēt q diceret illa credi nō poſſe abſq; hereſi & ſic eoꝝ cōtradictoria eē đ fide. Tūc aūt ulterius ar guat̃ ſic. Qui credit cōcľonē iſtā xpſ: &c. Ex ui uerboꝝ & ſecūdū ꝓpriū & nō extortū uſum loquēdi non poſſe habere ſenſum catholicum credit contradictorium alicuius uel aliquo rū ex ſupradictis. vii. dictis eſſe de fide. Sed qui aliquid tenent eſſe de fide ꝙ non ſit de fi/de male ſentiūt đ fide: qa cōtra dictū dñi deuteronomii. iiii. nō addetis ad uerbū qđ ego lo quor uobis neq; minuetis ab eo ergo de cōcľone mea male ut ſupra ſētiētes đ fide male ſen

Exclamatio

tiūt. Vide o ſūme pōtifex. uidete o aplīci ordis auguſtiſſimi ſenatores uide o uniuerſa Ro/

ma immo Italia immo xpianorum eccleſia ut cõmunicantur in hac prima propoſitione in qua me maxime fulminabãt & in qua multis nõ tam accuſandi me q̃ excuſandi ſe de ſua damnatione anſam aliquã habere uidebant᷑ & de cæteris quidem cõcluſionibus patebit luce clarius nullã uel minimã quidem potuiſſe eos habere occaſionẽ damnãdi eas de heresi & iam de iſta prima in qua erant fortiores uiſum eſt qualis ſit & recte ne an nõ recte per eos fuerit damnata preſertim iã explicato eis p me ſenſu quẽ per eã intendebã & uerbis concluſionis ſine aliquo uel terminoꝵ uel orationis abuſu uel extorſione applicato. Et q̃uis hoc ſufficiat ad defenſionẽ cõcluſionis mee tñ ad pleniorẽ huius materie diſſcuſſionẽ Dico ꝙ etiam interpretando cõcluſionem eo modo quo ipſi interpretabant᷑ ꝙ ſcilicet xp̃s effectualiter tantũ nõ preſentialiter fuerit in inferno adhuc aliquibus forte poſſit uideri preſumptuoſe per eos fuiſſe determinatũ ꝙ concluſio ſimpliciter eſſet heretica. cũ ſit ꝙ Durandus ordinis predicatoꝵ theologus maximus qui forte non minus doctrina magiſtros iſtos excedit q̃ ego excedar ab eis tenuit illam opinionẽ eſſe ꝓbabilẽ & cũ ueritate articuli bene defenſabilẽ. Sic enim ſcribit᷑ in tertio ſententiaꝵ. Ad tertiũ ſic ꝓceditur & uidet᷑ ꝙ Chriſtus ſecundũ animã nõ deſcenderit ad infernũ quia idẽ finitum nõ põt ſimul eſſe in diuerſis locis ſed anima xp̃i cũ eſſet creatura finita & ſtatim poſt mortẽ fuit in paradiſo cum anima latronis. Cui dictũ eſt luce. xxiii: Hodie mecũ eris in paradiſo ergo tunc ſaltẽ nõ potuit eſſe in inferno. Item ea quæ chriſtus fecit & paſſus eſt in natura aſumpta ordinata fuerũt ad ſalutẽ humanã: Sed ad hanc nõ ꝓfuiſſet ꝙ xp̃s ad inferos deſcendiſſet quia p paſſionẽ quã in hoc mũdo ſuſtinuit liberauit nos ab omni culpa & pena ergo uidet᷑ ꝙ xp̃s ad inferos nõ deſcendit. In cõtrarium eſt qđ dicit᷑ in ſimbolo. deſcendit ad inferos. Et apoſtolus dicit ad epheſios. iiii. ꝙ aũt aſcẽdit quid eſt niſi quia deſcẽdit ad inferiores partes terre. glo. i. ad inferiores reſpondeo ꝙ cũ articulus ſit xp̃m ad ĩferos deſcendiſſe & nõ põt intelligi ratione diuinitatis ſecundũ quã eſt ubiq; nec ratione corporis ſecundũ quã fuit in ſepulchro. reſtat ꝙ intelligat᷑ ratione humane nature anime. ſuppoſito quo uidenda ſunt duo primũ eſt per quẽ modum anima chriſti deſcendit ad infernum. Secundũ eſt ad quẽ infernũ deſcendit. Quantũ ad primũ ſciendũ eſt ꝙ cũ anima ſeparata nõ ſit corpus nec uirtus in corpore nõ poteſt dici ꝙ anima chriſti deſcẽdit ad inferos eo genere motus uel deſcenſus quo corpora mouent᷑ eo genere motus quo angeli mouent᷑ nõ clare patet. Angeli enim dicunt᷑ moueri de loco ad locũ inquantũ ſucceſſiue operant᷑ in diuerſis locis: aĩa ſeparata nõ dicit᷑ habere aliquã operationẽ circa locum uel circa corpus exiſtens in loco quia cũ ex natura ſua ſit determinata ad certũ corpus nõ poteſt mouere nec agere in aliud niſi mediante corpore ꝓprio. ſed illo caret dum eſt ſeparata. ergo nõ põt aĩa moueri de loco ad locũ rõne opationis quã habet circa locũ uel circa corpus exiſtẽs in loco. Nihilominus hoc nõ obſtãte põt dici aĩa ſeparata deſcẽdiſſe ad infernũ dupliciter. Vno modo ſecundũ deputationẽ. & ſic dicunt᷑ deſcendere ad infernum anime damnatoꝵ ſimpliciter. quia ſimpliciter deputate ſunt ut reſumpto corpore ſint in inferno ꝓpter quod dicunt᷑ ibi eſſe ubi ſũt ſimpliciter deputate. anime aũt ſanctoꝵ patrũ dicunt᷑ in limbo eſſe uel ad limbũ deſcendiſſe pp deputationem nõ ſimplicem ſed cõditionatam. qa reſumpto corpore niſi liberarent᷑ a redemptore. hoc autem modo nõ dicit᷑ aĩa xp̃i deſcẽdiſſe ad infernũ. ſ. pp deputationẽ qa oĩs talis deputatio eſt pp culpã cõtractam uel cõmiſſam que in xp̃o nõ fuit. Alio modo põt dici aĩa ſeparata deſcendere ad in/

Deſcẽdit poſtremo concluſionem auctoritate durandi ex ſuperhabundanti

Durandus

Durandi uerba

Quomõ angeli moueant᷑ ad locum

Animam deſcendere ad iſernum duplciter

fernum ſecundũ effectum & hoc modo põt dici anima xp̃i deſcẽdere ad infernũ ꝑpter du plicẽ effectũ quẽ habuit in illis qui erãt in inferno. Vnus effectus fuit exhibitio uiſionis di uine qua carebant. ad quã ſe habuit paſſio xp̃i ꝑ modũ meriti & q̃a totũ meritũ dependet principaliter ab actu animæ. Ideo hic effectus attribuit̃ ſibi ſicut principali principio me/ rendi. Itẽ ꝑ appropriationẽ ſicut xp̃s ſecũdum aĩam fuit beatus ſic ſecundũ eã attribuit̃ ei fuiſſe cãm beatitudinis in aliis. Cõgruũ enim eſt ut ens ĩ potẽtia reducat̃ ad actum per id qđ in actu eſt. Alius effectus fuit ſecundũ quoſdã ad quẽ ſe habuit aĩa xp̃i directe ꝑ modũ

Dyoniſius

agẽtis. ſ. illuminare aĩas patrũ quæ erãt in limbo & de myſteris quæ cadũt ſub reuelatio/ ne. Secundũ enĩ Dyoniſiũ ſeptimo celeſtis gerarchie. xp̃s ſecũdũ aĩam habet docere ange los & rõne huius duplicis effectus põt dici aĩa xp̃i deſcẽdiſſe ad infernũ. Cõfirmat̃ autem

Prima ratio

hoc triplici rõne. Prima ẽ quia moueri uel deſcẽdere cõpetit aĩe ſepate nõ ꝑ modũ motus corpoꝶ ſed per modũ quo moueri cõpetit ſubſtãtiæ ſpiritali ſed reliq̃s ſubſtãtiis ſpiritali/ bus puta deo & angelo nõ cõpetit ſibi moueri de loco ad locũ ꝑ motũ qui ſit ſubiectiue ĩ ipſis ſed ꝑ effectũ quẽ habent in aliis rebus ergo ſimili mõ cõpetit aĩæ ſeparate & cõpete/ bat aĩe xp̃i. Secũda ratio talis eſt. xp̃s dicitur deſcendiſſe ad infernũ ut aĩas ſanctoꝶ patrũ

Secunda

illuminaret ad uidendũ deũ in eodẽ aũt inſtãti quo xp̃s mortuus eſt ſancti patris uiderũt deũ. in eodẽ autẽ inſtanti nõ potuit aĩa xp̃i eſſe ĩ ĩferno ꝑ motũ: ergo nec deſcendit illuc per motũ qui eſſet in ipſa. ſed ꝑ effectũ quẽ habuerit in aliis. Itẽ ſicut in illo triduo dicitur aĩa xp̃i fuiſſe in inferno cũ animabus ſanctoꝶ patrũ ſic in illo triduo uel parte tridui dici tur fuiſſe in paradiſo cũ aĩa latronis. Cui dictũ eſt Lucæ. xxiii. hodie mecũ eris ĩ paradiſo.

Tertia

ſed id nõ põt intelligi quo ad locũ acquiſitum per motũ. cũ ſecũdum ponẽtes ſpiritus in loco diffinitiue moueri de loco ad locũ: Idem ſpiritus nõ põt eẽ in pluribus locis nec mo ueri ſimul pluribus motibus ad plura loca tendẽtibus: quare oportet ut intelligat̃ ſecun/ dum effectũ. ꝙ ſi quis dicat ꝙ paradiſus dicit̃ dupliciter. Vno modo locus corporeus. ſ. cælum empiriũ & ſic nõ fuit aĩa xp̃i in paradiſo niſi poſſit aſſumptionẽ. Alio mõ dicit̃ pa radiſus uiſio diuinæ eſſentiæ & ſic aĩa xp̃i fuit in paradiſo ab inſtãti cõceptionis & aĩa la/

Paradiſũ dupliciter dici

tronis in ipſo die paſſiõis ꝑ quẽ modũ nõ repugnat aĩæ xp̃i ꝙ ſimul fuerit in paradiſo ſic dicto .i. ꝙ uiderit deũ: & ꝙ fuerit localiter in inferno ſi ſic inq̃ dicat̃ nõ ualet quia ſicut pa radiſus dicit̃ dupliciter ſic infernus. Vno enĩ modo dicit̃ infernus locus correſpondẽs in fra terrã. Alio mõ carẽtia uiſionis diuinæ. ſicut ergo aĩa latronis nõ dicit̃ fuiſſe cũ anima chriſti in paradiſo niſi quia merito poſſionis chriſti anima latronis uidit deum ſic anima

Infernũ dupliciter dici

xp̃i nõ dicit̃ fuiſſe cum animabus electoꝶ patrũ in inferno niſi quia animæ eoꝶ quæ care bant uiſione diuina & ſic dicebant̃ eſſe in inferno merito huius paſſionis purgatæ ſũt ab hac carentia utrunq; ergo de pari debet intelligi quo ad effectum nõ quo ad locũ uel mo tum localem qui fuerit ſubiectiue in ipſa anima q̃uis autẽ iſtud ꝓbabiliter ſic dictum etiã ſatis uideat̃ ſaluare articulum & dictum ſcripturæ. quia tamẽ uirtus diuina nõ cõpræhen dit̃ a ratione humana: Ideo nõ eſt pertinaciter aſſerendũ ꝙ aĩa xp̃i per alium modum no bis ignotum nõ potuerit deſcendere ad infernum. Ad primũ argumẽtum dicẽdum ꝙ idẽ finitum nõ põt eſſe ſimul in pluribus locis diffinitiue uel circunſcriptiue nec iſto mõ poni tur aĩam xp̃i fuiſſe ſimul in paradiſo & in inferno. ſed ſecundũ effectũ nihil ꝓhibet ꝙ idẽ finitũ dicatur eſſe in pluribus locis quãdo effectus ſunt cõpoſſibiles & ſimul ſubſunt uir/ tuti eiuſdẽ agentis & ſic aĩa xp̃i dicit̃ fuiſſe in paradiſo ſimul & in inferno q̃a merito eius

anima latronis uidit deũ quod eſt eſſe in paradiſo: & aīæ patrum quæ carebāt uiſione di/ uina & ob hoc dicebant̃ eſſe in inferno liberatæ ſunt ab hac carētia & ꝑ cōſequēs ab inſer no. imo ſecundũ unum & eundē effectũ. ſ. ſecundũ liberationē patꝝ potuit aīa xp̄i dici. ſi mul eſſe in paradiſo & in inferno cōſiderando terminũ a quo & ad quē illius effectus rō/ ne enim carentiæ uiſionis diuinæ a qua fuerunt ꝑ paſſionē xp̄i liberati potuit dici aīa xp̄i fuiſſe in inferno: ratione uero uiſionis diuinæ ad quā ſunt admiſſi potuit dici eſſe in para diſo. Ad ſecundum dicendũ ꝙ eo ip̄o ꝙ ꝑ paſſionem xp̄i liberati ſumus a culpa & a pæna dicit̃ xp̄s deſcendiſſe in infernum quia merito eius paſſionis aliq ad empti ſũt a pænis in ferni. Deſcenſus enim ille nõ attendit̃ ſecundũ motũ localem exiſtentem in anima ſed ſecundũ effectum quem habuit in ſaluandis hæc Durandus ad uerbũ. Qui cũ talē opi/ nionē nunq̄ inueniat̃ retractaſſe ſi ipſa ſit ſimpliciter heretica & cōſequenter cōtra iā de/ terminata ab eccleſia. Sequit̃ ꝙ durandus mortuus ſit heretic⁹. O inſignis ordo predica toꝝ & noſtræ religionis maximus ſplendor potes hæc pati doctorē tuũ primum fortaſſe poſt Thomam aut ſine dubio inter primos. cuius libri quotidie in tuis ſcolis. in tuis clau/ ſtris. in tuis bibliothecis habent̃. leguntur colunt̃ nunc eſſe pronunciatũ hereticũ. Agas tu cauſam doctoris tui. ego meam egi. imo tuo eccleſia tuam agas eām quæ permiſiſti per tot annos & nũc permittis. Durandũ publice legi & tam nephandā iuxta hos magiſtros illius hereſim aut per ignorantiā nunq̄ agnouiſti. aut per negligentiam & rei diuinæ cō/ temptum agnitā nõ damnaſti. Quod ſi dicant nõ opus fuiſſe noua damnatione. cõ hec opinio ſit de iam damnatis. Primo ex hoc ſequit̃ ꝙ dixi ſupra. Durandum. ſ. mortuũ eſſe hereticum. Secundo & Capreolũ & durandellum & multos alios doc. qui opinionē du/ randi recitāt & eam tamē de hereſi nõ arguunt ignaros fuiſſe & rudes in fide. nec ſcien/ tes diſcernere hereticum a nõ heretico. Tertio dicant mihi iſti patres ubi ipſi iſtius opinio nis legerunt damnationē. Ego quidem ut de me fateor me eam uſq̄ legiſſe non memini. Cōciliorum profecto determinationē nullam cōtra durandum afferre poſſunt. Cum nõ ſolum damnata hec nunq̄ fuerit opinio in cōcilis. ſed nec in aliquo eorum de ipſa habi/ ta mentio eſt. Dicta itidem ſcripturæ ſacræ allegare cōtra eum neſcio quo modo poterũt ſi nõ mentitur Scotus qui dicit teſte Franciſco ꝙ etiā de ip̄o deſcenſu chriſti nedũ de mo/ do deſcenſus nõ habetur expreſſa mentio in doctrina euāgelica & ꝑ premiſſa a nobis in principio. Q. patet de modo quo uteretur forte Durandus ad exponendum auctoritateſ ſcripturæ quæ uiderentur eſſe cōtra eum. De auctoritatibus ſanctorum forte multas poſ/ ſent adducere dicētium fuiſſe animā chriſti in triduo in inferno ſicut corpus fuit in ſepul/ chro & ſimilia. & quicquid ſit de fantaſia Durandi quo ſcilicet modo ip̄o ſupradictas au ctoritates exponeret forte dicendo de anima hoc dici & non de toto compoſito. quia per animam principaliter illa ſit operatus quicquid inquam ipſe dicat cuius ego opinionem nec teneo nec unq̄ tenui. Ego hoc dico & firmiter aſſero non ualere iſtam conſequentiā. hæc opinio eſt contra dicta Auguſtini uel Hieronymi uel Gregorii & ſic de cæteris doc. eccleſiæ ergo eſt heretica & huius dicti ueritas ſicut eſt a bonis omnibus & ſubtilib⁹ theo/ logis credita ita a me etiam euidentes probabitur. Quāuis enim ſanctorum doctoꝝ ſcri/ ptura extra canonem biblie poſita ſit tradenda & legenda & cum debita reuerentia ſuſci/ pienda non tamen ſunt eorum dicta ita firme auctoritatis & immobilitatis ut eis contra/

Exclamatio
Ordo predicatorum
Thomas
Durandus
Capreolus
Durādellus
Scotus
Nota
De auctoritate doctoꝝ. ſ. Auguſtini Hier. greg. & aliorum

dicere nõ liceat & circa ea dubitare niſi uel per ſcripturam ſacram aliter probentur euidẽ
ter & expreſſe uel firmiter per eccleſiam ipſa auctoriſantem determinatum fuerit illa fir/
mam ueritatem & indubiam cõtinere. Ideo per dicta ſanctorum extra canonẽ biblie pre/
ciſe nõ poteſt cõuinci opinio heretica manifeſte. nã ubi nõ eſt infallibilis ueritas ibi nec fi
Ratio — des certa & indubia. Cum fides certa ueritati infallibili innitatur. immo circa talia nõ eſt
aſſenſus infallibilis nec adheſio firma. Ex quo enim ibi certa ueritas & indubia fides non
Auguſtinus — eſt ei ſemper aſſentitur cum dubio & cũ formidine falſi. quia ut dicit Auguſtinus in epiſto
la ad Hieronymũ & .xi. cõtra Fauſtum .c. viii. & .xvi. cõtra eũdem Fauſtum ſi ſcriptura nõ
cõtinet infallibilẽ ueritatem & in aliqua parte ſui falſa inueniť nõ remanet in ea certa fi/
des qua ei firmiter credatur & ꝑpter falſitatẽ repertam in una ſui parte tota ſuſpecta ha/
Prima ꝓba/ — betur & ſic fides titubaret. Quia ut dicit Auguſtinus de fide xp̃iana .c. yii. titubuat fides ſi
tio ꝙ in di/ — ſacraꝝ ſcripturarum uacillat auctoritas. Quod aũt in dictis ſanctorum extra canonem
ctis ſanctoꝝ — biblie nõ ſit ueritas infallibilis quantũ ad preſens attinet tres mihi ſuccurrunt probatio/
extra biblie — nes. Prima eſt quia ipſemet doct. de dictis ſuis dubitant an in eis errauerint an nõ. Vnde
canonẽ non — Auguſtinus primo de trinitate .c. i. inquit Nec pigebit me ſicubi heſito querere. nec pude/
ſit ueritas in — bit me ſicubi erro me corrigere. Et .c. ii. perinde quiſquis hoc legit ubi pariter heſitat. que/
fallibilis — rat ubi errorẽ ſuum cognoſcit redeat ad me. ubi meum reuocet me hinc liber retractatio/
num Auguſtini in quo multa ex dictis ab eo antea damnat & retractat. Vnde & ſecundo
de trinitate. magis optabo a quolibet reprehendi q̃ ſiue ab errante ſiue ab adulãte lauda/
ri. Laudator enim & errans cõfirmat errorem. adulator uero allicit in errorem. Emenda
bit autem me iuſtus in miſericordia & arguet me oleum autem peccatoris non inpinguet
Guido car/ — caput meum. Et ſicut dicit Guido carmelita in libro de hereſibus. licet Auguſtinus in his
melita — dictis loquať humiliter nihilominus loquitur ueraciter. Vnde ipſe ad Vincentiũ dicit ne
Auguſtinus — gare nõ poſſum nec debeo. ſicut in ipſis maioribus ita in meis tam multis opuſculis mul/
ta eſſe quæ poſſunt iuſto iudicio & nulla temeritate reprehendi. & in libro de uera religio
ne inquit quicquid in libris meis erroris inuenietur hoc ſolum mihi eſt attribuẽdum qc/
quid autem uerum aut bene expoſitum illud uni omnium remuneratori & largitori deo
tribuatur. Poſſunt ergo dicta Auguſtini egregii & diuini doctoris nõ ſemper in omnibus
cõtinere indubiam ueritatem. Cum ipſe circa ea dubitet errauerit nec ne & quod dictum
Secũda pro/ — eſt de Auguſtino dictum intelligatur ſimiliter de aliis doctoribus. Secunda probatio ſu/
batio — mitur a diſcordia quæ eſt inter ipſos auctores. Diſcordia enim in ſcriptoribus teſtimoni/
um eſt falſitatis: Cum ſit neceſſe ꝙ ſaltem unus diſcordantium falſum dicat. quia neceſſa
Auguſtinus — rio altera pars contradictionis eſt falſa. Ideo Auguſtinus .xvi. de ciuitate dei ꝓbat ſcriptu
re ſacre ueritatem ex mutua concordia ſcriptorum eius in qua omnes cõcordãt & nullus
Diſcordia ĩ — ab alio diſcordat quod atteſtantur ſcripture ſacre indubie & infallibili ueritati. Vero enim
dictis ſãcto/ — & ueritati ut dicit philoſophus primo ethicorum omnia cõſonãt quod nõ accidit in aliis
rum extra bi — ſcripturis. Quanta enim ſit diſcordia in dictis ſanctoꝝ extra canonicas ſcripturas nemo
blie canonẽ — nõ nouit niſi qui illorum libros nõ legit. Diſcordat Auguſtinus a ceteris ſanctis doc. cir/
Auguſtinus — ca intelligentiam operum ſex dierum. Quia alii ponunt ꝙ deus fecit illa ſex dieꝝ opera
De opibus — ſecundũ ſucceſſionem temporis dierum. a quibus diſcordat Aug. qui ponit omnia ſimul
ſex dierum — facta iuxta illud qui uiuit in eternum creauit oĩa ſimul. Vnde motus Augu. numerat illos

ſex dies nō ſecundum ſucceſſionē tempoꝝ ſed ſecundū diſtinctionem cognitionis angeli ce rerum in proprio genere & uerbo & tamen nō dicuntur illi uel iſti heretici & conſtat ꝙ una opinionum eſt ſalſa & per cōſequens dicta eorum nō innitunt᷑ infallibili ueritati Similiter diſcordant Hieronimus & Auguſtinus. quia Aug. omnium pſalmorum auctorē facit Dauid. quod negat Hieronymus. Diſcordant ſimiliter ſuper reprehenſione Petri a Paulo an fuerit de peccato mortali aut ueniali ipſius Petri. Item etiam diſcordant in ceſſatione legalium ſic ꝙ ſibi cōtradicendo unius neceſſario falſum dicit & tamē ex hoc neuter eoꝝ hereticus reputat᷑. Similiter Beda ſuper primo regū dicit ꝙ Samuel fuit uerus ſacerdos quod expreſſe negat Aug. in libro de queſtionibus noui & uete. teſta. dicēs Samuelem nō fuiſſe ſacerdotem cū nō fuerit de filiis Aron. & Hieronymus primo cōtra Iouinianum dicit ſimulq; cognoſcendum eſt ꝙ Samuel leuita nō ſacerdos nec pōtifex fuit. Ideo ꝙ nō nominat᷑ inter ſacerdotes ſed inter eos qui inuocant nomē domini. Dicta ergo iſtorū nō innitunt᷑ infallibili ueritati cū ſibi cōtradicant quoꝝ una pars neceſſario eſt falſa ut patet per philoſophum. iiii. methaphiſice. Quin ipſe Aug. in hac ſententia ſibimet uidetur aduerſari: nam in libro de queſtionibus noui & uete. teſta. q. xlvi. dicit ut diximus Samuelem nō fuiſſe ſacerdotē. & tamen. xii. cōtra Fauſtum. c. xxxv. ſic dicit cōmutatū ſacerdotium in Samuelem reprobato Hely. & cōmutatum eſt regnum in Dauid Saule reprobato. ubi clare Aug. dicit tranſlatum ſacerdotium in Samuelē. ſic ꝙ Samuel uere fuerit ſacerdos ſicut Dauid uere fuit rex. De eodem etiam Samuele an fuerit reſuſcitatus uidetur a ſeipo diſſentire Aug. Nam in queſtionibus noui & uete. teſta. q. xxvii. tenet ꝙ Samuel nō fuit per Phitoniſſam uere reſuſcitatus ſed demō in ſimilitudine Samuelis apparuit Sauli. & in libro de cura ꝓ mor. agen. ponit ꝙ anima Samuelis a demone uere excitata per artem magicam loquuta fuerit Sauli. Hieronymus etiam in illa. q. an Salem fuerit Hieruſalem uidetur in quadam ſua epiſtola de cuius titulo nō memini ſibi cōtrarius qui etiam de. lxx. interpretibus cōtrarium ſentit Aug. Item Greg. & Dyo. diſcordant circa ordines angelorum & ſolus Hieronymus ceteris circa promotionem bigami aduerſatur. ipſe enī tenet & ſcribit in epiſtola ad Occeanum ꝙ Bigamus ante baptiſmum poſt baptiſmū poteſt ꝓmoueri ſi modo poſt baptiſmum plures nō cognouerit uxores. Cui contradicunt ceteri dicentes ꝙ Bigamus ſiue ante baptiſmum ſiue poſt baptiſmū nō poteſt promoueri & in hoc exiſtimatur iſtos melius dixiſſe ut ſcribit Aug. de bono coniugali & Ambroſius de officiis. Item Hierony. ad marcellam de quinq; queſtionibus ſcribens dicit ſanctos qui in fine mundi inuenientur nō morituros ſed uiuos aſſumendos Auguſtinus autem in libro de ciuitate dei. Omnes tunc morituros affirmat. Item Hieronymus ſuper Matheum dicit hoc dictum pſalmi in omnem terram exiuit ſonus eorum &c. & illud chriſti predicabit᷑ euangeliū hoc in uniuerſo mundo eſſe cōpletum per apoſtolos Auguſtinus autem in epiſtola ad Exitiū cui cōſentit Origenes ſuper Matheum tenet hoc nondum eſſe completū. Item Hieronymus ſuper epiſtola ad Titum. tenet angelos per multa ſecula ante mundū uiſibilem extitiſſe & deo ſeruiſſe quod & Ambroſius tenet in Exameron. Auguſtinus autē ſuper geneſim tenet ꝙ ſimul cum cælo empireo ſint creati. Item Hieronimus in prologo libri ſapientie tenet ꝙ ille liber ſit philonis & nō ſit cōputādus inter ſacras ſcripturas. Auguſtinus aūt in tertio retractationum oſtendit ſe quandoq; tenuiſſe ꝙ fuerit editus a Ieſu

Hieronymus & Auguſtinus

De auctore pſalmus

De reprehēſione petri

De ceſſatiōe legalium

Beda & auguſtinus cū hieronymo de ſacerdotio ſamuelis

Ariſtoteles

Auguſtinus uarius ſuper ſacerdotio ſamuelis & reſurectione eius

Hieronymus uarius ſuper ſalem

De. lxx. īterpretibus

Gregorius & Dyoniſius De ordinibus angelorum

Auguſtinus

Ambroſius

Hieronymus & auguſtinus cū origene De dicto. pſ. ī omnem terram & cetera

ſirach quod ibi retractat. & licet non exprimat a quo ſit editus tamen in libro de doctri/na chriſtiana ipſum enumerat inter libros ſacros. Item Hieronymus in libro hebraicarũ quæſtionum dicit ꝙ deus anteq̃ cælum & terram faceret paradiſum ante condiderat propter illud quod dicitur plantauerat deus paradiſum a principio. Auguſtinus autem ſup Geneſim ad litteram exponit a principio idest tertia die. Item Auguſtinus in libro de cõcordia euangeliſtarum aſſerit totam negationem Petri factam fuiſſe in atrio anne, & quæ dicta ſunt inde, poſt miſſum Ieſum ad Caipham recapitulando dicta eſſe. Hieronymus autem ſuper Matheum uidetur uelle ꝙ Petrus in atrio Caiphe negauerit. Cui Beda in lucam conſentire uidetur. Item Hieronymus ſuper illud abacuch. mundi ſunt oculi tui negat ſingulos angelos prepoſitos ſingulis corporalibus creaturis. & augu. in .lxxxiii. que/ſtionibus tenet ꝙ ſic. Cui conſentiunt Origenes & Dam. Item Hieronymus ſuper illud Ione. Tollite me & mittite in mare. dicit ꝙ licet propria perire manu. ubi caſtitas pericli/tatur; auguſti. uero in libro de ciuitate dei contrarium affirmat. Multa deniq; reperiuntur talia quibus ſancti docto. inter ſe ſalua fide contraria conſcripſerũt. Sed nec omnia ſuc/currunt properanti maxime. neq; enim elaborari hoc a me opus potuit exactiore diligentia quod uolui ueniẽti ſtatim iniuſte infamie morbo occurrere ſcripturus alias ſuper hac re ut maiore ocio & cura ita & plura & fortaſſe meliora addam tamen & illud qd' nunc occurrit Hieronymi in epiſtola ad auguſti. ſic dicentis. Nec mireris ſi in tuis libris & maxime in ſcripturarum expoſitione quæ uel obſcuriſſime ſunt quedam a recta linea diſcre/pare uideantur. & hoc dico nõ ꝙ in operibus tuis quedam reprehendenda iam cenſeam neq; enim lectioni horum unq̃ operam dedi. nec horum exemplariorum apud nos co/pia eſt preter ſoliloquiorum tuorum libros & quoſdam commentarios in pſalmis quos ſi uellem diſcutere non dicam a me qui nihil ſum. ſed a ueterum grecorum docerem in/terpretationibus diſcrepare hec ille. Sicut ergo ipſi ad ſe inuicem ita & nos ab eis in mul/tis ſalua fide & ueritate ſcripture. & ſancte eccleſiæ determinatione diſſentire poſſumus.

Tertia probatio ſumitur ex ſpeciali prerogatiua ſacre ſcripture & ſanctionum uniuerſa//lis eccleſie quibus ſolis concedimus infallibilis ueritatis excellentiam. unde Augu. con/tra Hieronymũ in epiſtula ad eum ſic dicit. Ego enim fateor charitati tue ſolis ſcripture libris quæ iam canones appellantur didici hunc timorem honoreq; deferre ut nullũ horum auctorum ſcribendo erraſſe firmiſſime credam. aut ſi aliquid in eis offendo litte/ris quod uideatur contrarium ueritati nihil aliud quam mendoſum eſſe codicem uel in/terpretem non aſſecutum eſſe uel me minime intellexiſſe non ambigam. Aliorum au//tem ſcripturas ita lego ut quamtalibet ſanctitate & doctrina polleant. non ideo ue//rum putem quia ipſi ſenſerint ſed quia uel per alios locos ſacre ſcripture uel proba/bili idest euidenti ratione quod a uero non aborreat perſuadere potuerunt. nec te fra/ter mi arbitror ſic libros tuos legi uelle tanquam prophetarum & apoſtolorum de quo/rum ſcriptis ꝙ omni errore careant dubitare nephandum eſt. abſit hoc a pia humili/tate & ueraci de temet ipſo cogitatione. Et ipſe Auguſtinus tertio de trinitate ſane cum in omnibus litteris meis. non ſolum pium lectorem ſed etiam liberum correctorem deſiderem. Verumtamen uelut lectorem meum uolo mihi eſſe deditum. ita corre//ctorem nolo ſibi & ſicut illis dico nullis meis litteris quaſi ſcripturis canonicis inſerui/

Hiero. Ambroſius & Augu.
De tpe creationis angelorum
Hierony. & auguſtinus
De libro ſapientie
Hierony. & augu.
De tpe cõditionis padiſi
Hierony. & aug. cũ beda
De tpe negatiõis petri
Hierony. & augu. cũ damaſ & origene
De ꝓpoſitione angelo singulis corporalibus creaturis
Hierony. & auguſtinus
De iterfectione ſui ipſius
Hiero.
Tertia ꝓbatio
Auguſtinus
Auguſtinus

re. Sed in illis & quod non credebas cum inueneris incunctanter crede in iſtis autem litteris quod certũ nõ habebas niſi certum intellexeris noli firmiter tenere. Ita illi dico noli meas litteras ex tua opinione uel cõtentione ſed ex diuina electione. uel incõcuſſa ratione corrigere. Et Auguſtinus in epiſtola ſiue libro ad Vincentiũ. Noli ergo frater cõtra diuina tam multa tam clara tam indubitata teſtimonia colligere. uel calũniare epiſcoporũ ſcripta minorum: ſicut Hylarii Cipriani uel Agripini. Nam hoc genus litterarũ ab auctoritate canonum diſtinguendũ eſt. Non enim ſic leguntur tanq̃ ex eis ita teſtimoniũ proferatur ut contra ſentire nõ liceat. Et in epiſtola ad fortunatũ idem Auguſtinus nec quorumlibet diſputationes quãuis catholicorũ laudatorum hominũ uelut ſcripturas canonicas habere debemus ut nobis nõ liceat ſalua honorificẽtia quæ illis debetur hominibus aliquid in eorum ſcriptis improbare atq; reſpuere. Et in libro de unico baptiſmo quis neſcit canonicam ſanctam ſcripturã ueteris & noui teſtamẽti certis ſuis terminis cõtineri eã/ q; poſterioribus omnibus epiſcoporũ litteris ita præponi ut de illa omnino dubitari non poſſit utrum uerum aut ratũ ſit quicquid in ea ſcriptum conſtitit eſſe: epiſcoporum autem litteras quæ poſt confirmatum canonẽ ſcripte ſunt uel ſcribuntur & per ſermonẽ forte ſapientioris cuiuſlibet & per aliorum epiſcoporũ grauiorem auctoritatem doctioremque prudentiam: & per concilia licere reprehendi. ſi quid in eis forte eſt a ueritate deuiatum: Poſſent infinita huiuſmodi adduci. Ex quibus pateret dicta ſanctorum in fallibili ueritati ut præciſe ſanctorum ſunt non initi. Vnde & ſepe inuenies modernos doctores diſcedere a dictis ſanctorum. Dicit enim Robertus Olchot q; ſanctus uir Anſelmus in multis deceptus propter ignorantiam loyce. & Ocham de actibus ghierarchicis nõ ſentit cum Dyoniſio. Et Scotus in tertio ſententiarum quaſi deſtruit totum proceſſum anſelmi in libro. Cur deus homo. & ita ſepe alibi inuenies de aliis doctoribus. Volui autem hæc hic adducere non tam ob Durandi opinionem quam ego nec teneo nec unq̃ tenui q̃ propter id quod mox in principio ſecunde queſtionis tractabitur. Ex his omnibus concludo q; ſi nõ inuenitur expræſſa determinatio uel ſcripture ſancte uel uniuerſalis eccleſiæ contra opinionem. Durandi præſumptuoſum eſt ipſam dicere ſimpliciter hereticam. Si autem inueniatur ferat oportet durandus patienter hanc notam. Sed dicet aliquis eſto q; ſenſus tuus quem declaraſti te prætendere per illam propoſitionẽ ſit catholicus. Eſto q; illum etiam permittat uis uerborum nonne. & propoſitio tua poteſt facere illum ſenſum Durandi quem tu etiam deteſtaris. & propterea tu erraſti ponens concluſionẽ quæ ſcandalum poſſet facere in mentibus fideliũ. Ad hoc ego dico primo q; alia eſt ratio eorum quæ proponuntur diſputanda. Alia eorum quæ ad doctrinam in ſcriptis traduntur legenda: Cum enim quid diſputandum proponitur breuis & conciſa & inexplicita proponitur propoſitio in ſe & uerborum & ſenſuum multiplices implicans difficultates in ipſo diſputandi congreſſu diſſoluendas: Alioquin ſi omnia ibi explicarentur diſputationi locus non relinqueretur. propterea ambiguam obſcuram uel equiuocam propoſitionem ponens diſputandam ideo excuſatur quia futurum eſt ut inter diſputandum ipſam diſtinguat & declaret. qui uero doctrinaliter aliquid litteris mandant id faciunt ſcribendo quod hic ſit diſputando: Quare ibi omnia clara dilucida & expedita eſſe debent. Secundo conſiderent ſeueriſſimi iſti cenſores non ſolum difficile ſed pene impoſſibile eſſe ita librare & examinare uerba omnium propoſitionum quas quis proponit ut nul/

Auguſtinus: Hylarius Ciprianus Agripinus Auguſtinus

Robertus olchot Anſelmus Ocham diſcentire a dyoniſio Scotum deſtruere proceſſum anſelmi

Epilogus

Obiectio

Reſpontio prima

Secunda

la poſſit eſſe in ſenſu ambiguitas & erronea inde opinio nulla elici poſſit. nec hoc ego pro fecto meis propoſitionibus arrogare uolo ꝙ euangelice & apoſtolice multe propoſitiones non habent. Multas enim & inter illas eſt reperire quæ & multiplices habent intelligentias & ad erroneum ſenſum transferri poſſunt. immo quæ & prima facie ſonare hereſim uidentur. hinc omnes hereſes pulurarũt: dum ſcilicet aliqui non tam profunditatem ſenſus introſpiciebant ꝙ quid cortex uerborum euangelicorũ ſonat attendebant. hinc Arrius audiens pater maior me eſt patrẽ credidit eſſe maiorem filio & filium dixit eſſe creaturam. hinc Eluidius audiens ꝙ Ioſeph non cognouit Mariã donec peperit primogenitum ſuum attendens potius uim grammaticalẽ illius dictiõis donec ꝙ ueritatem ſenſus euangelici de perpetua uirginitate Marie dubitauit. hinc Marcion illud pauli legens: Lex autem ſubintrauit ut abundaret delictũ. credidit legem Moyſi eſſe malã & a malo principio iuxta Manicheum. & Baſilides illud legens. ego aliquando ſine lege uiuebam credidit animam Pauli in alio corpore aliquãdo uixiſſe. hinc Eunomius audiens xp̃m reſpondentem iudeis accuſantibus eum ꝙ ſe diceret filium dei ſcriptum eſſe & illud ego dixi dii eſtis & filii excelſi omnes rem potius dictã: & id quod ſecundũ ſe reſponſum eſt attendẽs ꝙ intentionẽ & propoſitum reſpondentis credidit eo modo chriſtũ filium dei dici quo & quilibet ſanctus dicitur dei filius. Similiter & hæc ꝓpoſitio illam diẽ neqꝫ filius nouit multis fuit occaſio credendi plura intelligere patrẽ ꝙ credat filius ꝙ ſi ſecundum ſenſum quẽ comuniter faciunt uerba etiã interpretemur id uidetur præſeferre cum tamẽ alia ſit latentis ſenſus ueritas. Poſſem infinitas ſimiles propoſitiones adducere ex canone ſcripturarũ. & ideo bene dixit Hilarius intelligentia dictorum ex cauſis eſt aſſumenda dicendi quia non ſermoni res ſed rei eſt ſermo ſubiectus. Et gloſa ſuper iſtum textũ. Inquit. nõ ſemper debemus intelligere ut uerba prima facie ſonare uidentur. maxime ubi ambigua ſunt: ſed debemus recurrere ad intentionẽ loquentis. Et Gregorius inquit plerumqꝫ dum proprietas uerborum attenditur. ſenſus ueritatis amittitur. Et Gregorius. xxvi. libro moralium: Non debet aliquis uerba conſiderare ſed uoluntatẽ & intentionem: quia non debet intentio uerbis deſeruire ſed uerba intentioni. & Hieronymus ſuper epiſtolã ad Galathas teſtatur non in uerbis ſcripturarũ eſſe euangeliũ ſed in ſenſu. non in ſupereficie ſed in medula. non in ſermonum foliis ſed in radice rationis. Propterea Ochã in dialogo falſificat hanc communẽ propoſitionem. uerba non ex opinionibus ſingulorum ſed ex cõmuni uſu accipienda ſunt maxime in ſecunda parte. Dicit enim ꝙ in uerbis ambiguis & multiplicibus non eſt recurrendum ad communem intelligentiam ſed potius ad intentionem loquentium. & ita dum eſt ambiguitas in doctrina alicuius dicentis uel ſcribentis. Similiter recurrendum eſt ad intentionem dicentis ut ipſe ſe exponat & exprimat uerum ſenſum quem permittat uis uerborum. nec eſt reprobandus niſi poſſit conuinci ꝙ talis ſenſus uerus aliis dictis ſuis eſſet contrarius uel eſſet impertinens propoſitoto ſuo. & ita etiam in ſimplici loquela ad intentionem loquentis recurrendum eſſe dicit idem doctor. & ſtandum eſſe interpretationi eius niſi conſtat aut probabiliter uel uiolenter preſumatur ꝙ tali modo loquendi ambiguo uſus eſt ad decipiendum uel ad alium malum finem. Ex quibus omnibus concludo ꝙ non ego erraui qui cum proteſtatione probabiliter multiplicem propoſuerim propoſitionem inter diſputandum declarãdam: quæ tamẽ etiã nullum põt facere ſenſum quem etiã aliquis doctor non reprobatus

Vnde hereſes pullurarunt

Hereſis arii

Hereſis eluidii

Hereſis marcionis & manichei

Hereſis baſilidis

Hereſis eunomii

Error multorum

Hilarius

Gloſa

Gregorius

Hieronimus

Ocham

Epilogus

aut pro tali nondum per eccleſiam declaratus tenuerit. ſed errauerunt potius qui propo/ſitionem habentẽ ſenſum catholicũ quem permittit uis uerborum & ꝙ eſt magis in eo ſenſu catholico iam eis a proponente declaratam ſimpliciter hereticam eſſe iudicarunt. Quod etiam ſi ante declaratum ſenſum meũ feciſſent. licet forſitan excuſabilius erraſ//ſent: tamen quia ſi uere docti ſunt per ſe etiã poterant cognoſcere habere ꝓpoſitionẽ du/plicem ſenſum quod attendentes non ſolũ ſimpliciter eam damnare ſed in bonum etiã potius eam ſenſum interpretari debuiſſent. Nam auguſtinus in libro de cõcordia euangeliſtarum illud Mathei exponens. nolite iudicare & non iudicabimini inquit hoc loco ni/hil aliud ꝑcipi extimo niſi ut ea facta quæ dubiũ eſt quo animo fiant in meliorẽ partem interꝑtemur. De factis enim mediis quæ poſſunt bono & malo animo fieri temerariũ eſt iudicare maxime ut condẽnemus. Quod ergo de his quæ fiunt dicit auguſtinus dictum pariter intelligamus de his quæ dicuntur & ita ſpeculatiuis applicantes ſententiam auguſtini. Concludamus ꝙ in hiis dictis quæ poſſunt habere bonum & malum ſenſum teme//rarium eſt iudicare maxime ut condemnemus.

Auguſtinus.

## QVESTIO SECVNDA DE PENA PECCATI MORTALIS.

EST autem ſecunda concluſio quam iſti dãnauerunt hæc. peccato mortali finiti tẽporis nõ debet pœna infinita ſecũdũ tẽpus ſed finita tñ. Et quia dum pono concluſionẽ in libello meo hæc præmittunt uer/ba. Niſi eſſent dicta ſanctorũ quæ in manifeſto ſui ſermonis uidẽtur dicere oppoſitũ firmiter aſſererẽ infraſcriptas cõcluſiões. Aſſero ta/men ipſas eſſe ꝓbabiles & rationabiliter poſſe defendi. Quarũ pri/ma eſt hæc. Peccatum mortale eſt in ſe malũ finitum. Secũda eſt hæc. peccato mortali fi/niti temporis &c. Quidã magiſter de hac mecũ concluſione habens diſputationẽ. quid inquit ipſe aliud quærimus teſtimonium ꝙ tua concluſio ſit heretica. cum tu ipſemet ma/nifeſte dicas eã eſſe contradicta ſanctorum. Valet enim cõſequentia: contra dicta ſancto/rum ergo eſt heretica. oſtendi ego tunc ei ut etiã inferius oſtendã quo modo mea conclu/ſio ſententiis ſanctorũ nihil repugnabat. & quomodo erant intelligẽda uerba. ſed quan/do ita fuiſſet ꝙ concluſio eſſet contradicta ſanctorũ quantum ualeret ſua conſequentia: & ꝙ̃ docto ut ſe ipſe iactat theologo eſſet indigna: patere põt unicuiq; ex ſupradictis in pri//ma concluſione. Scio quid dicerẽ hic de iſto magiſtro. Eſt enim is qui totiens in patriã litteras miſit de me quaſi tropheum triumphũq; pollicentes. Sed uolo ut præmiſſi a princi/pio rationibus non cõuiciis agere cauſam meã. Venio ad concluſionem. & quia iſti magiſtri iudicauerunt & concluſionẽ ipſam & reſponſiones etiã quas eis ſuper hac concluſio//ne me interrogantibus dedi eſſe falſas erroneas & hereticas uolo prius declarare ipſam concluſionem eſſe catholicam & conſonã dictis fere omniũ doctorũ: dico autem meam quia ſi eam in alio ſenſu capias ꝙ̃ in eo quẽ ego per ipſam intendo: iam non eſt iſta mea concluſio quam ego propoſui. Propoſitio enim multiplex eſt multæ propoſitiones. dein/de uolo declarare ipſas etiam reſpontiones meas eſſe tales: tam de ipſa concluſione ꝙ̃ de ipſis reſpontionibus declarando ſemper ꝙ ſenſus meos ideſt quos per illas intendo permittit uis uerborum. Pro declaratione ergo concluſionis quinq; ſunt notanda. Pri//

Quid ſic facturus cir/ca declarati/onem & quo ordine

Propoſitio multiplex

Primum notandum in peccato

mo notandum ꝙ in peccato duo poſſunt conſiderari. Conuerſio ad bonum creatum & auerſio a bono incommutabili & increato. Primo modo peccatū eſt malum finitū etiam ſecundum omnes doctores. Secundū peccatum eſt malū finitum ſecundū communē uiam. & quia conuerſio ad bonū creatum quo peccando abutitur peccator eſt de intrinſeca ratiōe ipſius peccati. Ideo dicitur ꝙ peccatū eſt intrinſece malū finitum: auerſio autem a bono increato facit ipſum eſſe extrinſece infinitū quia ſolum pro tanto dicitur infinitū malum quia eſt a uerſio ab infinito bono. & ideo ſolū relinquitur ꝙ ſit extrinſice & obiectiue infinitum malū.

Conuerſio

Auerſio

Secundum notandam

Tempus uie & termini

Secundo nota ꝙ per tempus poſſumus intelligere ſolū tempus uiæ & hoc modo certū eſt ꝙ neq; peccatū nec quicꝗ̄ aliud ad hominem pertinens poſſit eſſe infinitum ſecundū tempus cum tēpus uiæ cuiuſlibet uiatoris ſit non ſolū duratione & finitum ſed etiā breue. Alio mō poſſumus intelligere per tempus, tp̄s uiæ & termini & hoc mō accipitur in concluſione & ſic aliquid poteſt in homine durare per tēpus infinitum ut patet.

Tertium.

Peccatum mortale accipi

Pro actu

Pro reatu

Tertio nota ꝙ peccatū mortale poteſt capi dupliciter: uno modo pro actu prohibito uel omiſſione actus præcepti a deo Alio modo pro reatu derelicto ex prædicto actu ꝓhibito uel dicta omiſſione actus: qui qdē reatus in multis locis ſacræ ſcripturæ dicit̄ peccatum & per tale peccatum denominat̄ aliquis peccator ceſſante uel tranſeunte actu peccati primo modo dicti. Ex quo tertio notando patet ꝙ rationabiliter eſt dicendum ꝙ licet in iſto qui damnatur pro peccato mortali aliquando finiat̄ ipſum peccatum pro quo dānatur quantum ad entitatē intrinſecam ipſius actus qui primo modo denominat̄ peccatum: non finitur tamen quantū ad reatum. immo ſi ſic finiretur non deberet̄ ei pena eterna. & ita peccatum cui debetur pena infinita eſt infinitū ſecundum tempus quantū ad reatum.

Quartum

Deberi capitur dupliciter.

Quarto eſt notandū ꝙ deberi capitur dupliciter uel dupliciter poteſt intelligi ꝙ alicui peccato debeat̄ aliqua pena: Vno modo dicitur id alicui deberi quod ei aliquādo reddetur & ſic dicitur rationabiliter & catholicæ ꝙ peccato finiti temporis quātum ad entitatem intrinſecam & reatum nō debetur pœna infinita ſecundum tempus & iſto modo intelligitur concluſio præſens ꝙ peccato finiti temporis non debet̄ &c. Omne enim peccatum cui debet̄ iſto modo ideſt pro quo aliquando reddet̄ pena infinita eſt dicto modo infinitum nec unꝗ̄ aliquis damnatur niſi peccatū pro quo damnatur ſit illo modo infinitum ſecundum tempus. Habet aūt concluſio & alium ſenſum catholicū hunc ſcilicet ꝙ numꝗ̄ debetur ita ſcilicet ꝙ reddatur alicui pena infinita ſecundū tempus niſi ipſe ſit finaliter impenitēs & ſine fine omittat penitere de illo peccato quod omiſit uel commiſſit in uita: ita ꝙ pro temporali peccato ꝑdicto modo debetur pœna infinita ſi non redeat peccator ad iuſticiam. Sicut enim penitentia finit peccatū quantum ad de acceptationem ſcilicet iuxta illud quacunq; hora ingemuerit peccator &c. Ita impenitentia de aliquo peccato perpetuat ipſum in reatu & de acceptatione ad penam infinitā. & ſic numꝗ̄ alicui pena infinita debetur illo primo modo niſi habeat peccatū infinitum ſecundum tempus.

Vindicta quam de peccatore petit deus quæ ſit

Nota

Viſitata diſtinctio huius diſtinctionis deberi.

Vindicta enim quā de peccatore petit deus eſt quod redeat peccator ſponte ad debitum obedientie. dolendo de cōtemptu. alias torquebitur quouſq; ſic uelit: Alio modo poteſt intelligi aliquid alicui deberi quo meritorie uel demeritorie dignus eſt & quod ei etiam reddetur ſi in illo decedat: & ſic pro peccato mortali finiti temporis debet̄ pena infinita quia qui mortaliter peccat in tēpore unius hore eſt dignus pena infinita. ipſaq; ei reddet̄ ſi in iſto finaliter decedat etiā poſito ꝙ nō habeat aliud peccatū infinitum ſecūdum tem

pus. hæc diſtinctio huius dictionis deberi eſt in frequenti uſu apud theologos. Unde iuxta
Epilogus
iſtam diſtinctionē dicunt doc. ꝙ preſcito pro actu meritorio quē dum eſt in gratia elicit
non debetur uita eterna. capiendo deberi primo modo. quia nunq̄ ei reddet̃. & ſimiliter
dicetur ꝙ predeſtinato dum eſt in peccato mortali non debet̃ pena eterna quia nunq̄ ei
reddetur eo ꝙ peccatū illud finietur & in eo non morier̃ ſed in gratia. Ex p̄dictis patet ꝙ
Nota
ipſa concluſio mea habet ſenſum catholicū etiam ſecundū uſitatum modū loquendi ca/
tholicorum doc. nec fuit damnāda pro heretica falſa & erronia cum oppoſitū eius potius
falſum ſit & erroneū. Ruditatis aūt maxime erat credere ꝙ ex prædicta concluſione ego
intendebā negare pænam eternā damnatorū. Quinimmo ex cōcluſione mea habet̃ per
ſcrutatio cauſæ qua damnati in eternū puniunt̃. quam cauſam ego dixi eſſe perpetuatio//
nem reatus in anima peccatoris per finalē eius impenitentiā & perpetuā omiſſionem in/
Declarat cō/
gemiſcendi de ſuo peccato quæ opinio non ſolum uidet̃ non eſſe heretica. ſed ita chatoli
cluſionē ex
ca ut nemo eam ſi ſit catholicus & in ſacris litteris exercitatus recte & rationabiliter nega
ui terminoꝝ
re poſſit. Quod autem & ꝓpoſitio ex ui terminorū hunc ſenſum pretendat patet. Sic em̄
non eſſe he//
dicit propoſitio. Peccato mortali finiti temporis non debet̃ pena infinita ſecundū tem/
reticam
pus. In qua propoſitione ego accipio deberi pro eo quod aliquādo perſoluet̃. quod uſi//
tatiſſimum eſſe apud doc. iam patuit ſupra. & accipio peccatū pro offenſa & reatu. quæ ac
Magiſter ſen
ceptio non ſolū non impropria eſt uel abuſiua. ſed frequens in ſacris litteris. poſtq̄ enim
tentiarū
magiſter ſententiarū in ſecundo inquirit. an tranſeunte actu peccati peccatū ſit in eo qui
Durandus
peccauit donec ipſe peniteat ſic reſpondet. Non eſt ignorandū peccata duobus modis eē
Finiri pecca/
in aliquo & tranſire actu ſcilicet & reatu. Dicit etiā Durandus ibidem ꝙ dupliciter intelli
tū dupliciter
gitur finiri peccatū. Uno modo per ſolā actus ceſſationē. Alio modo per peccati dimiſſio
Thomas
nem. Quod aūt etiam reatus dicatur aliquando peccatū expreſſe dicit Thomas ibidē ſic
dicendo. Reatus medians inter culpā & penam ſortit̃ nomen utriuſq; extremi. Sed non/
ne etiam accipit̃ peccatum pro reatu ibi. Sancta ergo & ſalubris eſt cogitatio pro defun//
ctis exorare ut a peccatis ſoluant̃. illi enim defuncti pro quibus eſt orandum ut a peccatis
ſoluantur non ſunt in peccato capiēdo peccatum pro culpa mortali. neq; a tali peccato
ſoluuntur poſt mortē ſed ſolum a peccato capto pro pena uel reatu pene iſto modo etiā
accipitur peccatū ibi: peccata tua elemoſinis redime: & ita in multis aliis paſſibus ſcripturæ.
Reſponſio//
Si ergo & ſenſus propoſitionis catholicus: & acceptio terminorū in ꝓpoſitione catholica
nes quas au/
& probatiſſima. quid erat cur hanc concluſionē meā pro heretica damnarent? Nunc ue/
ctor dederat
nio ad reſpoſiones meas. & primo dixi ꝙ ſi aliquis perſeuerabit tantū per tēpus finitū in
Primo
peccato mortali iſte nō puniet̃ niſi per tēpus finitū quod dictum tripliciter uerificat̃. Pri
Secundo
mo cum peccatū mortale pro reatu accipimus & nō pro actu cōmiſſionis uel omiſſionis
Tertio
ut dictum eſt in declaratione cōcluſionis. Secūdo aduertēdū ꝙ ly peccato mortali de rigo
re logice accipit̃ confuſe & nō determinate. Tertio quia uerū ſit ꝙ ſi iſte qui peccauit per
ſeuerauerit tantū per tempus finitum in determinato peccato puta in omiſſione peniten
di de ſuo peccato. ita ꝙ aliquando penituerit de ipſo iſte non puniet̃ de ipſo niſi per tem
pus finitum. & ꝙ hos catholicos ſenſus & nullum a fide diſſonum intenderem patet per
id quod ſubiunxi in reſponſione cum dixi ſtare cum ueritate concluſionis ꝙ quilibet de/
Queſtio
cedens in peccato mortali punietur in eternum. Cum autem ulterius quæreretur a me:
an aliquis qui peccat tantum per tempus finitum uno peccato mortali & moria///
Reſponſio

Reſpōſio

tur impenitens puniatur in eternum. Reſpondi ꝙ ſic:ſed dixi ꝙ talis non punietur pro il/lo actu ſolum quod uere reſponſum eſt ad quæſtionem ſactam.ꝙꝙ etiam uerum ſit quod ſi ſolum peccaſſet iſto actu puniretur eternaliter ſed ex quo quæſtio ponit iſtum mori im/penitentem ipſe punietur etiam pro ipſa impenitentia:immo pro infinitis omiſſionibus pænitendi & pro infinitis actibus aliis malis totalibus uel partialibus in quibus perſiſtit damnatus. Sicut enim continue male uult damnatus:& ita continue peccat & demeretur non quidem aliam & aliam pænam eſſentialem ſaltem & quæ non eſt ipſa culpa ſed eā/dem multiplicius:ita punitur pro illis actibus malis in quibus continuat:quia uero id ui/detur eſſe contra communem modum dicendi ſanctorum:licet non contra rem dictam & ſenſum ſuum. Ideo tam ſcripto q̃ uerbo dixi me non aſſerere iſtam opinionem ſcilicet in tali modo dicendi propter reuerentiam ſanctorum.ſed dixi eam poſſe probabiliter de fendi. Finaliter etiam ultra prædicta addi ꝙ quilibet decendens in peccato mortali ex re atu iſtius peccati.ideo punitur in eternum quia ex hoc ꝙ decedit in iſto reatu ponitur in tali ſtatu ꝙ neceſſitatur ad peccandum in eternum .peccato ſaltem perpetuæ omiſſionis penitendi & ſe diſponendi ad gratiam. Prædictas autem reſponſiones meas dixerunt iſti magiſtri non eſſe ſatiſſactorias argumentis & inquiſitionibus ſuis immo ꝙ errorem erro/ri ſuperaddidi per talem reſponſionem.propter quod & reſpontiones & declarationes dixerunt eſſe ſalſas erroneas & hereticas. Quod aūt in hac tam reprobāda damnatione ſua errorem errori ipſi ſuperaddant & non ego quis non uideat niſi qui catholicas ueri/tates ſimul cum eis oderit uel non intelligat. Breuiter autem recapitulando id quod in/tendo in hac concluſione eſt hoc ꝙ uerum eſt quidem ꝙ mortale peccatum finiti tempo/ris eſt dignum pena eterna & ei debetur & etiam aliquando perſoluetur pena eterna ſi non ſuerit dimiſſum ante mortem. Tamen ſi peccatum mortale eſt ſinitum ſecundum tē/pus non ſolum quantum ad entitatem intrinſecam poſitiuam actus prohibiti a deo uel priuatiuam omiſſiōis actus a deo præcepti. Sed etiam quantum ad imputationem uel de/acceptationem.reatum quoque & maculam quæ in multis locis ſcripture & in communi modo loquendi doctorum ſæpe dicitur peccatum & quæ ſic eſt de ratione peccati eterna liter puniendi.ꝙ ſi non maneat dicta imputatio uel macula nunquam peccato debebi/tur & aliquando perſoluetur pæna eterna. De tali inquam pæccato quantum ad omnia prædicta finito quæ quidem ſinito ſit per penitentiam ſaltem de mortali actuali. Dico ꝙ ei non debetur pæna eterna intelligendo deberi alicui ꝙ ei aliquando reddetur uel per/ſoluetur.immo quibuſcunque reddetur pæna eterna pro peccato mortali illi ſine fine fue runt in iſto peccato modo ſuperius dicto:& hoc eſt ꝙ intendit Gregorius dicere peccato/rem puniri pæna eterna quia peccauit in ſuo eterno ideſt ſine ſine:& ſic nos dicimus om/nem hominem qui damnatur mori in peccato pro quo damnatur. Conſentit & Tho/mas in quarto ſententiarum.dicens ideo durare pænam damnatorum in eternum quia culpa durat in eternum. Dico propterea ꝙ in omni iſto qui damnantur eſt unum pecca/tum infiniti temporis tam loquendo de tempore uiæ q̃ termini ſcilicet omiſſio pæniten/di quæ in damnato nunq̃ habet ſinem.& ita patet ꝙ infinitas durationis peccati iſtius qui damnatur infinitas dico quantum ad imputationis reatum uel maculam & impe/penitentiam uel omiſſionem penitendi de iſto eſt cauſa quod ei debebitur & aliquando perſoluetur pæna eterna.& hæc ſatis de iſta concluſione.

Nota

Recapitulatio

Gregorius

Thomas

# QVESTIO TERTIA DE ADORATIONE CRVCIS ET IMAGINVM.

ERTIA concluſio quā damnauerunt fuit hæc. Nec crux chriſti nec ulla ymago adoranda eſt adoratione latrie etiā eo modo quo ponit Thomas. Hanc concluſionem per iſtos damnatam ego nō ſolum credo eſſe catholicam ſed etiam ueriorem ſua oppoſita quæ ē hæc. Crux chriſti & imagines ſunt adorādæ latria eo modo quo ponit Thomas. Minus enim mihi uidetur rationabilis in hoc opinio Thome ꝙ ſit opinio Durādi. & Henrici de Gandauo. Ioannis de guarra. Roberti olchot. Petri de aquila & aliorum complurium quos ego ſequor in concluſiōe. quod ut manifeſtum fiat ponā primo opinionem Thome quā ego nō teneo. Deinde opinionē docto. quos ſequor. Ex quibus patebit de terminatione iſtorum magiſtrorum de mea concluſione preter id quod nec recta ſit nec iuſta. totum etiam oppoſitū preſupponere eius quod intendo in cōcluſione. Dicit ergo Thomas ꝙ quia ſicut dicit philoſophus in libro de memoria & reminiſcentia duplex eſt motus anime in imaginem unus in ipſam imaginem ſecundū quod eſt res quedam. alio modo in imaginem ut eſt imago alterius. inter hos duos motus eſt differentia quia primus motus quo aliquid mouet̄ in imaginem prout eſt res quedā eſt in aliis a motus qui eſt in rem cuius illa eſt imago. Secundus aūt motus qui eſt in imaginē. inquantū eſt imago eſt unus & idem cum illo qui ē in rem. & ideo cōcludit ꝙ licet imagini chriſti ut eſt res quedam in ſe non debeat̄ adoratio ei tamē ut eſt imago debetur eadem reuerentia que debetur ipſi chriſto quæ eſt adoratio latrie. iſte eſt modus Thome qui aliis doc. mento uidetur extraneus & periculoſus. nā ipſa imago etiam ut imago ut ſic eſt diſtincta ab imaginato ut ſic enim refert̄ ad imaginatum tanq̄ ad aliquid a ſe diſtinctum. quare etiā ſi ut ſic terminabit adorationem latrie uidetur ſequi ꝙ aliquid aliud a deo adorabitur latria quod eſt abſurdum. nec poteſt dici ut dicit Capreolus uolens ſaluare dictum Thome ꝙ ipſa imago nō adoretur ſeorſum ſed imago & imaginatum ſint unum totale obiectum adorationis. Quia aut huius totalis obiecti altera pars eſt ipſa imago quæ eſt ens creatum reſpectiuum aut non. Si non ergo non debet dici ꝙ ex illis duobus ſiat unum obiectū totale quia ex tali dicto ſequit̄ ꝙ utrūꝙ illoꝝ ſit obiectū partiale licet alterū illoꝝ principalius: ſi ſic ſequit̄ & aliqua res creata de genere relationis ſaltē partialiter terminabit adorationē latrie. qđ certe dicere uidet̄ male catholicū eo magis ꝙ nō ſolū hoc nō pōt dici de creata. ſed ēt ipſe pſone in diuinis rōne ꝓprietatis relatiue nō ſunt formalis terminus adoratōis. Fundamētū aūt Thome parū efficax uidet̄. Nam cū dicit philoſophus ꝙ idē eſt motus aīe in imaginē & imaginatū. nō ſic intelligit ꝙ aīa dicat imaginē ut imago eſt eſſe rilē cum exemplari: & ita quicquid uni debet̄ etiā alteri deberi. ſed ſolū intendit hoc philoſophus ꝙ motus recordatiuus quo aīa recordatiue mouet̄ in imagine ut eſt imago ēt terminat̄ ad imaginatū. Habet & aliū ſenſum ueꝝ & eſt. qa ſi ego habeo cōpetū diffinitiuū unius relatiui intelligo ēt aliū ſed ꝙ oīs motus aīe & maxīe uolūtatis ſit idē in imaginē & imaginatū: hoc nullo mō intendit philoſophus patet a ſimili ēt ſecūdū modū loquēdi quo utit̄ ipe Thomas Sepe enī ipſe dicit ꝙ idē ēe motus uoluntatis quo uoluntas fert̄. in finē, & in ea quæ ſūt ad finem cum uult

Thomas
Durandus
Hēricus de gandauo
Ioannes de guarra
Robertus olchot
Petrus de aqla opinio ſācti Thome

Cōtra reſpōſionem capreoli

Contra fundamentum opinionis

Opinio aliorū doctorū.

ea propter finem.& tamen certum eſt etiam ſecundum eum ꝙ ille motus ut attingit fi/
nem eſt fruitio.ut autem attingit ea quæ ſūt ad finē eſt uſus & nō fruitio.Videt̃ ergo aliis

Opinio durandi

doctoribus nullo modo dicendum ꝙ imaginē xp̄i etiam ut eſt imago adoremus adora/
tione latrie quia ut ſic eſt res creata diuinitati nō unita:& ꝙ magis eſt ut ſic eſt entias reſ/
pectiua.ꝓpterea dicit Durandus.ꝙ iſta ꝓpoſitio crux xp̄i adorat̃ latria.in ſenſu ꝓprio eſt
falſa habet aūt ſenſum impropriū uerū.& eſt iſte.Chriſtus ut rememoratus p̄ crucem uel
ut preſens in cruce ſicut imaginatū eſt preſens in ſua imagine adoratur eadem adoratio/
ne ac ſi eſſet preſens in ſe.& ſecundū hunc ſenſum concedo ego etiā iſtam ꝓpoſitionem.

Opinio Roberti olchot & Henrici & Io. đ guarra & petri de aquila

Crux adorat̃ adoratione latrie.hoc eſt ergo qđ dicit Durandus ꝙ adorat̃ rememoratiue
& eandem ſententiam intendit Robertus olchot cum dicit ꝙ magis ꝓprius modus eſt lo
quēdi.dicere adoramus ante crucē.q̄ dicere adoramus crucē.Eandē deniq̄ ſniam inten/
dunt Henricus & Ioannes de guarra Cū dicunt ꝙ adoratur per accidens.& idē dicit Pe/
trus de aquila. Verum id qđ plus addunt Henricus & Ioannes de guarra qui in hac ma
teria cōpletius loquunt̃ eſt Hoc.Dicunt enim iſti ꝙ imagini per accidens ſiue rememo/

Que addāt Henricus & Io: đ guarra

ratiue debet̃ ille honor qui p̄ ſe debetur imaginato & rememorato. certū eſt autem ꝙ ni/
hil eſt cui per ſe debeat̃ latria niſi deus trinus & unus:& chriſtus ꝓpter unitatē ſuppoſiti
dei aūt imago eſſe nō poteſt.Reſtat ut ſi qua eſt imago cui per accidens & rememoratiue
debeat̃ latria ſit imago chriſti.Verū quia talis imago principaliter nobis repreſentat hu/
manitatē xp̄i.Secūdario aūt diuinitatem:uidet̃ ꝙ primario per accidēs ei talis honor de/
beat̃ qualis debet̃ ꝑ ſe hnmanitati xp̄i:humanitas aūt xp̄i per ſe ſumpta ſolum adoratur
yperdulia.ergo & tali imagini primario per accidens ſolū debebitur adoratio yperdulie.
Secundario aūt p̄ accidēs debebit̃ adoratio etiam latrie eo.ſ.modo quo dictum eſt. quia
& ipſa imago ſecundario nobis repreſentat & rememorat̃ diuinitatē etiam ipſam xp̄i & in

Opinio Frāciſci de mayronis & ſcotiſtarum

hoc habēt cōuenire cū Henrico Franciſcus de mayronis.& oēs Scotiſte qui dicunt ꝙ hu/
manitati chriſti non debet̃ latria.Thomas aūt quia uidetur tenere oppoſitum de adora/
tione humanitatis chriſti forte etiā in iſto cāu ab Henrico diſſentiret.& uere opinio Tho
me ut dicit Fran.in tertio eſt aliqualiter piculoſa & in iſta materia de adoratione non ui/

Opīo Thome aliqualiter periculoſa in hac materia Io: capreoli

detur mihi eſſe eius uia bene tuta.eo enim uſq̄ ꝓceſſit ut etiam in tertio ſentētiarū diceret
ꝙ cruci xp̄i in qua pependit etiam ut rei inanimate deberet̃ aliqua adoratio & tamen ſci/
mus ſecundū omnem theologiā ꝙ id quod nō pōt eſſe ſbm̄ ſuſceptiuū ſanctitatis uel uir/
tutis nō pōt eſſe terminus alicuius adorationis & ille Ioan.capreoli defenſor Thomæ ipſe
etiam fatetur id dictum Thome nō poſſe defendi.nec habet aliā uiam ſaluandi Thomā
niſi ꝙ dicit ꝙ ipſemet Thomas uidetur deinde aliter ſenſiſſe in ſumma. Ex his ergo pate/
re poteſt q̄ ſit catholica cōcluſio mea & rationabilior ſua oppoſita & cōmuni uie theolo

Recapitulatio ſenſus cōcluſionis

gorum magis cōſona.cuius ſenſum breuitur recapitulando dico ꝙ hæc ꝓpoſitio crux xp̄i
adorat̃ poteſt habere duos ſenſus.unus eſt proprius.ſ.ꝙ crux xp̄i ſiue ut res ſiue ut imago
ſiue ut partiale ſiue ut totale obiectum adorat̃ tanquā terminus adorationis:& iſte eſt ſen
ſus quē intendit Thomas & quem ego nego.Alius eſt ſenſus improprius dicte ꝓpoſitio/

Deducūtur multa

nis.& eſt.crux chriſti adoratur ideſt xp̄s in ea ut in ſuo rememoratiuo adoratur ac ſi eſſet
præſens in ſe & iſtum ſenſum ego concedo & cum eccleſia oro,dicēs. O crux aue ſpes uni
ca.Et crucem tuam adoramus domine.Ex dictis iam patere multa poſſunt.Primo patet
quid ego intelligerem cum dixi alias ꝙ ſequendo opinionē Henrici. & Ioan.de guarra

imagini crucifixi debeatur hyperdulia quod erat.ſ.intelligendum ratione eius quod pri mario nobis rememoratur & eſt humanitas chriſti & truncate hoc dixi quia ad auctores illos me referebam quos iſtis magiſtris ut pote ueteranis & lectos iam decies & perlectos exiſtimabam. Secundo patet ꝙ falſe ipſi dixerunt me negare omnē modū adorationis la trie. cum expreſſe ego dicam in cōcluſione me negare modū Thome quod etiā ſi nō dixiſ ſem ſed ſimpliciter ſic ſtaret propoſitio nec crux nec ulla imago adoranda eſt latria. ad/ hue de uirtute ſermonis iſta ꝓpoſitio non negaret omnem modū adoratiōis latrie. nam patet ſecundū bonam logicam ꝙ negatio uł diſtributio termini multiplicis nō negat aut diſtribuit ipſū ꝓ omni ſuppoſito cuiuſlibet ſignificati. alias iſta propoſitio omnis canis ē ſtella eſſet ſimpliciter concedenda uel ſimpliciter neganda. Sicut ergo nō dicit copulati/ ue ꝙ omnis canis celeſtis & oīs canis marinus & oīs canis latrabilis ſit ſtella licet de om nibus predictis incōiunctim id dicat̃ ita in iſta negatiua crux nō adoratur adoratione la trie. ubi li adoratur eſt equiuocum ad adorationem per modum termini & ad adoratio/ tionem per modū rememoratiui nō negat̃ copulatiue omnis modus adorationis incon iunctim tamen. Tertio patet ꝙ iſta ꝓpoſitio etiam ſic abſolute & indiſtincte potuit poni. Crux nō eſt adoranda adoratiōe latrie quia in ſenſu ꝓprio eſt uera aut ſaltem ꝓbabilior ſua oppoſita. qui ſenſus magis eſt attendendus de rigore ſermonis q̄ ſenſus improprius in quo eſt falſa. ſicut enim terminus analogicus per ſe poſitus ſtat pro famoſiori ſignifi/ cato. ita oratio habens ſenſum ꝓprium & improprium ſi ſine ſpecificatione dicitur ma/ gis eſt accipienda ſecundum ſenſum proprium q̄ improprium & ideo eam ut dixi etiā in/ diſtincte potuit poſuiſſe ſenſum in quo eam intelligo declaraturus inter diſputandum. Ex quo infero ꝙ licet in propoſitiōe multiplici forte melius ſit facere ſicut ego feci in iſta determinare. ſ. ſenſum in quo ponitur q̄ ipſam indiſtincte ponere maior tamen eſt defe/ ctus in damnando indiſtincte & ſimpliciter propoſitionem ueram in ſenſu ꝓprio ꝓpter falſitatem ſenſus improprii q̄ ponendo indiſtincte illam propoſitionem propter ueritа tem ſui ſenſus proprii quod nō ſolum uolui hic annotaſſe pro iſta concluſione tantū in qua ego determinare nego modū Thome q̄ propter multas alias quæ licet habeant ſen ſum catholicum quem ſemper promiſi me declaraturum ut modo etiam declaro. dam/ nate tamen fuerunt ſimpliciter & indiſtincte. Verum ꝙ qualitercunq; ſit de mea conclu/ ſione damnationē ſuam ab errore excuſare nō poſſunt. ſic euidenter declaro hæc forma/ liter fuit ſua determinatio quia ipſe negat omnem modū adorationis latrie ad crucē. ſe/ cundum uiam catholicorum doctorum & orationem quam facit uniuerſalis eccleſia ad crucem. ideo dicimus prefatam concluſionem eſſe ſcandeloſam piarum aurium offenſi/ uam. & cōtra conſuetudinem uniuerſalis eccleſie hec preciſe fuit illorum ſententia. Pri/ mo dicant mihi ubi uidetur eis ꝙ ego negem omnem modū adorationis latrie ad crucē ſecundum uiam catholicorum doctorum: non utiq; habent hoc ex concluſione in qua ex preſſe & ſpecificate dico me negare modum Thome niſi forte quod credere non poſſum propterea ꝙ nullum alium doctorem uiderint exiſtimarēt modum Thome eſſe omnem modum. ex reſponſione item mea hoc habere non poterāt me negare omnem modum adorationis latrie ſecundum uiam catholicorum doctorum. Cum expreſſe dicam in reſ/ pōſione me eum modū cōcedere quē cōcedit Ioannes de guarra qui fuit preceptor Scoti: & ſolemnis doctor Henricus de gandauo: niſi forte & Henricum & Ioannem uelint di/

Margin notes: Primum; Secundum; Tertium; Nota; Io. de guar/ ra p̄ceptor Scoti; Henrieus d gandauo

cere non eſſe catholicos quod neceſſario ſequitur ex dictis ſuis nam cum ego eis dixerim me ſequi Henricum & Ioannem & ipſi deinde dicant me non ſequi catholicos doctores quis ex hoc nō inferat nō eſſe illos quos dixi me ſequi doctores catholicos. Quis autem hoc ferat quis equo animo patiať. Henricum & Ioannem tam preclaros tam excellētes doctores eccleſie lumina fidei propugnacula ꝓ nō catholicis & conſequenter hereticis & inſidelibus reprobari. nō poſſum nō ſtomachari aliquādo. ſed tamē me reprimā. Atten/damus autem ad ſecundū errorē. Dicunt ꝙ cōcluſio eſt ſcandaloſa & piarum auriū offenſiua & cōtra conſuetudinē uniuerſalis eccleſiæ. o dōnatiſſimū iudiciū uideant ut laqueos effugere nō poſſunt. Aut enim concluſio mea non negat niſi modū Thome modo ſupra expoſito. & tunc patet concluſionem meam nō eſſe cōtra cōſuetudinem eccleſie ut diffu/ſiſſime fuit declaratum. Aut ut ipſi uolunt negat omnem modum adorationis & negat adorandas eſſe imagines forma eccleſie conſueta & tunc concluſio nō eſt ſcandaloſa uel

Damaſce/nus

piaꝝ autium offenſiua ſed ſimpliciter heretica. Cum enim iuxta Damaſcenum honor ſe/cundū ritum eccleſie imagini exibitus perueniat ad protothypon qui modum eccleſie in adorandis imaginibus nō obſeruat ipm imaginatum & repreſentatum quod eſt deus la/tria nō adorat quare qui concluſionem hoc negantē iudicat ſcandaloſam & nō ſimplici/ter hereticam ipſe eſt ſimpliciter dicendus hereticus.

## QVESTIO QVARTA AN SVPPOSITARI A DEO POSSIT NATV/RA IRRATIONALIS.

QVatra cōcluſio damnata per iſtos eſt hæc. Nō aſſentior cōmuni ſentētie theologoꝝ dicētium poſſe deum quālibet naturam ſuppoſitare ſed de ratiōabili tantum hoc cōcedo. Per hāc cō/cluſionē ego nō itendo negare deū poſſe quamlibet naturam ſuppoſitare. Sed ſolū intendo negare aſſenſum particularē & explicitū huius aſſertiōis. Deus poteſt quālibet naturā ſuppo/ſitare & inter has duas intētiones magna eſt differentia quia etiā ſi hoc eſſet de poſſibilibus ſecūdū potentiā abſolutā dei ꝓpoſitio tamē de uirtute ſermonis ſolū negans aſſenſum poſitiuum explicitū in particulari illius dicti nō derogat oīpotētie dei de uirtute ſermonis nec de uirtute ſermonis hereſim aliquā ſapit. & ratio eſt quia nō omnis fidelis teneť aſſentiri explicite & in particulari oībus poſſibilibus ſecūdū oīpoten/tiam dei abſolutā aut iſta explicite & in particulari ꝓfiteri ſed quedā talia ſufficit credere in generali & implicite & nulla ptinaciter diſcredere. ideo ego nō ſine miſterio nō poſui cōcluſionē in iſtis terminis deus nō pōt quālibet naturā ſuppoſitare ſed in iſtis nō aſſen/tior ſententie dicenti ꝙ deus pōt quālibet naturā ſuppoſitare. Ex qua cōcluſione de uirtute ſermonis nō pōt inferri ꝙ deus hoc nō pōt. nec poteſt dici hec a me aſſeri in cōcluſio/ne nō enī in prima parte quæ eſt negatiua. nec in ſecunda ex qua ſolū ſequiť ꝙ tantū ha/beatur actus cōceſſiuus de natura ratiōabili dictincte. ſ. & in particulari. Nego igitur aſſenſum particularē & explicitum huius aſſertionis in me. deus poteſt quālibet naturā ſuppoſitare & negare poſſum ratiōabiliter. tū quia oppoſitum etiā ſi ſit uerū quia tū nobis igno

tum eſſe pōt in particulari & explicite uidet̄ ꝙ nō obligor explicite credere. tum maxime quia nō eſt facile falſificare aut cōuincere aſſertionē illā. deus nō pōt &c. oīpotentiæ dei derogantē quod maxime cōfirmat̄ auctoritate ſolēnis doctoris Henrici de gandauo qui poſtꝗ oppſitæ fuit opinionis .ꝙ .ſ. quelibet natura poſſit aſſumi. ad iſtā deinde declinauit ꝙ ſolū rationabilis poteſt aſſumi. ſic. n. ſcribit Henricus quia naturæ aſſumendæ poſſibilitate nō eſt dubitatio an deus poſſit ſibi aſſumere quācunq; naturam aſſumptibilē. ideo tota difficultas huius queſtionis uertitur circa poſſibilitatē naturæ aſſumendæ & ſunt circa hoc duæ poſitiones ſolēnes. Dicit enī poſitio cōmunior & ſolēnior. Cui qūq; aliquātulum aſſentire cōſueui ꝙ quælibet natura ſubſiſtens in creaturis pōt aſſumi & iſti tenent ꝙ aliqua natura ſit eleuabilis. cui correſpondēs potētia nō ſit eleuabilis qđ mihi nō uidet̄ poſſe rationabiliter poni. Ad cuius intellectū eſt aduertendū ꝙ deus dupliciter habet cē in creaturis. Vno modo naturaliter & modo cōgruenti naturæ alio mō uolūtarie & modo ſupergredienti limites naturæ. Primo modo habet eſſe ꝑ illapſum in omni natura & creatura. Secundo modo habet cē ſolūmodo in natura aſſumpta ꝑ circūinſeſſionē: & licet ꝑ illapſum deus ſit intimus oī creature & intimior ꝗ ipſa ſibi aut forma materie per circūinſeſſionē tñ ſit intimiſſimus oī nature aſſumpte. & intimior ꝗ inſit alicui naturæ per ſolū illapſum. Per intimationē enī circūinſeſſionis naturæ aſſumpte aſſumēs unit̄ ineffabiliter & incōprehēſibiliter naturæ aſſumpte qđ neceſſe eſt naturā aſſumptā amittere ꝓprium cē ſubſiſtētie. ſi qđ ante aſſumptionē in ea fuit. uel ſi nunꝗ ipm habuit ſubintrare eſſe ſubſiſtentie naturæ ad quā aſſumit̄ ut ſit idē ſuppoſitū ſubſiſtēs in duplici natura. Vtraq; enī illaꝝ naturaꝝ in unione eaꝝ retinet ſuū ꝓpriū eē eſſentie. ꝑ illapſum aūt deus intimatur omni creature naturaliter & modo cōgruenti nature ad duo. ſ. ad actū nature primū qui eſt cē ſtabiliendū ut pſiſtat & ad actū nature ſecundū qui eſt opari ꝓducendū ut exiſtat. Sine illo enim illapſu nō pōt creatura in cē perſiſtere. neq; ꝓpriā opationē elicere.

Quia per illapſum deuſ creaturā in cē cōſeruat & cooperādo omnē ſuā actionē ſiue operationē illi miniſtrat dicente Gregorio libro. xvi. moraliū. Super id Iob. xxiii. ipſe ſolus ē nunquid non ſunt angeli. & hoīes celū & terra: utiq;. Sed aliud eſt eē. ſ. abſolute & aliud principaliter eſſe. Sunt enim hec ſed principaliter nō ſunt quia in ſemetipſis non ſubſiſtunt. ex quo creata ſunt. cuncta quippe ex nihilo facta ſunt eorūq; eſſentia rurſum ad nihilū tenderet niſi eam auctor regiminis manu teneret. Ecce primū doctoꝝ. & ſequit̄ de ſecūdo & ſimul per ſe nec ſubſiſtere ualerent nec moueri. in tātum ſubſiſtunt inquātum ut eſſe debeant acceperūt in tātum mouent̄ inquātum occulto inſtinctu diſponunt̄. areſcit terra cōcutit̄ mare igneſcit aer obtenebreſcit celū. in ardeſcūt hoīes mouent̄ angelice uirtutes. num hec ſuis inſtinctionibus & nō magis diuinis impulſionibus agitant̄: Per circūinſeſſionē uero deus intimat̄ ſoli naturæ quā uoluntarie aſſumit ſed modo ſupnaturali. & hoc ſimiliter ad duo. ſ. ad ſublimandū naturā ad actū primum qui eſt eſſe ſubſiſtentiæ diuini ſuppoſiti. & penitētiam ad actum. ſ. qui eſt operari actum beneficū intelligendi & uolendi. Sine dicta enim circūinſeſſione nō poſſet natura in cē diuinæ ſubſiſtentie ſublimari. neq; differentiā operationū pcipere uidendo. ſ. & amādo diuinā eſſentiam modo cōgruenti creature. Sed ꝑ circcuminſeſſionē deus naturā aſſumptam ad diuinū cē ſubſiſtentie ſubleuat & ad operationē diuinā ꝓmouet & dicente. Damaſceno. li. xiii. c. xvi. caro domini deificata dicit̄ eſſe. & ideo cōi diuiduali nō ſecundū tranſmutationē nature:

Henricis de gandauo
Verba hērici
Prima poſitio quā recitat henricus
Cōtra hanc poſitōnē ar.
Deū dupliciter habere eſſe in creaturis
Intimari per illapſum
Gregorius
Eſſe
Abſolute
pricipaliter
Intimari per circūinſeſſionem
Damaſcenus

ſed ſecundum diſpenſationem unionis ſecundum quã indiuiſibiliter deo uerbo unita eſt caro per eam quæ inuicẽ naturarum circũinſeſſionẽ & ita diuina caro diuinis actiõibus ditata eſt ꝑpter ſinceriſſimã ad uerbũ unionem. ſumit ibi carnẽ ꝓ tota humana natura. Ex his arguo ſic. ſicut ſe habet deus in omni creatura ꝑ illapſum naturalem ad duas actiões

Argumentũ henrici

predictas ſupergredientes limites nature. ut iam patet ex dictis Damaſceni nec põt negari ſimile quo ad aliquid. quia ſicut illapſus inquantũ natus eſt operari in eo cui deus illabitur dicta duo ſic circũinſeſſio nata eſt quãtũ eſt ex ſe ſemper operari illa duo. Sed nulla creatura naturæ eſt ſuſceptibilis. neq; põt eſſe ſuſceptibilis illapſus dei ad ſuſcipiendũ in ſe modo congruenti naturæ primã dei operationẽ predictam quinetiã ſit ſuſceptibilis in ſe operationis ſecunde. quia nulla creatura poteſt eſſe per ſubſtantiam cui non poſſit conuenire aliqua operatio per potentiam. quia ſecundum philoſophum in fine. iiii. methaurorum. omnia opere determinãtur & ſunt ꝑpter ſuas operationes. & tãdiu ſunt q̃diu poſſunt agere ſuas proprias operationes. & cũ deſinunt poſſe operari ſuas ꝑprias operationes. tunc ſimul deſinunt eſſe. ut enim dicit Damaſcenus ibidem ca. xvii. Intellectus inſipiens & priuatus cognitione nõ utiq; erit unq̃. Si enim inoperabilis & ĩmobilis eſt inexiſtibilis omnino eſt. per hoc aperte inſinuãs ꝙ ſi nõ poſſet eleuari propter intellectum nõ eſſet aſſumptibilis ipſa ſubſtantia intellectus. nec ipſe homo. quia nec eſſet homo ſecũdũ ꝙ præmittit ibidem. Quoniam aut rationale intellectuale alias homo qualiter ergo homo actus eſt deus ſi carnem inanimatam uel animam anoin ideſt ſine intellectu aſumpſiſſet. Non hoc enim homo. ergo ſimiliter nulla creature natura eſt ſuſceptibilis. aut poſſit eſſe ſuſceptibilis circuminſeſſionis dei ad ſuſcipiendum in ſe ſupra limites naturæ primam dei operationem predictam quinetiam ſit ſuſceptibilis in ſe operatio nis ſecunde. ſecũnde autem non eſt ſuſceptibilis niſi per potentias intellectus & uoluntatis ergo &c.

Philoſophus

Damaſcenus

Auguſtinus

Idcirco licet argumentatio Auguſt. tacta in prima ratione non tenet de forma. tamen nõ fallit in aliqua materia quin ſequatur. ſi natura iſta puta hominis eſt eleuabilis ſecũdum eſſentiam quin ſit neceſſario ſimul eleuabilis ſecundum potentiam. & ſi non ſecundum potentiam. nec ſecundum eſſentiam. quemadmodum ſequitur. ſi anima ſortis eſt immortalis. & cuiuſq; hominis anima eſt immortalis. & ſi non cuiuſlibet. nec ſortis. quia eadem ratio immortalitatis uel mortalitatis eſt in omnibus. Et ideo talis argumentatio ratione materie talis bene tenet ac ſi teneret ſecũdum formam argumenti quæ reuera tenet uirtute forme habẽdo. ſ. aſpectum ad cõmunem rationem quæ cõuenit alicui nature. puta immortalitas aĩæ. Illa enim eadẽ eſt in omni anima. Videamus ergo de poſſibilitate & ĩpoſſibilitate huius aſſumptionis. Et ex parte quidẽ ut diximus nõ eſt dubitatio. Sed quia nobis incognita eſt ex parte ſuſceptibilis Idcirco nobis ẽ difficilis ĩtellectus ueritatis in dcã

Alia poſitio ab henrico recitata

queſtione. Propterea hic eſt alia poſitio a predicta licet minus ſolemnis. quia tamen magis applicabilis eſt animo licet non uideatur ita uera propter inconſuetudinem. tamen forte uerior eſt ꝙ ſcilicet nulla natura ſuſceptibilis a deo ſit dicto modo per circuminſeſſionem niſi natura intellectualis magis mihi placet. Tenendo igitur hanc opinionem ad preſens. Dico ad primum in oppoſitum incorporeã anime rationalis uel angeli & in homine naturam corporis inquãtũ ordinatur ad aĩam. ut perfectibile ad perfectionem. & in quo aĩa ſuam operationẽ intellectualem efficacius operat᷑, amota ab ipſo omni diſpoſitione accidentali impediente quã cũ eſt ſeparata ut totũ cõpoſitũ ex corpore & aĩa cum

ſua itellectiua ſit ipſum ſuſceptibile. & corpus mediante ſubſtãtia anime & in ordine ad illam ſubſtantiã anime. ut ipa eſt potentia intellectiua. ita q̃ nullo modo ſuſceptibile ſit id in quo nõ eſt potentia intellectiua. & hoc ſub potentia intellectiua compræhendendo totum id in quo principaliter conſiſtit ratio imaginis exiſtens in ſubſtantia animæ ut nihil ſit ſuſceptibile niſi ratione imaginis dei quæ eſt in illo ut per circũinſeſſionẽ uel ſecũdum ſubſtantiã & ſecundum potentiã ſimul ut in ſolo xpo uel ſecundum potentiã ſolum ut in omnibus his ipſa imago dei quaſi reimprimitur ſuo ꝓthotypo quaſi denarius figure a qua ſibi imago ſua impræſſa eſt. hinc dicit Damaſcenus in ca. ꝑdicto q̃ ſecundũ imaginem eſt in re uolẽte uolens deus uerbum factũ eſt homo imago dei eſt ſecundum intellectum. Quid autem q̃ ſecundũ imaginẽ niſi intellectus quod melius igitur derelinquens quod deterius eſt aſſumpſit. quaſi diceret nequaq̃ hoc poſſibile fieri eſt niſi ratione ordinis quem habet ad intellectũ. & loquitur cõtra illos qui poſuerũt corpus humanũ aſſumptum in chriſto abſq; omnia rationali. & cõpræhendit ſub intellectu etiã ſubſtantiam anime cuius uim & poteſtatẽ etiam in aſſumptione oſtendẽs ſubdit. Intellectus enim eſt in medio dei & carnis. huius aũt in habitator dei imago. intellectus igitur intellectui miſcetur & mediatur intellectus puritati & carnis groſſitudini. intelligo autẽ per mixtionẽ dictam unionem per circuminſeſſionẽ intellus diuini cum humano qui ſecundum tres potentias quæ ſunt memoria. intelligentia & uolũtas exiſtente ſibi unita eſſe anime unitur per circuminſeſſionem quandã trinitati perſonarum in unitate diuine nature ut ſic per ſe & proxima cauſa ſiue ratio propter quã aliquid ſit aſſumptibile a deo ſit ratio imaginis dei que non eſt niſi in ſubſtantia intellectuali. ut propter ipſam ſola ſubſtantia intellectualis ſit ſuſceptibilis. & ſecundum hoc in glorioſa aſſumptione per circũinſeſſionem qua natura diuina ſubintrat naturam aſſumptam. Imago quæ eſt natura intellectuali aſſumpta unitur intime ipſi quod eſt in natura diuina. quemadmodum ſi ceræ in qua eſt impreſſa figura ſigilli ipſum ſigillum reapplicetur ſecundũ eundem modum quo ipſum impræſſit ſubintrando omnes angulos eius quali modo nõ poſſet applicari illi in quo non fuiſſet figura ſua prius impreſſa ſed ſolummodo effigies aliqua quale eſt ueſtigiũ dei in omni creatura non intellectuali. ut ſecundũ hoc nulla natura non intellectualis niſi mediante intellectuali ſecundum dictũ modum poſſit aſſumi. Ad ſecundũ q̃ ad deum poſſit fieri aſſumptio quia in ipſo eſt ratio eſſe & ſubſiſtentie quæ eſt in natura aſſumpta. Dico q̃ uerum eſt q̃ id eſt concauſa. Niſi enim illud eſſet nihil poſſet ad deum aſſumi. ſicut nec una creatura poteſt aſſumi ad alteram. Sed hæc nõ eſt tota caſa. licet enim ſit cauſa ex parte aſſumẽtis. quia propter id ad ipſum poſſit fieri aſſumptio. non tamen ex parte aſſumptibilis in quo tota cauſa aſſumptibilitatis eſt quod eſt imago. & per hoc ſolum circuminſeſſibilis a deo & eleuabilis ad dictam unionem in diuina eſſentia in unitate perſone ſecundum dictum modum. Vnde nec aliqua cauſa finalis propter quam facienda eſſet a deo alterius naturæ aſſumptio poſſit eſſe in aſſumendo aliam naturam q̃ intellectualem. quia nõ eſt naturæ aſſumptio finaliter niſi ad illius aliquam promotionem & ꝑfectionem in ſua eleuatione qualẽ non põt habere niſi natura intellectualis. hæc Henricus quaſi ad uerbũ Non recte ergo determinatum fuit meam concluſionem de uirtute ſermonis ſapere hæræſim quæ ſolum negat poſitiuum aſſenſum contradicendi Henrico. Cuius opinionis damnationem nec ego unq̃ legi. nec credo ipſi unq̃ legerunt. Hoc ſcio q̃ nec Scotus

Damaſcenus.

Scotus
Gotfredus
Io. de guarra
Durandus

Thomas anglicus
Robertus de collotorto
Bernardus de gannaco

nec Gotfredus, nec Ioannes de guara. nec Durandus. nec Thomas anglicus. nec Robertus de collotorto. nec Bernardus de gannaco. quos omnes uidi recitãtes opinionẽ Henrici ipſam unꝗ̃ hereticã uel hereſim ſapere iudicauerunt. Quod ne ipſi etiã irrationabiliter feciſſe uideantur uolo breuiter ponere modũ ſecundum quẽ uidetur Henricus tutari poſitionem ſuã. Sunt autem due præcipue rationes cõtra Henricũ. Prima ratio in hoc ſtat ꝙ in deo eſt omnis ratio ſubſtantiandi. quia plenitudo eſt omnis eſſe. ergo uidetur ꝙ quãlibet naturam poſſit ſubſtantificare & ſuppoſitare. Secunda ratio eſt quia deus in triduo ſuppoſitauit corpus quod erat in ſepulchro quod tamẽ non erat rationabile. & ſicut ſuppoſitauit pro triduo poterat ſuppoſitare & pro quantocũꝗ uoluiſſet tẽpore. hæc ſunt duo præcipua fundamenta opinionis oppoſite. & iſta met ut uiſum eſt in recitatione opinionis eius adducit henricus contra ſe. Ad primã rationem ut uidimus reſpondet ꝙ uerum eſt ꝙ plenitudo totius eſſe eſt in deo & omnis ratio ſubſtantiandi & ſuppoſitãdi pleniſſime in eo reperiatur. Sed hæc non eſt totalis cauſa aſſumptibilitatis alicuius nature. ſed eſt concauſa. Niſi enim id eſſet aſſumẽs non poſſet aſſumere. Sed ultra hoc aliquid requiritur in aſſumẽdo per quod ſit aſſumptibile. & hoc eſt ratio imaginis & finaliter aptitudo ſupernaturalis eleuationis ad beatificã operationem. quæ cum in ſola natura intellectuali reperiatur: Cõueniẽs uidetur ꝙ ipſa ſola ſit aſſumptibilis. cum uideat᷑ rationabile ꝙ natura quæ nõ poteſt eleuari ad actũ ſecundum. non poſſit etiã eleuari ad primum. Ex qua reſponſione uidetur uelle henricus ſaluare ꝙ nihil deroget᷑ diuine omnipotentie quando quidẽ totum id quod illi in deo ponunt eſſe. tantum concludunt ipſum poſſe ſic ſuppoſitare totũ id etiam tribuit henricus deo: nec negat quin ratione eius quod requiritur ex parte aſſumentis non poſſit aſſumere quãlibet naturam pleniſſime non ſit in deo. Sed hoc dicit eſſe quia natura ipſa irrationalis nõ eſt aſſumptibilis: nõ propter defectum diuine omnipotentie: Sed potius ꝓpter diuine nature excellentiã. & irrationalis nature deformem deficientiã. Ad ſecundam rationẽ uidetur multipliciter poſſe dici. Primo eſt reſponſio henrici qui dicit ꝙ naturã iſtius corporis aſſumpſit in quantũ ad animam ordinabatur intellectualẽ. ratione cuius ordinationis etiam ipſum corpus põt dici intellectuale miniſtraliter ſcilicet & diſpoſitiue. Et ut cõpletius reſpondeatur eſt dicendũ ꝙ cum dicitur non poſſe a deo aſſumi niſi naturam intellectualem. intelligitur ꝙ nihil præter illam ſic poſſit aſſumi ꝙ ſit primo aſſumptum & totũ ac adequatum aſſumptibile. Corpus autem in triduo non ſic fuit aſſumptuum ut patet: ſed ſolum ut pars nature rationalis quæ erat totale & primo aſſumptũ. Præterea etiam ſorte diceret aliquis ꝙ non proprie dicebatur ſuppoſitari in triduo id corpus. quia non eſt natura ſuppoſitabilis ſuppoſito proprio Vnde & conſequenter dici poſſet nõ improbabiliter ꝙ terminare dependentiam nature iſtius corporis non eſt ea ſuppoſitare. alias totum terminans dependentiam uel innitentiam partis ſuppoſitaret eam quod non dicitur. & ita licet uerbum in triduo terminaret dependentiam iſtam corporis quam terminaſſet tota humanitas: uirtute cuius corpus in triduo communicabat chriſto id ydioma ſuum iacere in ſepulchro. non tamen proprie ſuppoſitabat corpus ſicut ſuppoſitaret naturam humanam. Cuius ſignum euidentiſſimũ eſt ꝙ natura iſtius corporis non cõmunicauit chriſto id ydonea corpus in triduo: ſicut naturam humana cõmunicauerat ſibi & adhuc cõicat concretiue id ydioma homo. Et ſic patet reſponſio a prædicta contra opinionem henrici qui de aliis naturis irratio//

Due ratiões contra henricum.

Solutio prime

Solutio ſecũde multiplex

Prima

Secunda

nalibus uidetur quaſi hoc dicere q̄ uerbū non poſſet eas aſſumere per circūinceſſionē aut ſuppoſitare ſuppoſitatiōe ꝑſerti habēte cām finalē. Inquit em̄ ſic ipſe. nec aliquis finis poſ ſit eſſe aſſumptionis alterius nature q̄ intellectualis. quia aſſumptio nō eſt niſi propter ꝓ motionem nature aſſumpte qualē non pōt habere niſi natura intellectualis. Vnde Augu ſtinus ſuper Ioānē. uerbū uoluit naſci ex homine ut tu ſecurus naſcereris ex deo. Vnde ui/ detur q̄ de alia natura quæ non naſcit̄ ex deo per gratiā de ea fruſtra naſceret̄ deus. Ex his patere pōt q̄ non irrationabiliter poſſum ego nō habere actum explicitū contradicē/ di huic opinioni in particulari. Et quia iſti magiſtri in hoc etiā præcipue inſtanbant q̄ ta/ les concluſiones ſaltē non diſputarentur ꝓpter ſcandalum. hoc uolo dicerere de iſta cō/ cluſione q̄ etiā ſi ſua oppoſita ſit uerior & magis ſecundū cōem uiam. tamen ſi publice di ſputetur ſcandaloſa magis erit ap̄ uulgares & piarū aurium offenſiua. Quis enim rudis & ſimplex non offendat̄ ſi audiet aliquē dicentem poſſibile eſſe q̄ iſte ꝓpoſitiones ſunt ue re. Deus eſt aſinus deus eſt lignū. Quid ſi etiam illas quas multi ſequētes prædictā opi/ nionem concedūt. deus pōt eſſe damnatus ad infernū. deus poſſet torquæri a diabolo in inferno. Diabolus pōt eſſe deus quæ licet apud multos doctos loquendo de potentia ab ſoluta nullius ſint ſcandali. tamē uulgares & ſimplices certe multomagis offenderentur q̄ ſi audiant q̄ aſinus non pōt uniri nature diuine in unitate ſuppoſiti ut dicit̄ modo de/ clarato in concluſione mea quā iſti patres dixerunt ex ui ſermonis derogare diuine om// nipotentie & per hoc ſapere hereſim. neſcio cui logice immo cui theologie innitentes. Nā dicant quæſo an ille qui dicit ſe nō aſſentiri alicui ꝓpoſitioni dicat de rigore ſermonis op poſitū iſtius concluſionis cui non aſſentit̄. Dicantq̄ utrum ualeat conſequētia. non aſſen tior aut nō habeo aſſenſum huius cōcluſionis. Papa ſedet. ergo credo iſtam. Papa non ſe det. nonne antecedens eſſet uerū in dormiente. & qui nullū omnino haberet actū in quo conſequens poſſet eſſe falſum. Præterea ſi præſens concluſio derogaret diuine omnipotē tie ſecundū ueram theologiā non ſolum ſaperet hereſim ſed heretica eſſet iudicanda īmo etiam catholicus dormiēs aut paruulus non habēs rationis uſum & qui nō haberet aſſen ſum illius ꝓpoſitionis. Deus pōt quālibet naturam creatā ſuppoſitare eſſet hereticus. aut ſaltem erraret in fide quod nemo diceret. Ex quibus patet nō eſſe rectam dānationem ip ſorum. Fuit enim hoc formaliter determinatio ſua cōſiderata reſponſione ipſius ꝓponen tis & opinione ac motiuis & rationibus henrici cuius opinioni inititur ponens cōcluſio// nem. Viſum eſt nobis præfatā concluſionē ex ui ſermonis derogare diuine omnipotentie & per hoc ſapere hereſim. Primo enim decepti ſunt q̄ cum dicerem ego me ſequi in hoc. Henricum nō intellexerunt q̄ per ꝓnomen hoc denotabā ipſam concluſionē de qua que rebant ut exponeret̄. In hoc ergo ideſt in ipſa cōcluſione ideſt in nō aſſentiendo huic. de/ us poteſt quālibet naturā &c. dixi me ſequi henricum. & nō denotaui per hoc opinionem quæ dicit: deus non poteſt quālibet naturam ſuppoſitare. Sed ipſi forte crediderunt inter unum dictum & aliud non eſſe differentiam. cum tamen ſi docti ſunt theologi ſcire debe/ ant quid interſit inter aliqd̄ poſſibile de potētia dei explicite non credere & ipm̄ explicite diſcredere. Secūdo debēt meminiſſe qd̄ ex eorū dictis ſequit̄ q̄ Hēricus ille q̄ p excellētiā doctrīe ſolēnis doctor uocat̄. mortuus ſit hereticus q̄ ut ſupra uiſū ē ī ſenectute ſua ad iſtā op. declinauit & ī ipā ꝑmāſit. q̄ nō quelibet natura a d̄o ſit ſuppoſitabil̄. tertio ſicut & ī dāna tione præcedentis concluſionis. ita & iſta qualitercūq̄ ſit de concluſiōe ipſi omnino erāt

Auguſtinus

Henricus doctor ſolen nis

quia ſi uerum eſt ut ipſi dicunt ꝙ concluſio ſit contra omnipotentiã dei.tunc cõcluſio eſt
ſimpliciter heretica.& nõ hereſim ſapiens ut ipſi dicunt. Quarto & ultimo errarũt .quia
ſi.etiam opinio henrici eſſet heretica omnino concluſio de uirtute ſermonis nõ eſſet here/
tica.quia de uirtute ſermonis nõ infert illam opinionẽ ut diffuſiſſime eſt declaratum & ta
men ipſi ſpecificate damnarunt ipſam de uirtute ſermonis.

## QVESTIO QVINTA DE MAGIA NATVRALI ET CABALA HEBREO// RVM.

QVarta concluſio per iſtos dãnata fuit hec.Nulla eſt ſciẽtia quæ
nos magis certificet de diuinitate Chriſti quã magia & cabala
Hanc concluſionẽ ego declarando dixi ꝙ inter ſcientias quæ
ita ſunt ſcientie ꝙ neq; ex modo ꝓcedendi.neq; ex ſuis princi/
piis.neq; ex ſuis cõcluſionibus innitunt᷑ reuelatis.nulla eſt quæ
nos magis certificet eo mõ quo de hoc certificare poſſunt ſciẽ/
tie humanitus inuente ꝙ̃ magia illa de qua ibi ponunt᷑ cõclu/
ſiones quæ eſt pars ſciẽtie naturalis .& pars illa cabale quæ eſt
ſcientia & nõ eſt theologia reuelata.Dixerũt iſti magiſtri ꝙ de/
claratio mea nõ erat ad ꝓpoſitum uerborũ præfate cõcluſiões
& ꝙ præfata cõcluſio de uirtute ſermonis erat falſa erronea & heretica in qua ſua damna
tiõe ꝙ ſint damnãda quæſo ſigillatim uideamus:Primo dicãt mihi quomodo eſſe poteſt
magis declaratio mea ad ꝓpoſitum uerborũ concluſionis mee.Quid enim eſt in illa de
claratione aliud ꝙ̃ explicite declarare uim ſingulorũ terminorũ in concluſione poſitorũ
Ibi enim primo exponit᷑ quid intelligã per ſcientiã cum dico nulla ſcientia.& quid ꝑ cer
tificare:quid per magiã.quid per cabalã:nec uideo ego quid ulterius reſtet declarãdum
Secundo uolo oſtendere ꝙ de uirtute ſermonis non ſolũ eſt falſa & heretica:ſed imo ſua
oppoſita eſt falſa.& ſecundũ ipſos totaliter heretica.Dicta enĩ cõcluſio eſt una negatiua
quæ exponitur diſiunctiue per tres cathegoricas ſic:Nulla ſcientia nõ reuelata &c.Alia a
Primo magia & cabala certificat de diuinitate chriſti:uel magia & cabala nõ certificant &c.uel
magia & cabala magis nos certificãt de deitate chriſti ꝙ̃ alia ſcientia nõ reuelata. Iſta ãt
diſiunctiua eſt uera & catholica:quia ſaltẽ habet unam partẽ uerã.Et ita patet iam ꝙ de
uirtute ſermonis nõ eſt falſa.ſed ꝙ ſua oppoſita ſecundũ eos ſit heretica patet.Nam oppo
Secundo ſita huius nulla ſcientia non reuelata &c.magis certificat &c.eſt iſta:Aliqua ſcientia non
reuelata magis certificat de deitate chriſti ꝙ̃ magia & cabala ad quã ſequit᷑ de uirtute ſer/
monis ꝙ magia & cabala certificãt de diuinitate xpi qđ ab eis reputat᷑ pro heretico.& ita
patet ꝙ dũ uolũt dãnare de uirtute ſermonis iſtã negatiuã.nulla ſcientia magis certificat
de diuinitate xpi ꝙ̃ magi᷑ & cabala cogunt᷑ per ſuum iudiciũ ipſemet hẽre ꝓ catholica iſtã
affirmatiuã:Magia & cabala certificat nos de diuinitate xpi.Quã aũt in ſe ſit ipſa cõclu
ſio uera ꝑfecto euidẽtiſſime põt declarari.licet enĩ nulla ſit ſciẽtia humanitus ĩuẽta q̃ nos
certificare poſſit de diuinitate chriſti.quia certificationẽ de diuinitate eius ut in præcedẽ/
ti diximus concluſione nõ habemus niſi ex modo faciendi miracula quæ fecit quæ mi//
racula & eſſe facta ab eo & eſſe taliter facta non niſi ex teſtimonio ſcripture ſcimus.Tamẽ

ſi quid ad nos poſſunt adiuuare ſcientie humane. ſicut & adiuuant in cognitione multarum ueritatū ſupernaturalium nulla eſt quæ magis nos poſſit adiuuare ꝙ magia & cabala quas diximus. Ad hoc enim ut miracula chriſti nobis ſuā teſtentur diuinitatē. oportet cognoſcere primo ꝙ non potuerunt fieri in uirtute naturali. ſed ſolum in uirtute dei. Secundo oportet ſcire ꝙ illam uirtutē a ſe habuerit chriſtus & non aliunde. In primo nulla ſcientia humana nos poteſt adiuuare magis ꝙ illa qua cognoſcunt uirtutes & actiuitates agentium naturaliū & earum applicatiões proportioneſq; ad inuicem & ad ſua paſſa naturalia & quid poſſunt uirtute propria & quid non. hoc autem inter ſcientias humanas magis cognoſcit iſta ſcientia quā ego uoco magiā naturalem de qua poſite ſunt concluſiones & illa pars cabale quæ eſt de uirtutibus corporū celeſtiū per quas quia cognoſcitur non poſſe per uirtutes naturales illa opera fieri quæ fecit chriſtus. Ideo ego inter magicas concluſiones iſtam ꝓpoſitionem poſui. Miracula chriſti non potuerūt fieri per magiam utpote illam concluſionē. ſcilicet cuius ueritas ex iſta ſcientia poſſit habere & ita patet iudicium iſtorū magiſtrorum nō bene fuiſſe magiſtrale & preſertim cum ipſi de uirtute ſermonis dānēt eā quæ eſt talis ꝙ etiā ſi ſenſus eius quē diximus nō eſſet catholicus adhuc ipſa non eſſet in ſe dānanda quia de uirtute ſermonis nō infert illum ſenſum. cum ſit propoſitio negatiua exponenda diſiunctiue per tres cathegoricas ut dictū eſt ſupra. Et ad pleniorem huius concluſionis declarationē. primo eſt ſciendū ꝙ ſicut ſupra dixi per hāc concluſionem nō intendo cōpatare magiā & cabalam ad ſcientias reuelatas. Quia nō accipio in concluſione ſcientiā generaliter. ſed pro ſcientia quæ neq; ex modo ꝓcedendi neq; ex ſuis principiis. neq; ex concluſionibus innitit reuelationi. neq; etiā in preſenti concluſione loquor de certitudine ſcientie habite ex reuelatione modo prædicto. ſed de certitudine ſcientie inuente uel acquiſite per demōſtrationē. non a priori ſed a poſteriori per effectus ſcilicet quare intendo dicere ꝙ ſi aliqua ſcientia humanitus adinuenta & nō reuelata certificet de diuinitate chriſti per miracula eius. hoc maxime facit ſciētia qua cognoſcuntur uirtutes & actiuitates agentiū naturalium & eorū applicationes adinuicem & ad ſua paſſa naturalia. & per quas cognoſcit quid poſſunt agentia naturalia uirtute ꝓpria & quid non. Nam hoc cognito uidentes deinde opera chriſti excedere gradū & terminum illorum quæ poſſunt fieri per agentia naturalia. cōcludimus neceſſario ꝙ fuerūt facta uirtute diuina quod ſcire nō poſſemus illo nō cognito. Nam ignoratis terminis potentie & uirtutis rerū naturaliū ſtat nos dubitare illa eadē opera quæ fecit chriſtus poſſe fieri per media naturalia. Cū ergo talia maxime cognoſcat illa pars cabale quæ eſt de uirtutibus corporum celeſtiū. & illa pars ſcientie naturalis. quam ego nunc uoco magiā naturalē. & plures etiam catholici doctores. ſic nominauerunt. qualitercūq; alii ipſam nominare uelint Ideo nō heretice nō ſuperſtitioſe ſed ſcientiſice. ſed ueriſſime ſed catholice dixi per talem magiā & cabalam adiuuari nos in cognoſcenda diuinitate chriſti. De iſta aūt magia naturali facit mentionē etiam ſummus theologus Gulielmus epiſcopus pariſienſis coetaneus Roberti linconienſis qui dicit ꝙ magi ꝓhibiti dicunt magi quaſi mali quia mala faciunt Magi autem naturales dicuntur magi quaſi magni quia magna faciunt & quia iſti tollerare non poterant hoc nomen magie. & tota urbe exclamabant me approbare necromantiam quam tota eccleſia damnabat. Dico iterum & iterum dico ꝙ hoc nomen magia eſt nomen equiuocum ad id quod dicitur necromātia quæ fit per pacta & ſedera

Duo requir ad hoc ut chriſti miracula ſuam nobis teſtentur diuinitatem

Nota

Gulielmus. pariſienſis

Robertus linconienſis

Magia nom̄ equiuocum.

cum demonibus & ad partem practicam ſcientie nartualis quæ nihil aliud docet ꝙ face/
re opera mirabilia mediantibus uirtutibus naturalibus per applicationem earum ad inui
cem & ad ſua paſſa naturalia. & hanc numꝙ damnauit eccleſia. nec damnare poteſt. ſed
plures eccleſiaſtici doctores & catholici eam approbauerūt & ſecuti ſunt. De hac ut dixi
tractat Guilielmus pariſienſis in ſuo de uniuerſo corporali & ſpirituali. & dicit ꝙ illa ma
gia ꝓhibita maxime abundauit in egypto: quia ibi uigebat cultus demonū. Iſta autem na
turalis in ethiopia & india. quia ibi eſt maxima copia herbarū & aliarum rerū naturaliū
habētium efficatiam in iſta naturali magia. Et alibi etiam in ſuo libro de legibus eiuſdē
ſcientie meminit eam aſſerens eſſe partē ſcientie naturalis. Hanc naturalē magiā nō eru
beſcit uir catholicus & ſanctiſſimus Albertus magnus dicere ſe fuiſſe ſecutū & experiētiis
in ea multa cōperiiſſe. Et quid oportet plura dicere. Dicant mihi iſti magiſtri utrum hoc
quod ego uoco magiā naturalem ſit res ꝓhibita aut aliquid continēs quod ſit contra fidē
hoc dicere non poſſunt etiā uolentes. At dicent in hoc te repræhendimus ꝙ eā uocas ma
giam & equiuocatione uocabuli ſcandalū facis in mētibus fidelium. Item habemus apud
doctores noſtros ꝙ omnis magia eſt ꝓhibita. ſi ergo omnis ꝓhibita ſequitur ꝙ nulla con
ceſſa. ſed tu dicis ꝙ aliqua eſt nō prohibita. ergo contradictorie ſentis ad doctores eccle/
ſie. Mira ꝑfecto eſt ruditas ſic dicentiū. Primo enim impoſitio nominū non ſit nūc a no/
bis. ſed utimur nominibus & ſignificationibus eorū ex antiquorū conſuetudine. Si ergo
ipſi hanc partē ſcientie naturalis magiā uocare uoluerūt. Quid me uis nouare nomina.
& quot illi magiam nominauerunt a me uocari geometriam uel arithmeticam. Nec ego
primus nec nouus iſtam ſcientiā uocaui magiā. ſed multi ante me & ſancti & docti uiri il
li in ius trahantur. illi damnent̄ ſi damnabile eſt iſtam ſcientiā hoc nomine nuncupari.
Quam tamē nominis impoſitionē recte fuiſſe inſtitutā. Si recte paulū conſiderauerimus
poſſumus faciliter ītelligere. Vocabulū enim hoc magus nec latinū eſt nec grecū. ſed per/
ſicum. & idem lingua perſica ſignificat quod apud nos ſapiens. Sapiētes antē apud per/
ſas idem ſunt qui apud grecos philoſophi dicunt̄ ſic uocati a pythagora qui prius dicebā
tur ſapientes. Fere enim apud diuerſas gentes diuerſis nominibus ſapientes eorū nuncu/
pabant̄. ut druides apud gallos. ꝓphetes apud hebreos uel ſenedrim. uel pharisei uel ca/
baliſte. apud indos gymnoſophiſte. apud egyptios ſacerdotes. apud grecos philoſophi.
apud perſas magi. & ſic de aliis. Sicut etiā regia dignitas peculiaria apud diuerſas natio/
nes habet nomina ut rex egyptiorū qui prius Ptolomæus. Poſtea pharao. perſarū artha/
xerſes. Romanorū Cæſar. Indorum præſtan. & eſt qui nunc corrupto uocabulo a noſtris
uulgaribus dicit̄ præſbiter Ioānes & ſic de aliis. Si ergo magia idem eſt quod ſapiētia me/
rito hanc practicā ſcientie naturalis quæ præſupponit exactā & abſolutā cognitionē om
nium rerū naturalium quaſi apicē & faſtigiū totius philoſophie peculiari & appropriato
nomine magiā ideſt ſapientiā. ſicut Romam urbē. Virgiliū poetam. Ariſtotelem philoſo/
phum dicemus appellare uoluerunt. Quod ſi hoc nomē magi ita abhorremus utiq; ne
ꝗ euangelium patienter audiemus dicens. ꝙ magi uenerunt ab oriente adoraturi chriſtū
Non erant illi magi necromātes & cum demonibus cōfederati qui hoſtē demonū. immo
dominū & de eis mox triūphaturū uenerunt adorare. Sed erant ueri ſapientes celeſtiū &
terrenarū rerum ſcientiam edocti. qui ipſam patris ſapientiā in humano corpore factam
uiſibilem coluerunt & uenerati ſunt. Hāc aūt differentiā apertiſſime dat intelligere Hie/

Guilielmus pariſienſis

Albertus magnus

Magnus nomen perſicū

Pythagoras

Druides

Prophetes

Senedrim

phariſci

Cabaliſte

Gimnoſophiſte

Sacerdotes

philoſophi

Magi

ronymus in epiſtola ad paulinũ. in qua mentionẽ faciẽs de appollonio thianeo ait. Ap/ Hieronimus
pollonius thianeus ſiue magus ut uulgus ſiue philoſophus ut pythagorici dicunt. In qui Apollonius
bus uerbis expreſſe ſignificat Hieronymus ꝙ illud quod eſt uera philoſophia a uulgari/ Thianeus
bus quãdoq; creditur eſſe illud quod ipſi appellãt magiam. Non ergo ego ſum reprehẽ/
dendus qui ex ꝓprio & uſitato modo loquẽdi non ſolũ doctoꝝ eccleſie: ſed etiam ipſius
euangelii hanc ſapientiã naturalẽ magicã uocauerim. Sed neq; ꝙ equiuocatione uocabu Nota
li ſcandalũ fecerim fidelibus: quia in cõcluſionibus meis non ſum uſus hoc nomine indi
ſtincte & equiuoce. ſed ad tollendã omnẽ cuiuſcũq; ſiniſtre opinionis occaſionẽ diſtinxi
magiam licitã ab illicita: & naturalẽ a ſupſtitioſa: declarãs quid ſit iſta naturalis & quid
poſſit & quid nõ poſſit taliter ut etiã ſimplices & rudes impiũ aliquid uel erroneum in fi
de de meis cõcluſionibus ſuſpicari nõ poſſunt in quibus magiã prohibitã omnino refel/
lens & deteſtans poſui hanc primã concluſionẽ preciſe in is uerbis. Tota magia quæ in
uſu eſt apud modernos & quã merito exterminat eccleſia nullã habet firmitatẽ. nullã ne
ritatẽ. nullũ firmamentũ. quia pendet ex manu hoſtiũ prime ueritatis poteſtatũ harũ te/
nebrarũ. quæ tenebras falſitatis male diſpoſitis intellectibus effundũt. Et poſt iſtã cõclu
ſionem pono ſecundã quæ dicit ꝙ magia naturalis eſt licita & nõ prohibita. & proteſtor
de me iſta tantũ locuturũ. quo facto quæ amplius ſuſpicio remanere poteſt aut quod ſcã
dalum fieri per equiuocationẽ huius nominis magia quã ſic diſtinxiſſe & cũ reprobatio/
ne illius ſuperſtitioſe & diabolice iſtã naturalẽ approbaſſe nõ ſolum nõ ad ſcandalũ. ſed
ad edificationem poteſt eſſe ſimplicibus. Ex quibus ego multos uidi qui audiẽtes ꝙ magi Nota
uenerunt adorare chriſtum. credentes nihil aliud ſignificare hoc nomen magos ꝙ necro
mãtes. hinc ſumunt argumentũ ꝙ magia nõ ſit prohibita: nec contra fidẽ chriſti quando
ipſum chriſtũ magie cultores primi adorauerũt. Vtile eſt ergo docuiſſe fideles ne cũ ma/
gum audiunt. demonũ cultorẽ ſemper intelligant. Et cũ audiunt apud perſas magos in
ſummo honore & reuerentia habitos ꝓpter coꝝ doctrinã & ſapientiã ſciãt philoſophos
illos fuiſſe nõ necromãtes. quos utpote populis exiciales & dãnoſos. imo peſtiferos om/
nes gentes ſemper eiectos & male habitos perſecute & deteſtate ſunt. Similiter cũ legunt Albertus
Albertũ inter experimẽta magie multũ temporis conſumpſiſſe de magia naturali. hoc in
telligant nõ de prohibita. ne exemplo tanti uiri illi ſe dedant quod illi licuit ſibi quoq; li
cere preſumẽtes. Scandala ergo tollunt nõ generãt de mentibus fideliũ noſtre magie cõ
cluſiones. Quod ſi quãdo legũt apud doctores omnẽ magiã eſſe prohibitã ſtatim utiq;
ex cauſis ꝓhibitionis intelligẽt ipſos de ea ſolũ loqui quæ habet cõmertium cũ demoni/
bus. & de naturali nihil eos intẽdere. Eſt autẽ ut dicit Hyllarius intelligentia dictoꝝ ex Hylarius
cauſis aſſumẽda dicendi. Quod ſi ad uim uerboꝝ uolunt recurrere poſſunt ſcire ex dia/
letica ꝙ negatio uel diſtributio termini multiplicis nõ negat aut diſtribuit ipſum pro om
ni ſuppoſito cuiuſlibet ſignificati copulatiue. Quare cum iſte terminus magia ſit equiuo
cus ad ſupſtitioſam & naturalẽ diſtributio addita ei nõ diſtribuet ipſum pro quolibet ſup
poſito cuiuſlibet ſignificati copulatiue. Sed ex dictis ꝙ omnis magia prohibetur habebit
ſolum ꝙ omnes ſpecies magie ſuperſtitioſe quæ omnes ſecundũ unum nomen & unam
rationem dicũtur. Nam multe ſunt prohibite. & hec omnia ſunt clara & dilucida etiã me
diocriter eruditis. Nullo ergo modo debuerunt iſtis magiſtris eſſe ſuſpecte concluſiones
mee magice. cum ſicut dixi in prima concluſione refellam omnẽ magiam prohibitam ab

eccleſia illã damnãs & deteſtatus ꝓteſtans me ſolũ loqui de magia naturali & expreſſius
per ſpecialem concluſionẽ declarans ꝙ per iſtam magicã nihil operamur niſi ſolũ actuã
do uel uniendo uirtutes naturales. Sic enim dicit concluſio.xi.concluſionũ magicarum.
Mirabilia artis magice non ſunt niſi per unionẽ & actuationẽ eorum quæ ſeminaliter &
ſeparate ſunt in natura.& idem eſt quod dixi in.xiii.concluſione ꝙ magiã operari nõ eſt
aliud ꝗ̃ maritare mundũ. Predictã autem ſpecificationẽ & reſtrictionẽ intẽtionis meæ. In
coencluſionibus magicis ad magiã naturalẽ intẽdo eſſe applicandã cuilibet concluſioni
particulari.& ita cum dico de actiuitate carecterũ & figurarũ in opere magico loquor de
uera actiuitate ſua & naturali. Patet enim ꝙ talẽ habent ſecundũ omnes philoſophos tã
in agendo ꝗ̃ in modo agendi & paciendi. Et licet ſecundũ ꝑipetheticos longe minoris
ſint actiuitatis & uirtutis ꝗ̃ ſint qualitates materiales.tamen dicerẽt pythagorici quorum
Pythagorici ego philoſophiã in concluſione.xxiiii. uoco ſecretiorẽ philoſophiã quia eſt minus nota
& minus in uſu ꝙ ſicut mathematica ſunt formaliora phyſicis.ita etiam actualiora. & ſi/
cut in ſuo eſſe minus dependẽt.ita etiã in ſuo operari.& ita ꝙ dixi de plus poſſe eoꝝ ꝗ̃uis
diſcordia pythagoricorũ & perypatheticoꝝ ſit indifferens ad fidẽ. tamen non dixi ut in
ſe & abſolute uerũ.ſed ut conſequẽs ad ſecretam philoſophiã pythagoricorũ modo præ/
dicto intelligendã.quorũ etiam ſententia eſt inter omnia mathematica.numeros ut for/
maliores.ita etiam eſſe actualiores & inter numeros impares ternariũ. Quia ſit primus
impar & primũ in unoquoq; genere eſt perfectiſſimũ in illo genere.& inter numeros pa/
res denarium qui eſt omnis numerus ut patet. Ab eo enim ultra numeramus per replica
tionem.& hoc intendebã per id quod dixi de ternario & denario in magia naturali. Nu/
meris autem etiã efficientiã & uirtutem tam ad bonũ ꝗ̃ ad malum attribuunt doctores ca
Hilarius tholici. Vnde Hilarius in cõmento ſuo ſuper pſalmos inquirendo cauſam cur pſalmorũ
ordo non ſit ſecundũ hyſtoriã.ſed ſepe pſalmus qui prius fuit compoſitus poſterior in or
dine collocatur.ſic inquit. Non eſt autem ignorandũ indiſcretũ apud hebreos eſſe nume
rum pſalmorum & ſine ordinis annotatione eſſe conſcriptos. Non enim illic primus aut
ſecundus aut tertius aut quinquageſimus aut centeſimus prenotãtur. ſed ſine preſcriptio
ne aliqua ordinis in unum permixti ſunt. Heſdras enim ut antique traditiones fuerunt.
Heſdras incompoſitos eos & pro auctorum ac tempoꝝ diuerſitate diſperſos in uolumẽ unum col
legit & retulit. Sed.lxx.ſeniores ſecundũ moyſi traditionem ad cuſtodiã legis atque do/
ctrine in ſynagoga manentes. Poſteaꝗ̃ illis a rege Anthiocho transferende ex hebreo in
grecum ſermonẽ totius legis cura mandata eſt ſpiritali & celeſti ſcientia uirtutes pſalmo
rum intelligentes in numerũ eos atque ordinem redegerunt. ſingulis quibuſq; numeris
pro efficientia ſua & abſolutione perfectis perfectorum & efficientiũ pſalmorum ordine
deputantes.hec Hylarius ad uerbum. Ex quibus apertiſſime patet ꝙ numerus uirtutẽ dat
Hieronimuſ & efficientiam. Hyeronymus quoque contra Iouinianum infauſtum dicit eſſe numerum
xx.in quo ſeruiuit Iacob & uenditus eſt Ioſeph.& quem dilexit Eſau in eo quedam mune
ra accipiens.& in eodem loco laudat denarium dicens de eius laudibus ſe ſepius dixiſſe.
Et in eodem libro capitulo octauo dicit ꝙ ideo in ſecunda die nõ fuit dictũ. & uidit deus
quoniam bonum quia binarius numerus ſit malus. Quinimmo ex numero binario ſu/
Baſilius mit argumẽtum contra bigamos & propter hoc dicit omnia animalia immũda in archã
noe bina ingredi.ſeptena autem que ſunt munda. Similia centies inuenies apud Baſiliũ.

Nazanzenū. Ambroſium. Origenem. Auguſtinum & alios. Quin rabanus inſignis doctor eccleſie de numerorū uirtutibus ſpecialē librum compoſuit. & obſeruare ubiq; ꝓprietates ipſorum numerorū inuenies ſemper eccleſiaſticos doctores. etiā quādoq; quaſi uſq; ad curioſitatē ſi dici poteſt. dum nūc ad binariū duo teſtamenta. duo cherubim. duo charitatis precepta. duas primas dignitates. duos primos populos referūt. Nūc ternarii myſteriū inſuper ſubſtantiali diuinitate in triduo ſepulchri. in tribus theologicis uirtutibus in tribus temporibus nature. legis. & gratie. in tribus ſtatibus perfectionis contēplantur. Nunc non ſine myſterio ſed ꝓpter occultā etiam ipſius numeri ꝓprietatem eſſe uolunt ꝙ xl. dies Moyſes. xl. Helias. xl. Chriſtus ieiunauerit. & per. xl. dies poſt reſurrectionē aſcēderit. & per. xl. horas fuerit apud inferos. & poſt. xl. dies Niniue quæ eſt typus figure huius mūdi ſubuertetur. & per totidē dies nocteſq; pluit ſuper terrā dominus Magnū item dicunt continere ſacramentum ꝙ in quinquagenario numero in quo ſit remiſſio peccatorum. In eodē etiam deſcenderit ſpiritus ſanctus. Et in eodem numero poſitus ſit pſalmus Miſere mei deus. quod maxime notant Hylarius & Origenes. & his per omnia multum concordāt myſteria cabaliſtarū. qui quinquagenariū numerum attribuūt ſpiritui ſancto. qui ſpiritus ſanctus apud eos etiā per ignem ſignificatur. in qua forma & in quo numero dierum deſcēdit ſuper apoſtolos. Eſtq; & apud eos ſpiritus ſanctus tertia pſona ſiue proprietas in diuinis procedēs a prima & a ſecunda quæ ſecunda dicitur ſapientia & procedit a prima & differt ab utraq; ſolū ratione ꝓceſſionis. ſicut. ſ. id quod ꝓcedit differt ab his a quibus procedit cū ſit tamen per ſubſtantiā & eſſentiā idem cū illis hec expreſſe dicunt cabaliſte quorū dicta iſti magiſtri a me cōtra iudeos allata ut ſuſpecta de fide abhominabātur. Vocant autē & eandē tertiā ꝓprietatē penitentiā quod concordāt modo dictis ut idem ſit numerus attributus ſpiritui ſancto qui & penitētie ſacramento. Vnde & illud poſſumus colligere peccatū in ſpiritū ſanctū ꝓprie peccatū eſſe impenitētie quod nō remittitur in hoc ſeculo neq; in futuro. ſed de his alias. duodenarii etiā ſecretā aliquā ꝓprietatē in. xii. tribubus iſrael. in. xii. apoſtolis. in. xii. lapidibus celeſtis Hieruſalē ſpeculātur. Credunt etiā non ſine cauſa neq; caſu in denariū numerū coincidiſſe & precepta legis. & decem cordas pſalterii. & apud hebreos ut habetur in mīdraſthillum cātores pſalmorum decem qui ſunt Adam. Abraam. Melchiſedech. Moyſes. Aſaph. Dauid. Salomō. & tres filii chore q̄uis aliter a noſtris enumerētur. & correſpondēt decem organa. i. decē inſtrumenta uel decē modi muſice quibus canātur ſic dicti apud hebreos.

. i. neſa. nieum. mizinor. ſir. thephila. beracha. alel. odaya. aſre. alleluia. quæ ego obſeruaui ſic diſtinguenda ut per primum canātur ode. Secundū idem eſt quod organū. per tertiū pſalmi. per quartū cantica per quintū orationes. Per ſextū benedictiones. Per ſeptimū laudationes. Per octauū gratiarū actiones. per nonū felicitas alicuius. per ultimū laudes dei tm̄. Addas tu & meſchil quo canūtur contēplationes & erit alleluia quaſi eiſoph nō ponēs in numerū cum aliis. Addūt & decē dies quibus poſt aſcēſum xp̄i deſcēdit ſpiritus. & decē cortinas in templo & ſimilia innumera & infinita illud dicētes ſemper ꝙ nihil caſu ſed om̄ia deus per ſuā ſapientiā ut in pondere & menſura ita in numero diſpoſuit. Taceo quot & quanta obſeruēt in nouenario ut preter Ierarchias āgeloꝝ & nouē beatitudinū gradus iuxta Matheū etiā longitudinē cubitoꝝ Og regis baſan qui typus eſt diaboli nō credāt eſſe caſualem & ſine

Nazāzenus
Ambroſius
Origenes
Auguſtinus
Rabanus
Nota de numeris
Hylarius
Origenes
Nota
Peccatū ī ſpiritū ſanctū ꝓprie qd ſit
Cātores. pſ.

myſterio. illud etiã obſeruãtes ꝙ dominus hora nona clamauit. Nõne etiam in quattuor euãgeliis: quattuor fluminibus paradiſi quattuor animabus ezechielis quaternarii perfectionem conſiderãt. & ſenarii in ſex diebus creatiõis mũdi. & in ſex etatibus ſiue ſeptima ſit futura uita. ut uult Auguſtinus ſiue octaua ut Hieronymus quin & illud nõ ꝑtermittitur ꝙ dominus ſexta feria paſſus eſt. Quid de ſeptenario cũ magna dicerẽt attentiõe dignum ꝙ die ſeptima dominus quieuit. ꝙ ſeptẽ dona ſpiritus ſancti. & in apocalipſi ſeptẽ ſignacula libri. ſeptẽ cornua. ſeptẽ oculi. ſeptẽ angeli. ſeptẽ eccleſie. ſeptẽ cãdelabra. ſeptẽ ſtelle. ſeptẽ ſpiritus nequiores: & ſeptẽ nequitie apud Salomonẽ. & ſepties in die deo canit Dauid ꝓpheta. Quartũdecimũ autẽ numerũ ita uidemus obſeruatũ a Matheo ut ad hoc ꝙ poſſet cũ ubiqꝫ in generationibus xpi retinere nõnullas etiã generatiões pretermiſerit. De medicis. de aſtrologis. de philoſophis maxime platonicis & pythagoricis nihil affero. ſed ſolũ de noſtris eccleſiaſticis doctoribus. Cũ de hoc agatur utrũ credere eſſe proprietates in numeris & uirtutes aliquas naturales aliquo modo ueritati fidei catholice repugnet. Quas cũ uideamus etiam ut dixi fortaſſe uſqꝫ ad curioſitatẽ a catholicis auctoribus obſeruatas nihil eſt amplius cur dubitemus nõ eſſe talẽ opinionẽ pro heretica reiiciẽdam. Cum ergo in cõcluſionibus meis de figuris. de numeris loquor. nõ loquor quantũ ad ſupſtitioſum uſum ſuum per pacta & conuẽtiones cũ demonibus. quia hec omnia reprobaui in prima concluſione mea. Similiter de nominibus ꝙ habeãt aliquam actiuitatẽ naturalẽ etiam notũ eſt omnibus. Quã quidẽ actiuitatẽ naturalẽ non habẽt ut ſignificatiua ſunt ad placitũ. ſed ut ſunt in ſe quedam res naturales. Ideo dixi nomina illa habere uirtutẽ in magia naturali nõ ut ſignificatiua ſunt niſi forte eſſent aliqua quibus ſignificatio eſſet naturalis. ſicut Stoici dicunt de omnibus nominibus quibus ut aduerſant̃ peripathetici. ita Plato in cratilo aſſentitur de his quæ ſunt recta impoſita. Origenes autẽ de hebraicis hoc ſentit. & ideo dicit ꝙ quedã nomina hebraica in ſacris litteris. ſicut oſanna. ſabaoth: alleluia & ſimilia fuerũt ſic reſeruata & nõ mutata in aliã linguã in qua non retinuiſſent ſuam naturalẽ ſignificationẽ & conſeqnẽter uirtutẽ. & hoc ſolũ intendebã dicere dum comparabã nomĩa ſignificatiua nõ ſignificatiuis. & nomina hebraica aliis in ſua efficacia in magia naturali &c. Volo autẽ & aliquid dicere latius de iſta cabala q̃q̃ & ſupra in prima parte apologie noſtre multa dixerimus. ſed illa forte nõ magis ab iſtis magiſtris intelligẽtur q̃ intelligãtur barbara ab eruditis. Quare & hic aliquid ſecũ hoc pariſienſi ſtilo dicemus de iſta cabala. horrendũ enim iſtis patribus uidetur hoc nomen. & ex ipſo pene ſono timendũ: ita ut forte ſint ex ipſis qui cabaliſtas nõ homines: ſed hircoceruos potius uel centaurũ uel oĩno mõſtruoſum aliquid eſſe ſuſpicẽtur. Quinimmo audi rem ridiculã cum ſemel quidã ex eis interrogaretur quid eſſet iſta Cabala reſpondit ille fuiſſe perfidũ quendã hominẽ & diabolicũ qui dictus eſt cabala: & hunc multa contra xpm ſcripſiſſe inde ſequaces eius dictos cabaliſtas. Quis queſo hic riſum teneat. Eſt ergo ſciendũ opinionẽ eſſe non ſolũ rabi eliazar. rabi moyſis de egypto. rabi ſimeon benlagis rabi iſmael. & rabi iodam. & rabi nachinan. & alioꝝ q̃pluriũ ex ſapiẽtibus hebreoꝝ. ſed noſtroꝝ etiã doctoꝝ ut infra oſtendã preter legẽ quã deus dedit moyſi in mõte & quã ille quinqꝫ libris contentã. ſcriptã reliquit. reuelatã quoqꝫ fuiſſe eidẽ moyſi ab ipo deo uerã legis expoſitionẽ cũ manifeſtatione oĩm miſterioꝝ & ſecretoꝝ quæ ſub cortice & rudi facie uerboꝝ legis cõtinerent̃. Deniqꝫ duplicẽ accepiſſe legẽ moyſen ĩ mõte litteralẽ & ſpi

Auguſtinus. Hieronimus. Stoici. Peripathetici. Plato. Origines. Stilus pariſienſis. Rabi eliazar. Rabi moyſes de egypto. Rabi ſimeõ. Rabi iſmael. Rabi iodam. R. nachinã.

ritalē. illā ſcripſiſſe & ex precepto dei populo cōicaſſe. de hac uero mandatū ei a deo: ne
ipam ſcriberet. ſed ſapiētibus ſolū qui erāt. lxx. cōicaret quos idē moyſes ex precepto dei
elegerat ad cuſtodiendā legē eiſq; itidē preciperet ne eā ſcriberēt. ſed ſucceſſoribus ſuis ui
ua uoce reuelarēt. tum & illi aliis: & ſic ordine perpetuo. Ex quo modo tradēdi iſtā ſcien/ Vnđ cabala
tiā per ſucceſſiuā. ſ. receptionē unius ab altero dicta eſt ipſa ſcientia. ſcientia cabale. quod
idē eſt quod ſciētia receptionis. quia idē ſignificat cabala apud hebreos quod apud nos
receptio. Fuerunt autē poſtea hec myſteria litteris mandata tēpore & cauſa infradicēdis
& illi libri dicti ſunt libri cabale in quibus libris multa īmo pene omnia inueniūtur cōſo
na ſidei noſtre. Fuerunt enī & ab ore dei traditi & a iudeis ante chriſtū ſcripti quo tēpore
nulla paſſione moueri poterant ad uiciandā uel corrumpendā ipſam ueritatē. Ex iſtis li/
bris & auctoribus huius ſcientie ego multas poſui cōcluſiones ad confirmationē fidei no
ſtre cōtra iudeos. quas cū iſti magiſtri ſorte nō bene cōſideraſſent ſuſpectas eſſe dixerunt
in fide & iudaicā pfidiā ſapientes. quod tamē; poſteaq̄ intellexerūt quid eſſet cabala mul/
tos ex eis puduit dixiſſe. Quod autē ita ſit ut ſupradiximus ꝙ deus Moyſi preter littera/ Nota
lem legē quā ipſe ſcripſit dederit etiā & reuelauerit myſteria in lege contēta. habeo ex no
ſtris quinq; teſtes. Eſdram. Paulum. Origenē. Hilariū & euangeliū. Primo enī habemus Eſdras
hoc ex textu Eſdre apud quem loquēs dominus ſic inquit. Reuelās reuelatus ſum ſuper Paulus
rubū. & locutus ſum Moyſi quādo populus meus ſeruiebat in egypto. & miſi eū & eduxi Origenes
eum de egypto. & adduxi eū ſuper montē ſynai. & detinebā eum apud me diebus multis Hilarius
& enarraui ei mirabilia multa. & oſtendi ei tēpoꝝ ſecreta & finē & precepi ei dicens. hec Euangeliū
in palā facies uerba & hec abſcondes. Secūdo habemus auctoritatē Origenis cuius teſti/
monium in his in quibus ab eccleſia recipit̄ eſt ualidiſſimū. quia ubi bene nemo melius.
Hic ergo ſuper illud pauli ad roma. tertio. Quid ergo āplius uideo aut quæ utilitas cir/
cunciſionis multū per omnē modū. primū quidē quia credita ſunt illis eloquia dei. Di/
cit Origenes conſiderandum eſt quia nō dixerit litteras eſſe creditas. ſed eloquia dei. Ex Origenes
quo dicto Origenis habes ꝙ preter litterale legē aliud quid traditū ſuit iudeis quod hic
uocat paulus eloquia dei. Litteras enim ideſt litteralē legē eis fuiſſe traditā nemo negat
ſed nō imputat̄ eis ad prerogatiuā. quia littera per ſe occidit. & niſi adſit ſpiritus uiuifi/
cans oīno per ſe eſt res mortua. Sed p̄ter has litteras tradita ſunt eis eloquia dei. de qui/
bus merito gloriantur. quæ nihil aliud ſunt q̄ ꝙ apud hebreos dicit̄ cabala. i. uerus legis
ſenſus ab ore dei acceptus. unde & apud hebreos quādoq; uocat̄
quod idē eſt ꝙ lex de ore nata quæ ꝑpter illā ſucceſſiuā receptionē deinde dicta fuit caba
la. Et ꝙ iſtā ſcientiā deinde Moyſes iā a deo acceptā. lxx. ſenioribus tantū cōicaret. aper/
te teſtatur Hilarius qui in expoſitione pſalmi. ii. Quare fremuerūt gētes &c. ſic ſcribit. Hilarius
erat autē iam a moyſe ante inſtitutū in omni ſinagoga. lxx. eſſe doctores. Nā idē moyſes
q̄uis ueteris teſtamēti uerba in litteris cōdidiſſet: tamē ſeparatim quedā ex occultis legis
ſecretiora myſteria. lxx. ſenioribus qui doctores deinceps manerēt ītimauerat. Cuius do/
ctrine etiā dominus ī euāgeliis meminit dicēs. Sup cathedrā moyſi ſederūt ſcribe & pha/
riſei: Oīa ergo quecūq; dixerint uobis facite & ſeruate ſecundū uero facta eoꝝ nolite fa
cere. doctrina uero eoꝝ manſit in poſterū. hec Hylarius ad uerbū. Ecce ꝙ Hylarius ex/
preſſe teſtat̄ fuiſſe p̄ter legē ſcriptā doctrinā quandā aliā ſecretiorē q̄ moyſes ipis. lxx. ſa/
piētibus ītimabat. Quod autē & iſta ſecretior & uerior de myſteriis legis expoſitio oībus

paſſim nõ publicaret̃: ſed ſolũ moyſi ſpecialiter a deo. & ab eo aliis tantũ .lxx. ſapiẽtibus fuerit reuelata. teſtat̃ etiã Origenes in loco ꝑallegato ſic dicẽs de moyſe ꝓphetiſq; & ceteris hoꝝ ſimilibus. hec intelligenda ſunt dici quibus ſunt credita eloquia dei. Adde & ſi quis apud eos ſapiẽs & intelligẽs auditor & mirabilis cõſiliarius fuit. hec Origenes. Per hos autẽ mirabiles cõſiliarios illi intelligunt̃ quos uocãt hebrei ſenedrim .i. ſeptuaginta illos ſeniores quos elegit Moyſes ex ꝓcepto domini quoꝝ locũ mihi uidẽtur tenere. Cardinales in noſtra eccl̃ia. & ad imitationẽ numeri illoꝝ .lxx. ſenioꝝ ut nũc declarabimus fuerunt redacta myſteria cabale in .lxx. libros principales tẽpore Eſdre. Vſq; enim ad tẽpus Eſdre de iſta doctrina nihil erat ſcriptũ. ſed ſolũ ut dixi per ſucceſſiuã receptionẽ tradebatur. unde cabaliſtice nomẽ accepit. Poſtq̃ autẽ a babylonica captiuitate reſtituti fuerunt per Cyrum. & ſub Zorobabel inſtauratũ fuit templũ. tũc Eſdras qui fuit prefectus ſynagoge poſtq̃ reparauit legẽ ſcriptã Moyſi & correxit teſtamẽtũ uetus. Voluit etiã ut iſta ſecreta dei eloquia quæ uſq; ad illud tẽpus ſcripta nõ fuerãt ſcriberẽtur. & hoc quia ꝓpter captiuitatẽ gentis nõ poterãt ſeruare illũ ordinẽ tradẽdi ſibi illã doctrinã per manus: & merito erat dubitandũ ne ꝓpter diſperſionẽ eoꝝ ſi nõ inueniebant̃ ſcripta tandẽ perirẽt. Statuit ergo Eſdras ut ſcriberẽtur adhibitis ad hoc ſpecialiter notariis. & quia erãt .lxx. ſeniores ſiue cõſiliarii. inter quos erat hec doctrina. iuſſit ut redigerẽtur oĩa illa ſecreta in lxx. uolumina principalia. que tamẽ deinde etiã non niſi ſapiẽtibus cõicarent̃. & hoc eſt quod apud Eſdram legitur hiis uerbis. exactis .xl. diebus locutus eſt altiſſimus dicẽs. Priora quæ ſcripſiſti in palã pone legãt digni & indigni. nouiſſimos autẽ .lxx. libros cõſeruabis ut tradas eos ſapiẽtibus de populo tuo: In his enĩ eſt uena itellectus & ſapientie fons & ſcientie flumẽ. & ſic feci. hec Eſdras ad uerbũ. habet̃ autẽ de iſto cõcilio in quo fuerunt ſcripti iſti libri mentio lata & diffuſa apud hebreos in libro qui dicit̃ Sederolã .i. liber ſeculoꝝ. ubi habet̃ qui ſederũt in cõcilio. & deniq; totius concilii geſta ex ordo. Ex quibus oĩbus ſatis patere põt nõ eſſe confictũ a me ꝙ preter legẽ ſcriptã Moyſes uerã quoq; legis expoſitionẽ a deo acceperit. & ꝙ illa deinceps per ſucceſſionẽ a Moyſe ſeptuaginta ſenioribus. & ab illis aliis ſucceſſoribus fuerit reuelata. Vnde & nomẽ accepit ut diceret̃ cabaliſtica. & tẽpore Eſdre in plures libros fuerit redacta. qui dicunt̃ libri cabale. quos ego libros ſumma ĩpenſa mihi conquiſitos. Neq; enĩ eos hebrei latinis noſtris cõicare uolunt. Cũ diligẽter perlegerim inueniẽs ibi multa. ĩmo pene oĩa cõſona fidei noſtre. Viſum eſt mihi habere poſſe chriſtianos unde iudeos ſuis telis confodiãt. cũ ab eis auctoritas cabaliſtarũ quos habẽt in magno honore & reuerẽtia negari nõ poſſit. Eſt autẽ ulterius ſciendum ꝙ iſta expoſitio biblie ꝓportionatur modo exponẽdi bibliã qui apud nos dicit̃ anagogicus. Sicut enĩ apud nos eſt quadruplex modus exponẽdi bibliã. litteralis miſticus ſiue allegoricus. tropologicus. & anagogicus. Ita eſt apud hebreos. litteralis apud eos dicitur Peſat. quẽ modũ tenent apud eos Rabi Salamõ. Chemoy & ſimiles: Allegoricus Midras. unde ſepe apud eos audies Midras ruth Midraſtillym. Midras coeleth .i. expoſitio per Midras .i. miſtica ſuper ruth. ſuper pſalmos. ſuper eccleſiaſten. & ſic de aliis. Et iſtum modũ ſequũtur maxime doctores Talmutici. Tropologicus dicit̃ ſechel. quem ſequũtur Abraã abnazara. ubi litteraliter nõ exponit & leuibẽgerſon & multi alii. & ãte oẽs Rabi Moyſes egyptius. Anagogicus dicit̃ cabala. & hoc qa illa expoſitio q̃ dicit̃ ore dei tradita moyſi & accepta ꝑ ſucceſſionẽ modo ꝓdicto quaſi ſemꝑ ſenſum ſequit̃ anagogicũ. qui

Senedrim

Sederolam

Nota

Nota

Quadruplex modus exponẽdi bibliã apud hebreos eſt ſicut & apꝫ. nos ſ. peſet.

Midras

Sechel

Cabala

etiã īter oēs eſt ſublimior & diuinior ſurſum nos ducēs a terrenis ad celeſtia a ſenſibilibus R. Salamon
ad intelligibilia. a tempalibus ad eterna: ab infimis ad ſuprema: ab humanis ad diuina: Abraam aue
a corporalibus ad ſpiritualia. Et hinc eſt ꝙ ualidiſſima inde argumenta habentur cõtra iu nazra.
deos: quia diſcordia quæ eſt īter eos & nos ut maxīe patet ex epiſtolis pauli hinc tota p̄ci/ Leuibenger
pue depēdet ꝙ ipſi ſequunt̄ litterã occidētem. nos aũt ſpiritũ uiuificantē: quod unico exē/ ſon.
plo ſufficiat nũc declaraſſe. Nã cũ eis in eis ꝓphetiis ꝓmittit̄ ꝙ meſſias eos liberabit đ cap Rabi moy/
tiuitate. & adducet in terrã ꝓmiſſionis & in hieruſalē. & in tēplo gaudebũt & cõgregabun ſes ægyptius
tur. Ipſi hec litteraliter intelligētes dici de captiuitate mũdana & de terra ꝓmiſſionis quæ Exemplum
eſt iudea terreſtris. ſimiliter de materiali ciuitate Hieruſalē & tēplo nõ poſſunt credere il/
lũ fuiſſe meſſiam per quē eiecti ſunt de illa terra ꝓmiſſionis & ciuitas deſtructa & dirutum
fuit tēplum: quod ſi uoluerint ſimul cũ cabaliſtis anagogice exponēdo ſcripturã intellige
re illa de celeſti Hieruſalē, de captiuitate ſpũali. de celeſti terra uiuētiũ cognoſcãt & conſi
teant̄ neceſſe eſt illũ uerum fuiſſe meſſiã per quē totus pene orbis de manu demonis cui p Nota
ydolatriã ſeruiebat fuit liberatus. Quē fore effectũ p̄cipuũ aduentus xp̄i ipſoꝝ cabaliſtaꝝ
firma ē opinio. Ita cognoſceret̄ eſſe de oībus aliis ſi cõcluſionũ meaꝝ cabaliſticarũ ꝓbatio
nes uiderent̄ nullũ eſſe. ſ. pene articulũ in quo nobiſcũ iudei per cabaliſtarum auctoritatē
ſentire nõ cogãtur. At ſtatim inſurgunt iſti patres & cur omēs iudei non fiunt chriſtiani &
cur Auguſtinus hieronymus & alii doctores eccleſie huius doctrine nõ meminerũt. Miror
de ſapiētia iſtorum patrũ. Et queſo dicãt mihi ipſi uera fuerint ne miracula chriſti an a no
ſtris falſo conficta. Si uera dicũt dicant & mihi: cur tunc nõ omēs iudei facti ſunt xp̄iani.
Nã etiam ſi cabaliſtas ipſos p̄ſupponamus eadē penitus ſcribere quæ Auguſtinus ſcribit.
Dubitandum tamē non eſt maioris fuiſſe efficacie miracula uiuētis xp̄i ante eorum oculos
quotidie facta q̄ auctoritatem cuiuſcũqꝫ auctoris: q̄q̄ apud eos maxime autentici. Sciãt aũt
eſſe prohibitum iudeis legere illos libros anteq̄ attigerint annũ quadrageſimũ ſue etatis.
Et ſi quando legũt & non credũt: ſicut & in xp̄m ipſum quē uiderũt non crediderũt. dico
cum Origene ꝙ facti ſunt de illis qui legũt & non intelligunt. legunt & non credunt. Ob Origenes
ſcuratũ eſt eñ inſipiens cor meũ. Et ſicut de illis eloquiis dei quæ ſupra declarauimus eſſe
iſtam cabaliſticã traditionē. dicit paulus in hunc modũ. Quid enim ſi quidã illorũ non Paulus apo/
crediderunt. nunquid incredulitas illorum fidem dei euacuauit: abſit. Eſt enim deus ue/ ſtolus
rax. omnis autem homo mendax. Ita & nos dicamus. quid ſi multi nõ credunt: nũquid il
lorum incredulitas huius ſcientie ueritatem & nobilitatē euacuat: abſit. Sunt autem maxi
me digni xp̄iani hac ſcientia: quia ſicut ipſa eſt lex ſpũalis non carnalis: ita nos ſpũales ſu
mus iſraelite. nõ carnales. Pertinet aũt lex ſpũalis ad eũ qui iuxta paulũ in abſcondito iu/
dēs eſt: nõ ad eũ qui in manifeſto. Quod aũt dicant ſe mirari doctores eccleſie de iſta do
ctrina nunq̄ feciſſe mētionē: ſatis nos ſupra oſtēdimus: & Hylariũ & Origenē & heſdrã. Hylarius
& iuxta hos Paulũ & euãgeliũ huius ſcīe meminiſſe. Eſt aũt & aduertēdum ꝙ nunq̄ inuenies Origenes
aut rariſſime doctorē aliquē ex noſtris loquor de ãtiquis. aliquē ex hebreis noīatim allegã Heſdras
tem: ſed in uniuerſali tantum uidebis dicentes. ſic dicunt hebrei. Hec eſt ſentētia hebreoꝝ
Et ego quidē non memini me hoc niſi ſemel inueniſſe apud Origenem qui allegat Huil/ Huillus
lum patriarcham coetaneum ſuum. Quare nihil mirũ ſi & auctores cabale ab eis nũq̄ au
dias noīatim allegari. Verum cum de hebreorum teſtimonio uideamus quãdoqꝫ doctores
noſtros ita confidere: ut ſicut noſter Hieronymus dicit. Cũ uolũt approbare quod dicũt

*hieronymus*
*Euſebius*
*Origenes*
*Clemens*

Euſebius maxie Origenes & Clemens:& q̃plures alii.ad hebreos ſe ſemper referant.dicẽtes.referebat mihi hebreus.audiui ab hebreo.hebreorũ iſta ſentẽtia eſt.Et ipſe Hieronymus etiã eos magiſtros uocet.dicẽs.hec eſt ſentẽtia magiſtrorũ.nihil dubitandũ eſt de doctoribus cabale eos intelligere:quod euidẽti rõne põt demõſtrari.Eſt.n.oĩs ſcola hebreorũ in tres ſectas diuiſa.In philoſophos in cabaliſtas & in Talmuticos.Talmuticos allegari ab antiqs doctoribus noſtris nõ eſt credendũ:tũ quia Clemẽs & multi alii qui hebreos allegãt fuerint ante compoſitionẽ ipſius talmut q̃ fuit poſt chriſti mortem plus q̃ per d.annos.tum quia doctrina talmutica eſt totaliter contra nos conficta ab ipſis hebreis iam contra chriſtianos pugnantibus quare illi doctrine talẽ honorem non detuliſſent noſtri ut tunc maxime aliquid dictũ ab eis firmum putareut cũ iudeorũ teſtimonio corroboratur philoſophos pariter certũ eſt eos non allegare quia & iſti qui.ſ.ſecundũ philoſophiam exponere ceperunt bibliam ceperũt a modico tempore.Primus enim fuit rabi Moyſes de egypto quo adhuc uiuente floruit Auerrois cordubenſis.nondũ autem fluxerũt trecẽti anni a morte Auerrois.Relinquitur ergo ut hec hebreorũ doctrina cui doctores catholici ex Hieronymi teſtimonio tantũ deferunt & quã a deo approbant ſit illa quã ipſimet noſtri doc.fatentur & credunt adeo Moyſi & a Moyſe per ſucceſſionẽ aliis ſapientibus fuiſſe reuelatam & eſt illa quæ ex hoc modo tradẽdi dicitur cabala quã ſepe etiã uideo a noſtris auctoribus hoc modo deſignari dicendo ut dicit ãtiqua traditio.

*Oĩs ſcola hebreoꝝ in tres ſectas diuiſa*
*Clemens*
*R.moyſes de ægypto prius cepit exponere bibliam ſecundũ philoſophiã tempore Auerrois*

*Prima & uera cabala*

Hec eſt prima & uera cabala de quã credo me primũ apud latinos explicitã feciſſe mentionem & eſt illa qua ego utor in meis cõcluſionibus quas cũ expreſſe ponã cõtra hebreos ad cõfirmationẽ fidei noſtre neſcio quomodo iſti magiſtri habere potuerũt pro ſuſpectis ĩ fide.Verum quia iſte modus tradẽdi per ſucceſſionem qui dicitur cabaliſticus uidetur cõuenire unicuiq; rei ſecrete & myſtice hinc eſt ꝙ uſurparunt hebrei ut unamquãq; ſciam quæ apud eos habeatᷣ pro ſecreta & abſcondita cabalam uocẽt & unũquodq; ſcibile quod per uiam occultam alicunde habeatur dicatur haberi per uiam cabale.

*Duas ſcientias cabale nomine hebrei honorificarunt*
*Ars raymundi*

In uniuerſali autẽ duas ſciẽtias hoc etiã nomine honorificarunt unã quæ dicitᷣ            i.ars combinandi & eſt modus quidam procedendi in ſcientiis & eſt ſimile quid ſicut apud noſtros dicitur ars Raymundi licet forte diuerſo modo procedãt. Aliam quæ eſt de uirtutibus rerum ſuperiorum quæ ſunt ſupra lunam & eſt pars magie naturalis ſuprema. Vtraq; iſtarum apud hebreos etiã dicitur cabala propter rationem iam dictam & de utraq; iſtarum etiam aliquãdo fecimus mentionem in concluſionibus noſtris.Illa enim ars combinandi eſt quam ego in concluſionibus meis uoco alphabetariam reuolutõem.Et iſta quæ eſt de uirtutibus rerũ ſuperiorum quæ uno modo poteſt capi ut pars magie naturalis.Alio modo ut res diſtincta ab eã eſt illa de qua loquor in preſenti concluſione dicens ꝙ adiuuat nos in cognitione diuinitatis chriſti ad modũ iam declaratum.& licet iſtis duabus ſcientiis nomen cabale ex primaria & propria impoſitione non conueniat.tranſumptiue tamen potuit eis applicari.

Verum ſicut cum olim magi tantum dicerenrur ſapientes necromantes deinde & diabolici uiri ſapientis ſibi falſo nomẽ uendicautes magos ſe uocauerũt.Ita & quidam apud hebreos res diuinas falſis & uanis ſuperſtitionibus polluentes:imo in rei ueritate quaſi nihil a necromãtibus differẽtes dixerũt ſe hẽre ſecreta dei noĩa & uirtutes quibus demones ligarent & miracula facerent:& chriſtum non alia uia feciſſe miracula. & iſti falſo ſibi cabaliſtarum nomen uendicauerunt dicentes artem ſuã eſſe illã uerã cabalã quã reuelauit deus

Moyſi. ſicut etiã dicunt necromãtes ꝙ illas ſuas incantatões & beſtialitates habuerũt a Salamone & ab Adam & ab Enoch & a ſimilibus. hanc autẽ falſo uocatam cabalam nõ ſolum ego non approbaui in concluſionibus meis aut ſequutus ſum: ſed expreſſe reprobaui ponẽs concluſionem ſpecialem de directo contra iſtam quæ dicit ꝙ miracula chriſti non potuerunt fieri per uiam cabalę hec ſufficiant de preſenti cõcluſione quæ ſpecialem librũ exigeret. ſi quid ſit naturalis magia quid cabala exacte uellemus declarare hic ſufficit oſtẽdiſſe nihil contineri in eis quod catholice & ortodoxe fidei repugnet.

## QVESTIO SEXTA DE EVCARISTIE SACRAMENTO.

SI TENEATVR Cõmunis uia de poſſibilitate ſuppoſitationis reſpectu cuiuſcũqʒ creature dico ꝙ ſine conuerſione ſubſtãtie panis in corpus xp̃i uel paneitatis anihilatione fieri põt ut in altari ſit corpus xp̃i ſecũdum ueritatẽ ſacramẽti quod ſit dictũ loquendo de poſſibili non de ſic eſſe. Per hanc concluſionẽ nõ intendo dicere ꝙ panis nõ cõuertatur in corpus xp̃i & ꝙ de facto ſit corpus chriſti in ſacramento de facto inſtituto a chriſto aut illius ſacramenti ueritas actualis ſit pſentialitas corporis xp̃i ad panẽ de facto aſſumptum uel ſuppoſitũ a uerbo. Iſta enim de ineſſe reicio expſſe in fine cõcluſionis ibi quod ſit dictum de poſſibili non de ſic eſſe. ubi ly poſſibile referri uolo nõ ſolũ ad dictũ precedẽs de ſuppoſitatiõe panis a xp̃o ſed ad ueritatẽ ſacramẽti eucharistie: & etiã ad ipſum ſacramẽtum: imo etiã ad preſentiam corporis xp̃i ſimul cũ pane aſſumpto: ita ꝙ forſan nõ eſſet neceſſariũ ꝙ uirtute iſtius aſſumptõnis panis a uerbo incarnato eſſet corpus xp̃i quod iã aſſumpſit de uirgine cũ pane. Sed tñ poſſibile eſt ꝙ in altari eſſet ſiľ cũ pane ſi eẽt aſſumptus a xp̃o. Loquor igiť in pñti cõcluſione de ſacramẽto poſſibili & poſſibili eius ueritate & poſſibili pñtia corpis xp̃i ſiľ cũ iſto pane aſſumptibili. Ideo miror ꝙ dãnata ſit pñs cõcluſio ꝑ erronea ex eo ꝙ predicta ſint falſa de ſacramẽto eucharistie iã inſtituto de quo dicũt me loqui: cũ tñ de poſſibili ſacramento & poſſibili eius ueritate expſſe loqui ꝓfitear in cõcluſione. Attentius igiť cõſiderẽt uerba concluſionis anteq̃ damnent cõcluſionẽ tam expſſe refellẽtem ſenſum quẽ damnant: imo cõſiderẽt ꝙ determiatio ſua male põt defendi ab errore quia ſi ſic eſſet ꝙ cõcluſio uellet ſaluare ueritatẽ ſacramẽti ſecũdum inſtitutionẽ xp̃i quã tenet eccleſia ut ipi dicunt: tũc nõ ſolũ eſt erronea ſed ſimpľr heretica. Si aũt ſenſus cõcluſiõis eſt ille p me explicatus nõ ſolũ nõ erronea in fide: ſed imo eſt erroneũ dicere oppoſitũ. Multa eñ ſunt quæ de ſic eſſe ſunt heretica quoꝝ oppoſitũ de poſſibili eſſet hereticũ ſicut dicere patrem incarnatũ de ſic eſſe eſt hereticũ patrẽ autem poſſe incarnari non ſolũ non eſt hereticũ ſed hereticũ eſt eius oppoſitũ & hec ſufficiãt pro declaratõe cõcluſionis & defenſiõe eius. Sed nos ſcolatice exercitatõis gratia relinquẽtes cõcluſionẽ meã uideamus: an hoc ſit uerũ ꝙ poſſit per alium modũ ſaluari corpus xp̃i poſſe eſſe in altari q̃ p conuerſionẽ panis in ipm. ſ. p ſuſtentationẽ paneitatis in diuino ſuppoſito una cũ hũanitate aſſumpta ita ꝙ eſſet unũ ſuppoſitũ in tribus naturis. ſ. deitate. hũanitate. & paneitate & rõne ſuppoſiti eẽt pdicatio cuiuſlibet nature in cõcretiõe ad ſuppoſitũ ſumpte & alia: & cõicatio ydiomatũ deus eſt panis & hõ &

Queſtio

e conuerſo:& chriſtus homo eſt in altari ſicut xp̄s panis eſt in altari & ſic de conſimilibus
& hoc eſſet ſacramentaliter ſiue uirtute ſacrameti ſi uirtus ad hoc eſſet data diuinitus uer/
bo ſacramentali:nec intromittamus nos utrum ad hoc ſufficeret uerbum iſtud cū predi/
Primū argu/ mentū ꝑ ꝑte affirmatiua. Dam̄.
cta uirtute hoc eſt corpus meum:uel aliquid aliud requireretur. Et primo pro parte affir/
matiua arguitur ꝙ hoc ſit tenendum quia uidetur Dam̄. hoc tenere de facto.hoc.ſ. ſacra/
mentū eſſe per aſſumptionem. Sic enim dicit & nunc interrogatus qualiter panis corpus
chriſti ſit & uinum & aqua ſanguis chriſti. Dico tibi & ego ſpiritus ſanctus ſuperueniet &
hoc facit quod eſt ſuper rationem & intellectum. Panis autem & uinum aſſumūtur & in/
fra ibidem:& quēadmodū in baptiſmate quia conſuetudo hominibus aqua lauari & oleo
ungi iugauit deus aquam & gratiam ſpiritus ſancti & fecit idem lauacrū regeneratōnis:ita
quia conſuetudo hominibus panem & uinū cōmedere & bibere iuganit eis deus deitatem
& facit ea corpus & ſanguinem eius:& infra eodem.c. loquens de hoc altaris ſacramento
carbonem uidit Eſaias carbo autem lignū ſimplex non eſt ſed unitum igni. Ita & panis cō
munionis nō panis ſimplex eſt. ſed unitus deitati. Dioniſius autem de eccleſiaſtica hierar
Dionyſius
chia tertio.c. uocat iſtud ſacramētum aſſumptionem. Quod ergo iſti doct. dicere uiden/
Pamphili. Primũ quod mouet Hieronymũ eſt ꝙ eadẽ leguntur in primo libro Euſebii il/
loꝝ ſex quæ ſcripſit pro Origene. Secundum eſt ꝙ ipſe Euſebius ſcribens uitam Pamphili
dixit ipſum nihil proprii operis ſcripſiſſe. Sic enim dicit Hieronymus in primo libro con
tra Ruffinum ad Pamachium & Marcellum. Sex libros Euſebius ceſariẽſis epiſcopus Ari
ane quondam ſignifer factionis pro Origene ſcripſit latiſſimũ & elaboratũ opus & multis
teſtimoniis approbauit Origenem iuxta ſe catholicum .i. iuxta nos Arianum eſſe horum
tu primum librum uertis ſub nomine martyris. & infra. Si iſte Phamphili liber eſt de ſex li
bris quis erit primus Euſebii. & infra. Item euſebius amator & preco & contubernalis Pã/
phili tres libros ſcripſit elegantiſſimos uitam Pamphili continẽtes in quorum tertio ſic di
cit de Pãphilo. & ipſe quidem proprii operis nihil omnino ſcripſit. exceptis epiſtolis quas
ad amicos ſorte mittebat. In tantum ſe humanitate deiecerat deſenſor Origenis & lauda
tor Pamphili dicit Pamphilum nihil omnino nec proprii quicq̃ cõdidiſſe ſermonis & hoc
dixit iam Pamphilo martyrio coronato ne habeas ſuffugium poſt editoſ ab euſebio libroſ
hoc Pamphilum ſcripſiſſe & infra. Quid facient epiſtole Theophili epiſcopi: quid Pape
Anaſtaſii in toto orbe hereticum proſequentes. Cum liber tuus ſub nomine Pamphili edi
tus pugnet contra epiſtolas eorum; & in ſecundo libro ſic ſcribit Hieronymus. Cum ante
annos ferme decem: Dexter amicus meus q prefecturã adminiſtrauit pretori me rogaſſet
ut auctorum noſtre religionis ei indicem texerem inter ceteros tractatores poſui: & hunc
librum a Pamphilo editum ita putans eſſe ut a te & tuis diſcipulis fuerat diuulgatum. Sed
cum ipſe dicat euſebius Pamphilum nihil ſcripſiſſe exceptis epiſtolis &c. Et primus liber
ſex uoluminum euſebii eadem & hiſdem uerbis contineat quæ ſub nomine Pamphili a te
ficta ſunt. perſpicuum eſt te idcirco libꝝ hũc diſſeminare uoluiſſe ut ſub perſona martyris
hereſim produceres. Cum & de ipſo quem Pamphili ſimulas multa peruerteris & aliter in
greco & aliter in latino ſit. In apologia autem ad Occeanum & Pamachium reſponſiua
in qua oſtendit ſe doctrinam Origenis & non dogma ſectatum ſic inquit de eodem li/
bro Pamphili loquens uidetur uel Didymi uel cuiuſlibet alterius fuiſſe opuſculum. Si

ſuper primo articulo.

Pamphilus martyr.

Hierony/mus

Hierony/mꝰ

Euſebius ce/ſarienſis ep̃s

Theophilus epiſcopus

Papa anaſta ſius.

concedamus ex ſuperfluo ut Pamphili ſit.ſed necdum martyris ante enim ſcripſit q̃ mar/
tyrium perpetrauit.Et quomodo inquies martyrio dignus fuit.ſ. ut martyrio deleret erro
rem.hec Hieronymus ad uerbum diuerſis in locis prout allegatum eſt de iſto libro Pam/
phili:Ruffinus aũt comprobans librum Pamphili martyris eſſe & ad Origenis facere de/
Ruffinus fenſionem in ſecũdo libro inuectiuo contra Hieronymũ poſtq̃ dixit ſic de quolibet ope/
re faciliter dici poſſe ꝙ eius nõ ſit auctoris cui aſcribitur ſic deĩde inquit. Sed ponamus ꝙ
nõ ſit martyris libellus iſte:ſed cuiuſcũq; unius de eccleſia.nũquid ſuis uerbis uſus eſt quiſ
quis ille eſt ſcriptor ut mentis cedendum uideatur auctoris.de ipſis Origenis uolumibus
ponit exempla.Et quid de ſingulis ſentiat nõ ſuis defenſoris uerbis ſed eius ipſius qui ac/
cuſabitur oſtendit.& ideo ſuperfluũ eſt de auctore queſtio ubi defenſio talis eſt quæ aſſer/
tore non egeat.hec Ruffinus.Ad ea autem quæ dicit Hieronymus reſponderet forte ali/
quis ſic pro Ruffino:primo cũ dicit Euſebium ſex libros ſcripſiſſe in quibus Origenem ꝓ/
bat Arianũ & horum primũ conuerſum a Ruffino ſub noĩe Pamphili quomodo hoc po/
teſt ſtare ꝙ liber Pamphili ſit primus Euſebii cum diuerſa omnino & pugnãtia intendant
in illis libris.Nam Euſebius per te o Hieronyme ſuis libris conare probat Origenem eſſe
Arianum:In libro aũt Pamphili nihil aliud agitur q̃ ut probetur Origenem Arianũ non
fuiſſe.Sed quecunq; hereſim Arii cõfirmãtia in eius libris inueniũtur ab ipſis Arianis qua/
lis & Euſebius fuit & multi alii fuiſſe inſerta.Diuerſus ergo oĩno ſit liber iſte ab illo neceſſe
eſt qui diuerſam pẽitus imo cõtrariã agit cauſam.Nec ſufficit ſi quis dicat illa quæ ad Aria
nam ſpectabãt hereſim de libro Euſebii fuiſſe cõmutata.Nã & quod pertinet ad alias here
ſes nõ poteſt dicere Hieronymus Euſebiũ oſtendiſſe in illis corruptos eſſe libros Origẽis:
Quia ipſemet in ſecũdo libro cõtra Ruffinũ dicit ꝙ preter id quod attinet ad filiũ & ſpiri
tum ſanctum in aliis dogmatibus Euſebius & Didimus apertiſſime in Origenis ſectam cõ
cedunt.Quare non bene poteſt intelligi quomodo eadem quæ in libro Pamphili legun
tur legi poterant in primo Euſebii niſi aliqua forte communia de Origene.& ad articulũ
huius concluſionis de quo agitur non pertinentia:nec uidetur adeo mirãdum ut miratur
Hieronymus ſimilia aliqua ſcripſiſſe Pamphilum & Euſebium qui ut ipſe dicit Hierony/
mus fuerant contubernales que potuit Euſebius uel apud Pamphilũ lecta in ſuis etiam li
bris retuliſſe uel ut fit quotidie ſimili mentis motu per ſe inueniſſe & excogitaſſe.Et hec de
primo Euſebii.Quod autem dicit Hieronymus ſcribere Euſebium in uita Pamphili ꝙ ꝓ
pter humilitatem ipſe proprii operis nihil ſcripſit exceptis epiſtolis.Et ſubdit ꝙ Euſebius
defenſor Origenis & laudator pãphili hoc dicit.Forte reſponderet Ruffinus hoc nõ mul
tum contra ſe facere.Primo quia & ille tractatulus pamphili ad epiſtole potius breuitatẽ
Primo q̃ ad iuſti libri magnitudinem declinat.Secundo quia illa breuis pro Origene apologia
Secundo nõ recte fortaſſe dici poteſt opus ꝓpriũ cũ ibi nihil dogmatizet pãphilus:imo nec queſtio
ibi de re in uniuerſum tractetur aliqua.ſed de particulari tãtũ hoĩe.i.de Origene breuiter
agatur: Fuerint libri eius corrupti nec ne:quod ſcribere nõ eſt proprii operis aliquid con/
Tertio dere:nec eſt ex ſua humilitate dogmatiſte uel auctoris nomen deuitante ſe ſubleuare.Ter
tio poſſibile eſt ꝙ ad notitiam Euſebii iſte liber non peruenerit.tum ob libri exiguitatem
tum ob auctoris quam ipſe affert humilitatem & nihil magnum ſcribentis & tenuia etiam
Quarto illa & minutula quæ ſcripſit occultantis potius q̃ oſtentãtis.Quarto dicet Ruffinus poſ
ſibile eſt etiam ꝙ Euſebius ut Ariane perfidie defenſor librum martyris qui ſuam ſectam

Origenis teſtimonio priuabat nõ occultare modo uoluerit.ſed hac etiam obliqua ſua te
ſtatione agere ut nõ eſſe pamphili a poſteris crederet̃. Quare ꝙ Hieronymus quaſi ad
corroborãdũ rationẽ ſuam dicit defenſor Origenis.dicit pamphilũ nihil ſcripſiſſe &c.
potius cõtra ipſum eſt q̃ ꝓ ipſo. Quia ex quo Euſebius Origenem nõ ut catholicũ ſed ut
Arianum defendebat merito in hoc ſicut dixi potuit eſſe ſuſpectus. Sed quid oportet in
his laborare aut quomodo oĩno põt Hieronymus ex Euſebii teſtimonio ꝓbare illam ꝓ
Origene Apologiam nõ eſſe Pamphili·cum ipſe Euſebius in libro ſexto hyſtorie eccleſia
ſtice dicat a ſancto Pamphilo martire ſcriptã eſſe apologiam ꝓ Origene.Cum aũt ſubdit
Hieronymus quid facient epiſtole Theophili epiſcopi. Quid pape Anaſtaſii & cetera.
Diceret forte Ruffinus nõ pugnare librũ pamphili cõtra primariam illoꝝ intentionem.
Fuiſſe enim illoꝝ ꝓpoſitum hereſes illas peſſimas & uenenata dogmata cuiuſcũq; eſſent
extirpare de mundo.quia hoc ad fidem ſpectabat ad religionis cõfirmationem & ſtabili
mentũ eccleſie.Origenis aũt illa eſſe ut credebat̃ a multis aut nõ eſſe parũ curaturos fuiſ
ſe religioſiſſimos pontifices. Quinimmo optabile forte illis & acceptiſſimũ fuiſſe futuꝝ
ſi certis & ualidis ꝓbari potuiſſet argumẽtis hereticas illas opiniones nõ fuiſſe ab Orige
ne creditas.quia ꝓ fide hoc faceret nõ cõtra fidem:cõtra hereticos.& non pro hereticis q
nõ parum tanti uiri & a catholicis tantũ laudati teſtimonio in nitebant̃ & errorẽ ſuũ illi
us auctoritate defendebant. Quapropter pugnaturum pamphili librũ contra illas epi/
ſtolas.ſi in illo hereſes quas illi accuſabant excuſarentur. Non aũt ſi id totis in eo agitur
uiribus ut illarum aſſertores tam bono patrono priuent̃ quẽ ſi ille proſequunt̃ epiſtole:
Certum eſt ꝙ nõ niſi ut illaꝝ creditum opinionum hereſiarcham ꝓſequuntur. Ad ea aũt
quæ in ſecundo libro affert Hieronymus ſic fortaſſe reſponderet̃. Primo cum dicit ſe etiã
aliquãdo crediſſe & ita ſcripſiſſe illũ eſſe Pamphili librum priuſq̃ apud Euſebiũ legiſſet
Pamphilũ nihil ſcripſiſſe & cætera. Ex hoc ſuo dicto forte ſic cõtra eum argumentaretur
Ruffinus:ſi lectum o Hieronyme pamphili librum pamphili eſſe aliquãdo & credidiſti
& ſcripſiſti:Dic quæſo quæ in eo legebas mendacia ne & hereſes aut hereſũ fauores eſſe
cognoſcebas an potius uera uel ueriſimilia & catholicam fidem nihil ledentia:ſi falſa &
heretica quo pacto adduci poteras ut crederes auctorem libri eſſe catholicum martyrem
de cuius teſtimonio & dictis nihil ſiniſtræ ſine flagitio ſuſpicari quis poſſet. Si uero & ca/
tholica & deniq; chriſtiano martyre digna:cur nunc ipſa damnas & cõmentitia dicis: &
ad introducendas hæreſes diſſeminata.& breuiter cur indigna martyre nũc iudicas quæ
tunc martyre digna iudicaſti.cum eadẽ ſint quæ nunc legis & quæ tunc legebas·quaſi di
camus ipſum auctoris titulũ ſecludentes:ipſa quæ ibi in defenſionẽ Origenis dicunt̃ ſecũ
dum ſe cõſideremus. Si mala ſunt cur tũc ſancti martyris eſſe iudicaſti.ſi bona cur etiam
nunc cuiuſcunq; ſint ꝓ bonis nõ acceptant̃. Præterea quomodo potes o Hieronyme di/
cere ad introducendas hæreſes me librũ diſſeminaſſe.cum in eo libro nihil aliud agatur
ut ſupra etiã dictũ eſt niſi ut heretici Origenis teſtimonio ſe corroborare nõ poſſint quod
ad euellendã facit nõ ad diſſeminandã hereſim. Præterea nõ ſolum latinus inuenit̃ iſte
liber ſed græcus. Ego Ruffinus latinum feci ex græco transferendo. Græcum quis edidit
ſi nõ pamphilus.nõ ego utiq; Ruffinus ſecundũ te qui me de inſcitia arguis græcaꝝ litte/
raꝝ librum tã græce & tam facunde ſcribere potuit ut Euſebii ſtillum æquaret. Si alius ꝓ
feratur ille reſpõdet Hieronymus ꝙ Dydimi eſt uel alicuius alterius· Inſtabit Ruffinus.

Quiſquis ſit ille alius iam nõ ego Ruffinus ſed alter huius criminis reus tenebitur. & ſi Dydimus eſt mendax ſecundũ te & deceptor eſt Dydimus præceptor tuus o Hieronyme quẽ tu & prophetam uidentem & oculũ habentem ſponſe de cantico canticoꝝ & apoſtolicum uirum in tuis libris nominaſti mendax inquam ipſe qui ipſum græcum edendo falſo pamphilo adſcripſit. nõ ego qui inuentũ græcum titulo pamphili ſub eiuſdem auctoris titulo: transferendo cõmunicaui latinis. nec mirum tibi eſſe debet ꝙ ego Dydimo in hac re crediderim cui tu in ſcripturarum explanatione credidiſti. Quod autẽ dicit ꝙ aliter in latino ſit aliter ſit in græco. Diceret Ruffinus cur locos non profers o Hieronyme male interpretatos an ideo ne me a culpa aſſerere poſſim. ſicut & tu cum Auguſtinus ad te ſcribat quædam de tua ex hebreo interpretatione damnari & locos non ponit. Dicis ideo factum ne te poſſis defendere. & ueritatẽ tuæ interpretationis comprobare. Quare quod tibi diceret Ruffinus licuit de Auguſtino. liceat & mihi quoqꝫ de te o Hieronyme ſuſpicari. hæc ſunt dicta de diſſenſione Hieronymi & Ruffini de libro Pamphili in qua ego ſicut & in aliis omnibus Hieronymi iudicium iudicio Ruffini ſemper antepono.

Nota

Secundũ quod ad poſſibilitatẽ huius affert ꝙ Origenis libri ſint corrupti hoc eſt ꝙ hoc ſimiliter uidemus accediſſe multis aliis libris catholicorum doctoꝝ. Nam Clemens apoſtoloꝝ diſcipulus qui Romanæ eccleſiæ poſt apoſtolos epiſcopus & martyr fuit libros edidit qui appellant recognitio. In quibus cũ ex pſona petri doctrina quaſi uere apoſtolica exponat. in aliquibus ita Eunomii dogma inſerit ut nullus alius ꝙ ipſe Eunomius diſputare credatur filium dei creatũ dei nihilo dicens. Item in clementis Alexandrine eccleſie preſbyteri uiri catholici inuenit ſcriptũ dei filium eſſe creatum. & in Dyoniſii Alexandrinæ urbis epiſcopi quatuor libris ubi contra Sabellum diſputat eſt Ariani dogmatis cõprobatio. & quid oportet apoſtolicos proferre uiros cum ſciamus ipſa euangelia & ipſoꝝ apoſtolorum dicta ab hereticis ſepe fuiſſe deprauata. ut maxĩe ex libro Tertuliani cõtra Marcionem cuilibet cõſtare poteſt. Quod ergo illorum contigit libris cur nõ & Origenis libris potuit contigiſſe & omnino in ſimili cauſa cur per omnia ſimilis nõ acceptat excuſatio. quæ ideo etiam de Origenis libris uidetur magis acceptanda ꝙ ipſemet uiuens adhuc de hoc in ſuis epiſtolis ut infra patebit conqueritur. corrumpi. ſ. & dæprauari ab hereticiſ libros ſuos. Quod ſi hoc ꝓ impoſſibili habet Hieronymus illud aſſerens ꝙ ſic quicquid in libris omniũ reperitur: ab aliis dici poſſit eſſe corruptum. & ꝙ difficile eſt omnia exemplaria poſſe uiciari. Neſcio quo pacto ipe reſpondere poterit Eunomianis cõprobantibus dogma ſuum teſtimonio clementis apoſtoloꝝ diſcipuli in quibus inuenitur expreſſe ſcriptũ filiũ dei eſſe creatum. Nam ſi ipe ad hec recurrerit corruptos libros clementis ab ipſis hereticis ipſius Hieronymi uerbis hoc arguent eſſe impoſſibile. illa & ipſi dicentes ſic. ſ. quicquid reperit in libris omnium ab aliis corruptum dici poſſe: & impoſſibile eſſe omnia exemplaria eſſe corrupta. Quare forte cauendũ eſt nedum hereticũ omnino facere uolumus Origenem hereticos apoſtolos hereticoſqꝫ apoſtolorum diſcipulos eſſe faciamus. Nam cum nihil minus deteſtãdæ & execrandæ hereſes non minus impia dogmata in illorum inueniantur libris quam in libris Origenis non uideo. Cur non uel ſimiliter accuſentur uel excuſentur ſimiliter. Hieronymus autem de libris Clementis & aliorum corruptione his uerbis reſpondet. & quomodo inquies in libris eorum uicioſa non nulla ſunt ſi me cauſa uiciorum neſcire.

Clemens diſcipulus apoſtolorum
Eunomii error
Clemẽs alexandrinæ eccleſiæ preſbiter
Dyoniſius eps alex.
Tertullianus contra Marcionem

reſpondero non ſtatim illos hereticos iudicabo. Fieri enim poteſt ut uel ſimpliciter erra/uerint uel alio ſenſu ſcripſerint uel a librariis imperitis eorum paulatim ſcripta corrupta ſint uel innocenter quedam & minus caute loquuti ſint. & quæ nõ poſſint peruerſorum hominum calumniam declinare. Huic autem Hieronymi reſponſioni ſic forte reſpõde/ret Ruffinus ut ſi nõ ꝑpterea ꝙ in eorum libris uitioſa nõ nulla ſunt etiam ſi cauſas ui/ciorum neſcias non ſtatim uis illos hereticos iudicare. Cur uiſis aliquibus in Origenis li bro uicioſis quibus etiam alibi ipſum legis contradicentem Origenẽ ſtatim hereticũ iudi cas quæ eſt cauſa diſſimilitudinis maxime cum & in Origene eam ingenii ſublimitatẽ cũ fidei zelum tale ac tantum ſcripturarum ſtudium & tu noueris fuiſſe & ſcripſeris & predi caueris ut nõ in merito in codicibus undecunqꝫ potius q̃ in mente eius uicium fuiſſe ſuſpi cari poſſis. Preterea ſicut fieri potuit ſecundũ te ut illi uel ſimpliciter errauerint uel alio ſenſu ſcripſerint uel innocenter & minus caute loquuti ſint. Cur non fieri potuit ſimiliter ut Origenes: uel ſimpliciter errauerit uel alio ſenſu ſcripſerit. ut contendit Dydimus. uel innocenter & minus caute loquutus ſit quedam quæ non poſſunt peruerſorum hominũ calumniam declinare. Et ſicut a librariis imperitis dicis potuiſſe illorum ſcripta corrum/pi cur nõ ſimiliter uel ab imperitis librariis uel a pfidis hereticis ſcripta Origenis potue/runt corrumpi omnino diſſimilitudinis cauſa nõ apparet. Refert etiam Ruffinus ꝙ liber Hilarii confeſſoris poſt ariminenſem ſynodum fuit falſatus ab hereticis. & ꝙ ob hãc cau ſam cum in concilio epiſcoporum ei quæſtio moueretur ꝓferri librum de domo ſua iuſ/ſit qui neſciente ſe in ſcriniis ſuis hereticus tenebatur. & dicit ꝙ cum prolatus fuiſſet & ab omnibus hereticus iudicatus auctor libri Hilarius excõmunicatus diſceſſerit de concilio. Hoc eſſe falſum & fictum in calumniam Hilarii dicit Hieronymus nihil aliud afferens ſed uerum fuerit nec ne non bene ſciri poteſt nec multum ad Origenis attinet defenſio/nem. Hoc eſt uerum quot Ruffinus hoc de Hilario recitaturus hec uerba præfatur. Et ne quid aperte credulitati deſit res adhuc quæ ſunt memoriæ noſtræ retaxam quo teſtimo//nii ueritas neminem lateat: Quare uel uerum fuit uel magna fuit Ruffini impudẽtia in re tam recentis memoriæ apertum mendacium & nouam texere fabellam. Sed ſiue uerũ ſit ſiue falſum non uidetur in Hilarii calumniam uel fictum uel recitatum. quia potius il los qui Hilarii librum deprauauerunt q̃ ipſum Hilarum calumniatur. quem innocentẽ hereſis fuiſſe & iniuſte excõmunicatum & ſubdole deceptum atteſtatur. Poſt hæc recitat Ruffinus ꝙ Tertuliani liber cuius eſt titulus de trinitate ſub nomine Cipriani martyris Conſtantinopoli a Macedonianæ partis hereticis legebatur. Hieronymus dicit ꝙ nec li ber eſt Tertuliani. nec dicitur Cypriani ſed Nouatiani. neuter eorum aliud pro ſe affert niſi ꝙ Hieronymus dicit ꝙ auctoris eloquium ſtili ꝓprietatem demonſtrat. Quamq̃ & in multis ſepe eſt deprehendere ſimilem ſtili faciem & tenorem. Sed hec nihil ad Orige/nem. Ipſe autem Ruffinus hoc idem oſtendit accidiſſe Hieronymo quod & libris Orige nis. refert enim ꝙ cum a Damaſo Romane urbis epiſcopo ei tradite fuiſſent eccleſiaſtice epiſtole dictã de Appollinariſte Athanaſii librum ubi dominicus homo ſcriptum erat ad legendum acceptum ita corruperunt ut in libro id quod eraſerant rurſus ſcriberent. ſcili cet ut non ab illis falſatum ſed a Hieronymo additum putaretur. Et aduerte ꝙ Hiero//nymus in hac parte Ruffino reſpondens cum dicat mihi mea ingeritur fabella. uerum

Dydimus

Hilarius

Ariminẽſis ſynodus

Tertulianus

Ciprianus

Damaſus ro. urbis eps

Nota

tamen fuiſſe non negat: ſed in fine ſic dicit fieri poteſt Ruffine ut etiam ſi a me uerum au
diſti alius qui huius rei ignarus eſt dicat a te eſſe compoſitum & fictum. Tertium quod ueriſi
Nota orige/ nis uerba
mile facit libros Origenis fuiſſe corruptos eſt quod de hoc ipſe uiuens conqueſtus eſt. Extat enim
in libro quarto Origenis epiſtola eius ad quoſdam caros ſuos in Alexandria in qua con/
queritur his uerbis. Sed nihil mirum mihi uidetur ſi adulteretur doctrina mea ab inimi/
cis. & tali adulterio corrumpatur quali adulterio corrupta eſt epiſtola Pauli apoſtoli Qui
dam enim ſub nomine Pauli falſam epiſtolam conſcripſerunt ut conturbarent Theſſalo/
nicenſes quaſi inſtaret dies domini & ſeducerent eos propter hanc ergo epiſtolam in ſe/
cunda epiſtola quam ad Theſſalonicenſes ſcribit hec dixit. Rogamus autem uos fratres
per aduentum domini noſtri Ieſu chriſti & noſtre congregationis in ipſum ut non cito mo
ueamini a ſenſu ueſtro neque terre animi neque per ſpiritum neque per uerbum neque per epiſto
lam tanquam per nos miſſam quaſi inſtet dies domini. nemo uos ſeducat ullo modo talia er
go quedam uideo accidere nobis. Nam quidam auctor hereſeos. cum ſub preſentia mul/
torum habita fuiſſet diſputatio noſtra accipiens ſcripta ab his qui deſcripſerant codicem
quæ uoluit addidit. & quæ uoluit abſtulit & quæ ei uiſum eſt permutauit & circumfert tam/
quam ex nomine noſtro inſultans & oſtendens ea quæ ipſe conſcripſit pro quibus indignan/
tes fratres qui in paleſtina ſunt miſerunt ad me Athenas hominem. qui acciperet a me ipſa
auctentica explanaria quod ne relectum quidem uel recenſitum a me antea fuerat. Sed ita
neglectum iacebat ut uix inueniri potuerit. miſi tamen & ſub deo teſte loquor: quoniam
cum conueniſſem illum ipſum qui adulterauerat librum. quare hoc feciſſet uelut ſatiſfa/
ciens mihi reſpondit quoniam magis ornare uolui diſputationem atque purgare ipſam. Vi/
Marcion. Apelles.
dete quali purgatione diſputationem noſtram purgauit tali nempe quali purgatione Mar
cion purgauit euangelia uel apoſtolum uel qualis ſucceſſor eius poſt eum Apelles. Nam ſi
cut illi ſubuerterunt ſcripturarum ueritatem ſic iſte ſublatis quæ uere dicta ſunt ob noſtri
criminationem inſeruit quæ falſa ſunt. Hec ad uerbum in Origenis epiſtola leguntur. quod
ſi uiuente ipſo non dubitabant heretici eius libros corrumpere. Quanto magis creden/
dum eſt hoc ipſos auſos fuiſſe poſt eius mortem. Conqueritur autem & de alio quodam
heretico in epheſo qui conferabat multa falſa tanquam ſua. & extat etiam in alia eius epiſto/
la de ſuorum librorum falſitate querimonia. Quartum quod eiuſdem rei maxime fidem
facit quod. ſ. heretica illa Origenis non ſint ſed ab hereticis inſerta eſt quod de illis eiuſdem in/
uenitur alibi Origenes pie & catholice determinare. Ex quo ſi illa heretica Origenis ſunt
Apologia Pamphili
ſibi ipſi contradicet. Locos autem ubi catholice agit de illis plurimos eſt uidere in apolo
gia Pamphili. & hoc eſt quod dicit Ruffinus quod non eſt curandum de nomine auctoris il/
lius libri quoniam illa defenſio cuiuſcunque ſit per ſe ualida eſt cum ex uerbis & dictis pro
priis ipſius Origenis de eius catholico & orthodoxo dogmate fidem faciat. Et per hoc etiam
uidetur ſatiſfieri cuidam dicto Hieronymi contra Ruffinum. Nam cum Ruffinus hoc idem
diceret pie. ſ. & catholice de illis alibi ab Origene determinatum ſic inquit contra eum Vbi
eſt illa fiducia qua inflatis buccis creberrime perſonabas te quæ in aliis libris Origenis le/
geras emendaſſe in libris periarchon. Et non aliena. ſed ſua reddidiſſe ſuis. De tanta li/
brorum ſilua fruticem ac ſurculum proferre non potes. Reſponderet enim forte Ruffinus
non oportere ſe de ea ſirculos proferre de qua iam Pamphilus multas protulerat integras

arbores. Locos enim illos copioſiſſime recitat Pamphilus & illo iã preſuppoſito hoc agit Ruffinus in libello ſuo quem Pamphili libro ſuperaddit. ut oſtendat unde hoc ꝓuenerit ꝙ in libris Origenis cõtradictoria inueniantur aſſignatq; illam cauſam de ſalſaone ꝑ hereticos. Quintum quod & multum facit ad aſſerẽdũ hoc ꝙ hereſes ille nõ ſunt de mẽte Origenis eſt ꝙ ex teſtimonio multorum quibus merito tenemur ſidem adhibere habemus Origenẽ in pricipalibus opinionibus in quibus erraſſe dicit catholice ſenſiſſe. Duo enim ſunt principales hereſes quæ Origeni obiciũtur. Prima eſt de trinitate ꝙ male. ſ. de filio & peius de ſpiritu ſancto ſenſerit. Secunda eſt de ſalute diaboli. quod. ſ. pena eius & infernale ſupplicium nõ ſit eternum futurum ſed ab eo ſit aliquando liberandus. Ex qua uidentur multe alie dependere eidem aſſcripte illa. ſ. ꝙ pro ſalute iſtoꝝ ſaluãdorum dẽmonum iterum in ſublimiori elemento ſit crucifigẽdus chriſtus. & illa ꝙ omnia reſtituẽda ſunt in unum. & illa ꝙ diabolus penitere poſſit. & illa ꝙ pena damnatoꝝ non ſit eterna. De iſtis autem duabus hereſibus ꝙ nõ fuerunt de mente Origenis uident eſſe euidentia argumenta. Nam de trinitate non ſolum Dydimus quo preceptore tantum gloriatur Hieronymus dicit catholice ſenſiſſe Origenem. idq; propriis in periarchon editis cõmẽtariis comprobauit. Sed & Athanaſius defenſor niceni cõcilii libris propriis cõtra Arianos uoce clara teſtem ſidei ſue hunc uirum uocauit. & Methodium legimus penituiſſe ꝙ Origenem damnaſſet dicitq; eum tandem inuentum nihil male credentem de ſancta trinitate. Quinnimmo ipſiuſmet Origenis habemus dicta de trinitate a catholica fide nihil diſcrepantia. nam ſuper illud Pauli ad Romanos & ſpiritus adiuuat infirmitatẽ noſtram expreſſe tenet ſpiritum ſanctum nõ eſſe creaturam & ſuper illud qui etiam ꝓprio filio nõ pepercit ſed pro nobis omnibus tradidit illum quomodo nõ etiam cũ illo omnia donauit hec Origenes exponens dicit. Nihil enim eſt neq; uiſibilis neq; inuiſibilis creature quod filio poſſit adequari. nullo enim pacto creatori ſuo poteſt creatura conferri. & ſi creator ipe donatus eſt nobis quomodo nõ cum ipo nobis omnis creatura donabitur & infra ſuper illud Pauli qui eſt ſuper omnia deus benedictus. ſic inquit Origenes. Chriſtum aliud ſecundum carnem eſſe. aliud ſecundũ ſpiritum iam & in prioribus huius ipius epiſtole partibus deſignauit ubi dicit qui factus eſt ex ſemine Dauid ſecũdum carnem qui deſtinatus eſt filius dei in uirtute ſecundum ſpiritũ ſanctificationis & quomodo ſecũdum ſpiritum filius dei ſit & ſecundum carnem filius Dauid ibi plenius expoſuimus pro uiribus quem ergo ibi ſecundum ſpiritum filiũ dei dixit hic ꝓcedente doctrina ordine ꝑficientibus utpote auditoribus deum qui eſt ſuper omnia ipſum eſſe ꝓnunciat & miror quomodo quidam legentes ꝙ idem apoſtolus in aliis dixit. Vnus deus pater ex quo omnia & unus dominus Ieſus chriſtus ꝑ quem omnia negent filium dei deum debere ꝓfiteri. ne duos deos ꝓfiteri & dicere uideãtur & quid de hoc loco apoſtoli facient in quo aperte chriſtus per quẽ omnia ſuper omnia deus eſſe deſcribitur. Sed non aduertunt q hoc ita ſentiunt quia ſicut dominum Ieſum chriſtum nõ ita unum eſſe dominum dixit ut ex hoc deus pater dominus nõ dicatur. ita & deum patrem non ita dixit eſſe unum deũ ut deus filius nõ credat. Vera eſt enim ſcriptura quæ dicit. Scitote ꝙ dominus ipe eſt deus. Vnus autem uterq; eſt deus quia non eſt aliud filio diuinitatis initiũ ꝙ pater ſed ipſius unius paterni fontis ſicut ſapientia dicit puriſſima eſt manatio filius ergo eſt xp̃s deus ſup omnia quæ oĩa illa ſine dubio quæ & paulo ante diximus ſuper principatus & ptãtes & uirtutes

Due pricipales hereſes ꝙ origeni attribuuntur

Propria heresi ꝙ ei obicit defenſio.

Dydimus.

Athanaſius

Methodius.

Nota

Origenis uerba

& omne nomen quod nominat̃ non ſolum in hoc ſeculo ſed etiam in futuro. Qui autẽ ſuper omnia eſt ſup ſe neminem habet nõ enim poſt partẽ eſt ipſe ſed de patre: hoc idem autem ſapientia dei etiã de ſpiritu ſancto intelligi debet. ubi dicit̃. Spiritus domini repleuit orbem terraꝝ & hoc quod continet oĩa ſcientiam habet uocis. ſi ergo filius dei ſup oĩa dicit̃ & ſpiritus ſanctus cõtinere oĩa memorat̃. Deus autem pater eſt ex quo oĩa. & ſic euidenter oſtenditur natura trinitatis & ſubſtãtia una quæ eſt ſup oĩa. hec Origenes ad uerbum. & alibi ſuper illud Pauli quõ autem predicabunt niſi mittant̃. ſic inquit. Sunt enim nõ nulli qui annunciãt quidem & predicãt de patre & filio & ſpiritu ſancto ſed nõ ſincere nõ integre ut ſunt omnes heretici qui patrẽ quidẽ & filium & ſpiritũ ſanctũ annunciãt ſed nõ bene neq; fideliter annunciant. Aut enim male ſeparant filium a patre. ut alterius nature patrem alterius filiũ dicant. aut male cõfundunt. ut ex tribus cõpoſitum deum uel trine tantũmodo appellationis faciant. qui autem bene bona annunciãt ꝓprietates quidem patri & filio & ſpiritui ſancto ſuas cuiq; dabunt. nihil autem diuerſitatis eſſe confitebunt̃ in ſubſtantia uel natura. hec Origenes: Quibus uerbis quid magis catholicũ quid magis expreſſum neceſſe eſt igitur ſicubi aliter ſcriptum inueniatur in libris Origenis. nõ Origenis eſſe illud ſed hereticoꝝ qui per librorum corruptionem patronum habere uoluerunt Origenem erroris ſui. De ſecunda autem hereſi tam euidens extat teſtimonium ut meo iudicio male negare poſſit. Nam in epiſtola propria ipſe Origenes etiam ſecundum Hieronymi traductionem qui illius epiſtole mentionem facit expreſſe negat dyabolum poſſe aliquando ſaluari. dicitq; ꝙ nec mente quis captus hoc poteſt dicere. Præterea ꝙ etiã extat dialogus inter origenẽ & candidum ualẽtiniani dogmatis ſactatorem. qui ſentire & ſupra illud Pauli nunquid ſic offenderũt ut caderẽt ſic dicit Origenes hunc caſum reſpiciens Paulus de quo dixit chriſtus quia uidebã ſathanam ſicut fulgur cecidiſſe de celo negat cecidiſſe iſrael. Illoꝝ enim uel in fine ſeculi conuerſio erit tunc cũ plenitudo ſubintrauerit omnis iſrael ſaluus fiet. Iſtius autẽ qui de celo cecidiſſe dicitur nec in fine ſeculi erit ulla cõuerſio. hec Origenes. Qđ ẽt illa quæ ei imponit̃ hereſis ꝙ ſpũs non intelligit filium & filius nõ intelligit patrẽ falſo ei imponet̃. patet ex his quæ ipſe dicit ſuper illud Pauli. O altitudo diuiciaꝝ ſapientiæ & ſcientiæ dei. Sic enĩ inquit hãc altitudinẽ dei inſcrutabilem dicit omni creature de filio uero & ſpiritu ſancto dicere iſta nõ poterat quia filius in euangelio dicit ad patrem. Pater omnia mea tua ſunt & tua mea. & de ſpiritu ſancto ipſe Paulus ꝓnunciat dicens. Nemo ſcit hominũ quæ ſunt hominis niſi ſpiritus hominis qui in ipſo eſt. ita & quæ in deo ſunt nemo cognouit niſi ſpiritus dei. Quin ergo dicit Paulus. quis nouit ſenſum domini de creaturis dicit naturã uero trinitatis excepit hæc Origenes. Reſtare uidet̃ una hereſis Origeni attributa. ſ. in opinionibus de aĩa ꝙ fuerint ab eterno create & de celo delabant̃ in corpora & de anima ſcribit quidẽ ipſe Origenes in cõmentariis ſuper epiſtolã Pauli ad Titum ſe nihil poſſe determinati ex eccleſiaſtico dogmate accipere niſi ꝙ omnes anime ſunt eiuſdem ſpeciei ꝙ ſunt libere uoluntatis ꝙ ſunt rationabiles ꝙ ſunt ĩmortales ꝙ a deo create & ꝙ penas habiture pro malis & premia ꝓ bonis. hæc tantum dicit ſe affirmare de anima. Quia de his in ſcripturis euidẽtia habeantur teſtimonia. In cæteris autem de anima queſtionibus dicere ſe ꝙ magis ſibi ꝓbabile uidetur: & inquiſitiue non determinatiue procedere. quia determinatum nihil de

Nota

Pro ſecũda hereſi que ei dẽ obicit̃ defenſio

Ipſemet origenes negat & cõtrarium aſſerit

Dialogus Origenis

Pro hereſi de aĩaꝝ creatione obiecta defenſio:

illis in eccleſiaſtico habeatur dogmate. Id aũt quod magis uiſum eſt Origeni fuiſſe ꝙ eſ/ ſent ante corpora create in celis uiuentes conſentiunt concordit omnes. & Ruffinus in apologia ad Aneſtaſiũ romane urbis epiſcopũ poſtꝙ̄ tres retulit opiniones de anima in fine ſic iquit. Ego uero cum hæc ſingula legerim deo teſte dico ꝙ uſqꝫ ad præſens certi uel definiti aliquid de hac queſtione nõ teneo ſed deo relinquo ſcire quid ſit in uero: & ſi cui ipſe reuelare dignabitur. ego tamen hæc ſingula legiſſe me nõ nego. & adhuc ignorare cõ fiteor: præter hoc quod manifeſte tradit eccleſia deũ eſſe & animarũ & corporum condi/ torem. In libro etiam Pamphili non negatur Origenẽ illi adheſiſſe opiniõi ſed ſic in eius ſcribitur defenſionem. Nunc uero cum diuerſitas ſit apud eccleſiaſticos & alii alia de ani ma ſentiãt. & omnes diuerſa quomodo hic magis ꝙ̄ cæteri incuſandus eſt. Tum poſt hæc uerba recitantur opiniones de anima quæ tunc erant inter quas & illa quæ nunc tenetur a catholicis & cum oſtenſum eſt manifeſtas pro illis probationes ex ſcripturis ſacris ad// hiberi non poſſe accidereqꝫ & illarum auctoribus magnas difficultates in fine ſic conclu/ ditur. Quod autem ex his omnibus oſtendi uolumus illud eſt ꝙ ſicut eos qui unã quam libet de his quas ſupra expoſuimus opinionem uerã putant. non recta ratione hereticos quis uocat pro eo ꝙ neqꝫ ex diuinis ſcripturis certi aliquid de his uel manifeſti dictum eſſe uideatur. neqꝫ in prædicatione eccleſiaſtica putatur contineri. Ita neqꝫ hunc uirum culpa ri iuſtum eſt differentem quod ſibi magis eſt uiſum. hæc ibi. Ego autem ex omnibus ſupra dictis duas infero propoſitiones. Prima eſt quod ſi Origenes & de trinitate & de demo// num ſalute catholice ſenſit ut magnis uidetur comprobatum teſtimoniis ob erroneã de anima opinionem eius conuincere non poſſumus damnationem. Quia Origenes non omnia tenebatur ſuo tempore explicitæ de anima credere quæ nos nunc tenemur quia nec in ſcriptura habebantur manifeſta. nec per eccleſiam ut poſtea fuit tunc fuerat deter/ minatum. Immo non ſolum tempore Origenis ſed etiam tempore Auguſtini: qui per du centos annos poſt Origenem fuit adhuc fuerat poſt per catholicos. ideſt per uniuerſa// lem eccleſiam de anima aliquid determinatũ. Nam ipſe Auguſtinus dubius erat in opi// nione de anima ut patet ex eius epiſtola ad Hieronymum. an. ſcilicet ſingule ſingulis. crearentur ut tunc tenet ortodoxa traditio. Ex qua opinione uidebatur Auguſtino ſequi ꝙ deus eſſet iniuſtus. an ex illa una quæ facta eſt in Adã a deo. Alie deinde ſicut corpus ex corpore ita anime ex anima fuerit pro pagate. nec credas ſolum in iuuentute de hac re du bitaſſe Auguſtinum. Quia & in primo libro retractationũ qui fuit de ultimis de hac quæ ſtione dubitat. Sic enim ſcribit in primo ſine controuerſia ergo quedam originalis regio beatitudinis animi deus eſt. qui eum quidem non de ſe ipſo genuit. ſed de nulla re alia cõ didit ſicut condidit corpus de terra. Nam qđ attinet ad eius originem qua ſit in corpore utrum de illo uno ſit qui primũ creatus quando factus eſt homo in animam uiuentẽ an ſimiliter fiant ſingulis ſingule. nec tunc ſciebam nec adhuc ſcio. hæc Auguſtinus ad uer/ bum. Ex quo patet euidenter propter erroneam opinionem de anima prædictam hereti/ cum nullo modo poſſe dici origenem. Secunda propoſitio quam dico eſt hæc. quod ſi uerum eſt quod Thomas in quolibetis dicit ut in ſeptimo articulo defenſionis Orige// genis patebit latius. & bona dicit theologia non obligari nos de neceſſitate ſalutis cre/ dere non ſolum eccleſie doctoribus ſicut Hieronimus ſicut Auguſtinus & ſimiles ſed ne qꝫ ipſi eccleſie niſi in his quæ ad ſubſtantiam fidei pertinent adiunxerimuſqꝫ iſta ad ſub/

Ruffinus

Pamphili liber.

Prima pro/ poſitio.

Auguſtinus: poſt origenẽ per. cc. ãnos fuit & etiam dubius i opi/ nione de a// nime creatio ne.

Secũda pro/ poſitio

Sãctus Tho/ mas.

ſtantiã fidei nihil ꝑtinere utrũ illarũ hereſũ auctor fuerit Origenes. aut aliquis alius mõ hereſes illas hereſes eẽ ideſt ipſa fateamur dogmata Videt̃ ſequi ꝙ nõ teneat̃ hõ fidelis & uere xp̃ianus de neceſſitate ſalutis in hac quæſtiõe potius Hieronymo ẽt qđ ad ipũm magis declinet eccleſia ꝙ̃ athanaſio dydimo. Methodio Ruffino. Cuius & fides ẽt pſecutõis hereticorũ tp̃e in ſancta Alexãdrina eccleſia carceribus & exiliis dicit̃ ꝓbata immo ipſius met Origenis dictis credere eo maxime ꝙ & in multis aliis quæ ẽt ad fidei ſubſtantiã magis ptinẽt Hieronimũ nõ approbamus. Sicut in materia de cerimonialibꝫ & ſicut ẽt Hieronimo piũ eſt nõ credere ubi Ambroſii cõmẽtaria in lucã nugas uocat. & ip̃m Ambroſiũ nũc coruũ nũc corniculã appellat. Et ubi eiuſdẽ de ſpiritu ſancto librũ dãnans dicit ſe de græcis bonis uidiſſe latina nõ bona. & ubi baſiliũ magnũ de ſupbia taxat. & ubi in epiſtolis Auguſtini dicit ſe quædã heretica legiſſe: ita forte. & in hoc ꝙ potius uelit illa quæ Origenẽ demõſtrat catholicũ eẽ ficta & adulterata ꝙ̃ illa quæ eũ cõprobant hereticũ ei penitus nõ adherere. nec impiũ eſt nec fidei apparet pnitioſum ad quã uidet̃ potius cõfirmandã facere Origenis patrociniũ & teſtimoniũ adimere hereticis ꝙ̃ ad infirmãdã iuxta illđ qđ in Pãphili libro his uerbis ſcribit̃. illud cõtẽplari debuerãt quãtã ridẽdi materiã quãtãq; hereticis ꝑbeãt: cũ eos quos aſſertores xp̃iani dogmatis & defenſores putãt confutari nũc uideãt & refelli a ꝓpriis & uelut ciuili bello gaudeãt ĩpugnatã quẽ ipſi hoſtiliter ĩpugnare nõ poterãt. Fuerũt aũt & ex ꝓbatis doctoribus eccl̃ie ẽt Hieronimo poſterioribus qui ĩ hac fuerũt ſñia ꝙ hereſes ille nõ fuerint de mẽte Origenis. ſed ei falſo aſcripte ab hereticis. Vñ Aymo unus ex nobilibꝫ & antiquis doctoribus eccl̃ie in libro de xp̃ianarũ rerũ memoria ſic dicit. Ego ſane de origene uiro tã illuſtri abſtinẽtiſſimo uitæ & caſtiſſime præclare doctrine puri & lucidi ſermonis ſalua fide patrũ dixerim ꝙ hæc oĩa nõ ſcripſerit ſed ab hereticis ob ꝑclarũ nomẽ eius ofuſcãdũ maligne cõficta ſunt & cõſcripta & noĩ ſuo ꝑtitulata. hæc ille ad uerbũ. hæc dicta ſunt de pr̃io articulo examinãdo & inquirẽdo utrum fuerint heretice ille opiniões Origenis nec ne qua in re ſicut in aliis oĩbus eccleſie iudiciũ aliorũ oĩum iudicio & rõnibus ſemper añpono. Pro ſecũdo articulo uidet̃ rõnabilius iõ excuſandus Origenes ꝙ ſi qd ſcripſit qđ a catholicis nõ acceptet̃ in illis ſcribendis. neq; dogmatice neq; aſſertiue. ſed dubitatiue ſemꝑ & inquiſitiue ꝓcedit. quare ſicut licet in Auguſtini libris ſup geneſim multa ſint quæ nõ acceptant̃ tñ ꝓpterea excuſant̃ a nobis ꝙ ut ipſemet dicit in libro retractationũ plura in eo libro ſunt queſita ꝙ̃ inuẽta ita & multa eẽ pñt in libris Origenis reprobãda & dãnãda quæ quia ipſe nõ determinãdo ſed inquirendo dixit nõ ꝓpterea hereticus eſt dicẽdus qñ hereſis aſſertũ ꝓprie dicit dogma cõtra expſſam uel ſcripture ueritatẽ uel eccleſie determinationẽ. ꝙ aũt ſic ſemꝑ locutus ſit Origenes ex multis patet locis. Nã & poſt diſputationẽ de aĩa inquit. hæc iuxta noſtrã ſñiam nõ ſint dogmata ſed quæſita tm̃ atq; ꝓiecta ne penitus intractata uiderent̃. & alibi loquẽs de reſurrectiõe inquit. Si hæc nõ ſunt cõtraria fidei & cætera. & ĩfra triplex ergo ſuſpicio nobis de fine ſuggerit̃ e quibus quæ uera & melior ſit lector inquirat tũ tres ſubiũgit opiniões de reſurrectiõe & in ꝑfatione librorũ in geneſim inquit. Si ꝓfũdũ aliqd occurrerit de hoc dicendũ quidẽ eſt ſed nõ tñ affirmatiue & ĩfra. nos de rebus magnis quæ ſupra nos ſũt ignorantiã noſtri nõ ignoramus. & ſup epiſtola ad romanos libro ſecundo. hæc ea lege dicta ſint a nobis ut ſi qui melius & rõnabilius dixerint illa magis ꝙ̃ hæc noſtra, teneant̃. Et libro. iiii. hæc prout potuimus in locis tã arduis & tã difficilibꝫ ꝓlata. ſi quis ſorte aĩ noſtri

Hieronymus contra Ambroſium.

Magnus Baſilius

Aymõis uerba in teſtimonium origenis.

Pro ſecundo articulo.

Auguſtinus.

Hereſis proprie

Nota.

Verba Origenis

ſtudium conſideret ampleĉti poterit. ſi uero infirmitatẽ ſenſus noſtri notare uelit ueniam petimus & ei qui melius de his diſſerere uel explanare potuerit libenter cedimus & alalibi. Probet autem qui legit qd horum magis ſenſui conueniat apoſtolico & illud teneat. & libro quinto hæc interī nobis in pſenti loco occurrere potuerũt. Si quis aũt melius aliquid ſenſerit nõ pigeat his obmiſſis illa reſpicere. & quid plura legat̃ liber periarchon. uidebimus illũ hoc ordine ꝓcedere ꝙ primo ponit illa quæ ſibi expſſe uidebant̃ in ſcripturis eẽ determinata & in illis nihil aberat ab eccl'ia. Alia dicit ſibi eẽ dubia & de illis uelle inquirere de oĩbus aſſerẽs illã ſolũ recipiẽdã eẽ ueritatẽ quæ in nullo apoſtolicis & eccl'iaſticis dogmatis aduerſet̃. Pro tertio articulo qui eſt quaſi cõfirmatio ſecũdi dico iſtã ꝓpoſitionẽ ꝙ ſi ſit aliquis habẽs erroneã opinionẽ de rebus fidei adhuc ꝑ eccl'iam nõ determinatis mõ in uolũtate eius nulla ſit macula ſed firmũ ꝓpoſitũ de illis credere ſemꝑ cõſone ſcripture & eccl'ie. ille nec peccat mortaliter nec hereticus ꝓprie eſt dicẽdus. Ex qua ꝓpoſitione ſequit̃ correlarie poſſibile eẽ ꝙ opinari aliquã opinionẽ aliquo tẽpore ſit peccatũ mortale qd̃ nõ erit alio tpe. & hoc eſt quia põt quis ſine ptinacia credere aliquid uno tpe qd̃ alio tpe nõ crederet ſine ptinatia utputa poſt determinationẽ eccleſie. aut ſacre ſcripture dilucidatõnẽ. de oppoſito credit atteſtat̃ ſñia oĩum doĉtorũ dicẽtiũ ꝙ nõ pciſe error intelleĉtus facit hominẽ hereticũ ſed oportet ꝙ ſit malitia & puerſitas ĩ uolũtate. Ideo dicebat Augu. errare poſſum hereticus eẽ nõ poſſum. Cõfirmat̃ hoc ex determinatiõe uniuerſalis eccleſie quæ multos canonizauit qui tñ uſq; ad mortẽ perſeuerauerũt in erroneis opinionibus de fide. & deinde per eccleſiã ꝓ hereticis reprobatis quas opiniones nuſq̃ legit̃ ab illis fuiſſe retraĉtatas. Tales fuerũt Papias eps hieropolitanus. Viĉtorinus piĉtauẽſis. Hireneus lugdunẽſis Beatus Ciprianus & multi alii quos ſcimus erraſſe in fide & eorũ opiniones pro hereticis cõdẽnatas. & tñ ipſi habent̃ in canone ſanĉtoꝝ ex quo ſequit̃ ut neceſſario dicẽdũ ſit ꝙ uel illi etiã ꝙ deceſſerint in illis opinionibus erroneis in fide nõ tñ deceſſerint in peccato mortali. uel ꝙ eccleſia errauerit in eoꝝ canonizatiõe qd̃ ſi dixerint ut etiã dixit quidã ex his qui me impugnabãt. reſpoõdẽs ꝙ illi forte nõ errant bñ canonizati iã nõ ego ſed ipſi ſentiũt cõtra determinationẽ uniuerſalis eccleſie. Ex hac aũt ꝓpoſitõne infere ad ꝓpoſitũ Origenis ſic. ꝙ dato ẽt ꝙ origenes multas & plurimas habuerit opiniones erroneas in fide hoc pciſe ſi in uolũtate eius nulla fuit macula aliquo mõ nõ põt eſſe argumẽtũ ꝙ aĩa eius ſit dãnata. Vt ſic arguat̃ aut quãtũcũq; magnus error de quibuſcũq; rebus fidei ſit in ĩtelleĉtu alicuius mõ ĩ uolũtate nl'la ſit macula nõ ĩpedit ſalutẽ eius aut quãtũcũq; paruus & đ q̃cũq; re ſit ĩpedit aut aliquis ĩpedit & aliqs ñ ĩpedit. ſi q̃tũcũq; magnus ſit nõ ĩpedit. ergo ẽt ꝙ Origenes & ĩ mľtis errauerit & ĩ principalioribꝰ illa tñ ſi fuit uolũtas eius bñ diſpoſita & nullo mõ maculata nihil ĩpediuit eius ſalutẽ. & ita q uolũt cõuincere dãnationẽ eius nõ ſufficit ꝙ oſtẽdãt errores eius & pſeuerãtiã ĩ eis. Sed oportet ꝙ oſtẽdãt pſeuerãtiã. cũ ptinatia aut negligẽtia uel alia malicia uolũtatis. ſi quãtũcũq; paruus ſufficit. ergo error de rebaptizãdis hereticis debuit ĩpediri ſalutẽ Cypriani & hereſis illorũ qui dicunt̃ chiliaſte debuit impedire ſalutẽ Papiæ qui fuit auĉtor illius hereſis & cum illa deceſſit. & ſi ſic ergo male ab eccleſia fuerũt canonizati. ſi aliquis ĩpedit & aliquis non. dicant oportet qui ſunt illi errores qui impediunt & qui nõ. & ubi unq̃ inuenit̃ faĉta iſta diſtinĉtio ab eccleſia ut uerbigratia dicat̃ habere errorẽ in his quæ pertinent ad talem uel talẽ articulum etiam ſi ſit præciſe debilitas & defeĉtus intelleĉtus & non ſit ali/

Liber periacon.

Pro tertio articulo.

Nota hãc ꝓpoſitionem.

Correlariũ

Auguſtinus.

Confirmatõ

Papias hieropolitanus epiſcopus.

Viĉtorinus piĉtauienſis.

Hireneus lugdunenſis

Beatus Cipiranus.

Nota.

Chiliaſte heretici.

qua peruerſitas nec negligentia. nec pertinatia nec quæcũq; alia malicia in uoluntate eſt peccatum mortale. habere aũt errorem in his quæ ad talẽ uel talem materiam pertinent non eſt peccatũ mortale niſi ſit in uoluntate defectus & ſi non inueniat̃ facta talis diſtinctio aut ab eccleſia aut a doctoribus nec uideat̃ fieri poſſe rationabiliter apparet nõ ualere dictũ quorundam dicentiũ aliam eſſe rationem de Cypriano & Papia & ſimilibus & alia de Origene quia Origenes errauit in principalibus. nam q̃tũcunq; magnus ſit error

Obiectio

modo ſit ſolũ error in intellectu & in uoluntate nulla ſit malitia nõ uidet̃ ꝙ taliter errãs peccet mortaliter. qua ꝓpter cũ talẽ maliciã in uoluntate Origenis nõ legamus fuiſſe. dato ꝙ ẽt in principalibus fidei miſteriis errauerit grauiſſimo errore & merito p eccl'am dãnato nõ põt conuinci ipſum eſſe dãnatũ in ſe anima ſua. qd' ſi quis dicat multos eſſe gradus propoſitionũ credendarũ præter iſtum gradũ ꝓpoſitionũ ſcilicet determinatarum per eccleſiam & ꝙ etiã ſi nõ ſit pertinacia. ſignũ tamẽ eſt pertinaciæ aſſerere aliqua quorum oppoſita teneť aſſerens explicita fide tenere. & credere & ꝙ nõ ſolũ culpabilis eſt mortaliter error ꝓpter pertinaciã ſed etiã quandoq; culpat̃ propter negligẽtiam inquirendi ueritatẽ quæ negligentia nõ eſt pertinacia ſaltem ꝓprie dicta. uidet̃ ad hoc rationabiliter poſſe reſponderi. Primo ꝙ Origenes de negligẽtia inquirendi in hoc ueritatẽ culpari nõ põt qa ut bene dicit Hieronymus in perſcrutatiõe ſcripturarũ diebus ſudauit & noctibus. Secundo ꝙ in nullo errauit Origenes qd' ipſe tunc ſi teneret̃ explicita fide credere ꝙ oppoſitũ aſſerens nõ dogmatice ſed ut ſibi ꝓbabilius uiſum eſt hereticus dici poſſit & hoc euidẽter probo ex dicto quodã ipſius Hieronymi ſupra allegato. Vbi em̃ Hieronymus dicit ꝙ ẽt ſi in clementinis apoſtolorũ diſcipuli & aliorũ talium inueniant̃ aliqua uicioſa nõ tamẽ propterea iſtos ſtatim hereticos iudicaret. Subiungit quadruplicẽ cãm Primo ꝙ potuerũt libri eſſe corrupti. Secũdo ꝙ alio ſenſu ſcripſerit. Tertio ꝙ ſimpliciter errauerint. Quarto ꝙ minus caute locuti ſint. in quibus uerbis debemus aduertere ꝙ dato ꝙ liber clementis in quo dicit filiũ dei eſſe creaturã nõ ſit deprauatus. & dato ꝙ auctor aliũ ſenſum non intenderit adhuc ſtatim Clemẽs nõ eſt iudicandus hereticus. quia potuit ſimpliciter erraſſe. Quid eſt ergo ſimpliciter erraſſe niſi erraſſe ex intellectus defectu & erroneo rationis iudicio & non ex malicia uel peruerſitate uoluntatis ꝙ ſi in illa hereſi ꝙ filius ſit creatura quæ eſt maxima etiã quæ obiiciat̃ Origeni põt quis ſimpliciter errare quia nõ ſtet de ipſa adhuc alia eccleſie determinatio uel per maiorẽ ſcripturã dilucidationẽ certior uerificatio in qua demũ fieri nõ poterit & ſi tunc illud Clemẽs nõ tenebat̃ ſub pena peccati mortalis explicita fide credere quid poſſumus dicere obligatũ fuiſſe Origenẽ credere explicite de his in quibus dicit̃ erraſſe. Notandũ eſt aũt ꝙ quia hereſis eſſe põt & in uerbis male & inordinate ꝓlatis ut dicit Augu. & in ſenſu. Ideo dans Hieronymus modũ excuſandi qui in utroq; errauerit cõiunctim uel diuiſim ex ſolo intellectus & nõ uoluntatis defectu dicit uel minus caute locutũ fuiſſe & hoc ſi in uerbis appareat hereſis ul' ſimpliciter erraſſe & hoc ſi ſenſus hereticus ſit a ſimplici & recta uolũtate ſed a debili & errãte ĩtellectu ꝓlatus & bene notãda & pẽſitãda ſunt illa uerba Hieronymi. q̃ in eis utile & ſanũ de heretica ptinatia dogma recte fũdat̃. Pro quarto articulo qdã dicẽtes Origenẽ penituiſſe allegãt plãctũ Origẽis. ſed iſte liber apocriphus reputat̃ ut habet̃ in de. xv. di. Ego ãt teſtimoniũ allego ipſius Hie. ꝙ ꝓ apocripho hẽri nõ p̃t q expſſe origenẽ de erroribꝰ ſuis penituiſſe teſtat̃ qd' nõ ideo affero qa hoc ſit neceſſariũ rõnabiliter ad credẽdã Origenis ſalutẽ

Prima reſpõſio obiectionis

Secunda

Nota. Auguſtinus. Hieronymus

Pro quarto articulo.

Liber apochriphus Hieronymus

ut patebit in ſequenti articulo. ſed quia iſti magiſtri nun̄q̄ clamare deſtiterunt oſtendo tibi Origenē erraſſe. oſtendas tu mihi eum penituiſſe nun̄q̄ hoc oſtendes nūq̄ inuenies ſcriptum Origenē penituiſſe de his quæ ſcripſit. Audiāt ergo reuerendi patres Hieronymum ipſum cuius auctoritate Origenē fulminant in apologia ſua ad Pamachriū & Occeanum in qua ſe oſtendit doctrinā Origenis nō dogma ſectatum. Poſtq̄ Origenis recitauit errores hæc uerba ſubiungentē ipſe Origenes in epiſtola quā ſcribit ad Fabianū Romane urbis epiſcopum penitentiā agit cur talia ſcripſit & cauſas temeritatis in Ambro: refert q̄ ſecreto edita in publicū protulerit. Hæc Hieronymus ad uerbū. Quid clarius quid expreſſius, quomodo iam aut qua fronte dicere poſſunt nuſq̄ inueniri q̄ Origenes penituerit. Dicam autē & quia incurrit quid mihi his diebus cum duobus ex his qui hanc concluſionem damnabāt in ſimili propoſito contigerit. Cum enim ego ut Origenē de pertinacia defenderem cuidam multū inſiſtenti determinatū ab eccleſia Origenē pro pertinacia in anima damnatū: dicerem ex grecis haberi hiſtoriis Origenis dogmata poſt mortem eius poſt multos annos fuiſſe damnata remiſiſſemq; illum ſi libros domi nō habebat ad Epiſcopum Tragurienſem uirū non minus doctrina & moribus q̄ ſua dignitate præſtantem apud quem ego grecū librum uideram in quo de conciliis multa erant aggregata dixit ille bonus pater quid me ad grecos remittis quem ſcis grecas litteras penitus ignorare. petamus inquit latinas. nonne habemus faſciculū temporum qui de his rebus elegantiſſime tractat. afferatur dixi ego iſte faſciculus q̄q̄ ſubiunxi. Si mihi quaſi hoc faſciculo ſuppoſito ignem ut heretico pares abigam ego te protinus & tuum faſciculū in malam crucem. neq; enim illi ulla fides excanduit ille ac ſi trinitatē blaſſemaſſem ne excandeſcas in q̄, afferatur faſciculus. nec me quaſi ſolutis faſcibus iam uelis cædere. allatus eſt & in eo de Origene hæc legimus Origenes doctor egregius ac ſanctitate uitæ incomparabilis clariſſimus in eccleſia dei & poſt pauca in fine dicit Grandis labirintus a diuerſis texitur de Sanſone. Salamone traiano & iſto Origene an uidelicet ſaluati ſint an non quæ quia ſine periculo neſciuntur nec etiā eccleſia certificata eſt de his domino totaliter cōmittenda ſunt. hæc bonus faſciculus. Quibus lectis cum audiſſet ille de damnatione Origenis nō eſſe certificatam eccleſiam mirum ut expalluit & apud quem probatiſſimorū faſces nihil poterant potuit tantum iſte faſciculus ut ſententiā illico cōmutarit. Sequenti die compellans me accrius quidam alius manu ſatis grādem geſtans librum. Quomodo inquit aut qua omnino uia audes tu ab eterno ignis ſupplicio Origenē defendere: ecce ego tibi oſtēdam cui non poteris teſtimonio contradicere qui dicit Origenem non poſſe defendi. Producas dixi ego uenerabilis homo. ſi habes tuos teſtes. tum inquit ille. hic eſt teſtis quidam magnus & nomen ſubiunxit. ego uero nomen uolo ſubticere. Cuius hi ſunt ſermones & p̄dicatiōes: tūc ego quos mihi affers ſermones quas nugas. nugas ille r̄ndit iam excandeſcens totus. nugas iniquā in q̄bus ēt in iſta materia ſi de ea habet ſermonē (abſit eñ ut ego ſimilia unq̄ legerim) niſi exp̄ſſiſſimus aliquis īueniat error. Iā uolo tecū Origenes caput Ixiōis rota p̄ſtringere. Impatiēs & iā ille & bili exæſtuans ap̄it librū & legere incipit furēs uoce altiſſima. Feria quarta ſermo. xi. de origeniſtis. tū in p̄ſequutione eoꝝ q̄ ſcripta erāt ad ſingula uerba exclamabat. Hic ne error. & ecce dū ſic ad Stentoris īuidiā uociferatur hæc legit in libro ſcripta deniq; Hieronymus ſex milia librorum Origenis legiſſe ſe fatetur. & dum ſtatim perlecto hoc iterū clamat hic ne error. hic inq̄ error. & quidem

Fabianus papa.
Ambroſius

Nota faceſtiam

Epiſcopus traguriensis.

Nota aliam.

epl̄a 32. p̄ p. epl̄

magnus.hic apertũ mendacium hic falſitas expræſſa & ut compeſcerẽ illico hominem iu
beo afferri epiſtolas Hieronymi:& ſtatim accurrens ad ſecundũ librum inuectiuum con
tra Ruſinum oſtendendo ei Hieronymũ Ruffino dicenti Epiphanium Papã iactare ſe le
giſſe ſex milia librorũ Origenis his uerbis reſpondentẽ. De ſex milibus autẽ libris quos
Epiphanius Papa
ab eo lectos eſſe confingis quis credet aut te uerũ dicere aut illum potuiſſe mentiri.Si enĩ
Origines ſex milia ſcripſiſſet libros poterat fieri ut uir eruditus & ab infantia ſacris litte/
ris inſtitutus pro curioſitate & ſcientia legiſſet aliena.Quod uero ille nõ ſcripſit quomo
do legere potuit.numera indicẽ librorum eius qui in tertio uolumine Euſebii in quo ſcri/
pſit uitam Pamphili continent᷑ & non dico ſex milia ſed tertiã partem non reperies.hæc
ad uerbum Hieronymus.Erubuit ille & ſalua fuit res mea.Sed redeamus iam ad propo
Epilogus
ſitum cõcludendo uel cum Ruffino & aliis quos ſupra in primo articulo recitauimus de/
bemus concedere Origenẽ nunꝗ̃ peccaſſe.uel ſi cum Hieronymo ipſum peccaſſe omni//
no contendimus ſciamus & cum ipſo nobis concedendũ Origenem peccati ſui proprio
ad Romanũ epiſcopum libello dato penituiſſe.Ego autẽ poſtꝗ̃ mecum diligenter pepẽ
di & examinaui ea præcipue quæ ab Euſebio & Ruffino & Hieronimo de Origene dicũ/
tur coniecto Origenẽ diu in perſcrutatione ſcripturarũ elaborantem:de multis arduis &
principalibus theologiæ quæſtionibus ambiguũ fuiſſe cum non certe & indubitate ſibi ip
ſe uideretur de illis ex ſcripturarũ teſtimonio poſſe aliquid aſſerere.& propter hoc de mul/
tis fidei miſteriis forte multa dixiſſe inquirendo & diſputãdo in prioribus ſuæ ætatis an/
nis quæ catholica fides non reciperet.propterea Origenẽ qui ut ipſe dicit ſuam ignorati/
am nõ ignorabat & ueritatẽ illarũ quæſtionũ ſe nondũ cõſequutũ plane cognocebat ante
ſuæ ætatis.lx.ãnũ nũꝗ̃ a notariis excipi publice uoluiſſe.quæ ĩ eccleſiis ꝑdicabatur refert
Euſebius Aduertamus ergo ꝙ Euſebius.xxvi.capite.vi.libri eccleſiaſticæ hiſtoriæ ſcribit
oirgenẽ tertõ ãno Imperii Philippi ĩperatoris.& ſub Fabiano põtifice:cũ iã ipſe .lx.annũ
ageret cepiſſe dicta ſua et̃ litteris publice cõmittere.Et aduertamus ꝙ ſupra.xvii.capite di
Hiſtoria eccleſiaſtica euſebii.
cit ꝙ ſub Vrbano pontifice cui ſucceſſit Pontianus.iam ante tẽpora Fabiani Origenes cõ
ſcribendi cõmentarios in ſcripturas ſanctas initiũ ſumit cõpellente ſe Ambroſio.& mul/
ta ui præcũ obſecrationũq; cogente.Qui inqui Euſebius maxime dignus uidebatur cui
iſtud impenderet᷑ officii.& cui quicquid archanũ & abſconditũ in ſacris litteris tectũ eſt
panderetur:Ex quibus duobus locis Euſebii in quibus apparet quaſi cõtradictio colligit᷑
euidenter.quod urgente Ambroſio dictauerit quædã in prioribus ãnis anteꝗ̃ ueri adhuc
aliquid cõperiſſet ipſi tantũ Ambroſio priuatim cõmunicanda:& nõ in publicum edẽda
ut quæ bene tuta & ueritati apoſtolice conſona nõ cognoſcebat Ambroſius autẽ illa ſe/
creto edita in publicũ protulit:Comperta deinde per Origenẽ iam ſexagenariũ catholi/
ca ueritate cepit iam audacter.quia & catholice publice ſcribere.& ea que ad priuatũ Am
broſii uſum ſcripſerat iam per illũ edita fuiſſe uehemẽter indoluit ad quæ ſui purgationẽ
ut ex uerbis Hieronymi & Euſebii coniecto rei totius ſeriẽ Fabiano Romano epõ ſcribẽs
Hieronymus
de ſua catholica fide teſtimoniũ ꝓhibuit narrãs ſcilicet quæ ãtea ab eo inueniunt᷑ ſcripta
ſe non ſcripſiſſe ut ederent᷑:de quibus & ipſe dubius erat catholica ne eſſent an nõ catho/
lica.Sed Ambroſiũ illa edidiſſe.hoc eſt enim quod dicit Hiero.ipſe Origenes in epiſtola
quam ſcribit ad Fabianũ Ro.urbis epm penitentiã agit cur talia ſcripſerit & cauſas teme
ritatis in Ambroſiuũ refert ꝙ ſecreto edita in publicũ protulerit Euſebius aũt narrãs quæ

ſcripſerit poſt.lx.annum poſtq̄ librum cōtra celſum.& libros.xxv.cōmentarioꝝ in Matheum &.xx.in ꝓphetas cōnumerauit.ſubiungit.ſcripſit & ad Fabianum Romane urbis epiſcopum.& ad alios q̄ plurimos eccleſiaꝝ principes de catholica fide ſua hec ille. Sit ergo uerum ꝙ ante ſexageſimum annum fuerit de multis fideiꝝ miſteriis dubius Origenes Et ſit uerū ꝙ ſecreto in ſcriptis multa cōmunicauerit Ambroſio que tunc nō firmiter adherendo ſed dubitatiue inquirendo opinabat̄ nunc a catholicis nō recipienda.& ita uerum dicat Hieronymus.ꝙ que in multis Origenis libris inueniunt̄ etiam nō catholica Origenis ſint.quia uere ab ipſo fuerunt dictata.licet nō ut credita.& ut queſita potius q̄ inuēta.& cōſequenter Origeni cui catholica fuit poſtea ueritas cōperta culpabiliter nō adſcribenda in quibus & multa ab hereticis fuiſſe adinuenta iuxta Ruffinū.Pro uero etiā accipere poſſumus maxime de hoc ipſo cōquerente Origene dum uiuebat.Sit ergo ueꝝ iuxta Euſebium in eccleſiaſtica hyſtoria a Hieronymo tāq̄ uera approbata Origenē nō habere ꝓ ſuis operibus.i.in quibus diffinitiue aliquid & adheſiue dicat niſi que poſt ſexageſimū annū ſcripſit.Sitq; uerum etiā ſecundū Hieronymū de prius ſcriptis temere ab Ambroſio editis ipm penituiſſe & cōſequenter catholicum mortuū eē.ut nō ſolū ſecundū Ruffinum Pamphilum & Euſebiū.ſed etiā ſecundū Hieronymū rationabilius ſit credere ipm eſſe ſaluum q̄ credere ipm damnatum. Pro quinto articulo dico hanc ꝓpoſitionē quantūcunq; aliquis grauiter in uita mortabiliter peccat & cōſtet ipſum mortaliter peccaſſe. niſi cōſtet de eius finali impenitentia temerariū eſt uere aſſerere ipſum eſſe damnatum: patet ueritas huius ꝓpoſitionis ex cōmuni ſententia omniū doctorum in dicta ꝓpoſitione conſentientium.Ex qua ꝓpoſitione infero duas ꝓpoſitiones correlarias.Prima eſt hec: Non ꝓpterea quia aliquis in uita mortaliter peccauerit & nobis nō conſtet ꝙ nō penituerit iudicandum eſt firmiter a uobis eſſe illum in inferno patet quia poſito peccato mortali tātum nō ponit̄ totum illud ad quod ſequit̄ damnatio eterna.Sed oportet ultra peccatum ponere & certificari de finali impenitentia.Nec ego qui nego firmiter eſſe credendū illū eſſe in inferno:habeo oſtendere tibi potētiam illius.Sed tu qui aſſeris illum eē damnatū habes certificare de ipenitentia & ꝑ hoc multū facit dictum Henrici de aſſia qui inexpoſitione.iii.c.libri geneſis dicit hæc uerba formalia.Si ergo argumētū quorundā eſſet efficax quo aliquē dānatum eſſe ſicut de Salomone pſuadent ꝑ hoc ꝙ ſcriptura eius peccatū cōmemorat & nullā de iuſticia aut penitentia eius mentionem facit.tunc ita primū hominē ex peccato ſuo damnatū cōuinceret̄ ſicut primū angelū hec Henricus. Nuſq̄ enim habetur mentio de penitentia Adā ſed ſolum de peccato.Similiter iudiciū.viii. legit̄ de peccato Gedeon & nō de penitentia.& tamen a doctoribus bene credit̄ de eius ſalute dicere & tu potes ꝙ ꝑ hoc etiam argumētū quidam decepti erronee dicebāt ꝙ Moyſes erat damnatus qa legebat̄ peccatū eius in aquis cōtradictionis & de eius penitentia nihil habebat̄ expreſſum.& tamē dixit deus Ioſue.Moyſes ſeruus meus mortuus eſt.Secunda propoſitio correlaria eſt hec nemo poteſt eſſe certus ꝙ aliquis ſit damnatus ad infernum niſi hoc habeat ex ſpeciali reuelatione dei uel ab his quibus creditur deus reuelaſſe. patet ueritas huius ex præmiſſis propoſitionibus quia nemo poſt eſſe certus de finali penitētia uel de impenitētia niſi ille qui nouit ſecreta cordis & cui ille uoluit reuelare.cum enim nullus de ſtatu alicuius ita ſit certus ſicut ipſemet de ſe qa que ſunt hoīs nemo nouit niſi ſpiritus hominis qui in ipſo eſt.ut dicitur ad cor.ii.& de ſe ipō homo nō pōt eē certus utrum

Pro quinto articulo

Pria propō:

Prima ꝓpoſitio correlaria

Henrici de aſſia

Secūda ꝓpoſitio correlaria.

ſit dignus odio uel amore ut dicitur eccleſiaſtes.ix.quanto magis nõ poterit eẽ certus de
alio niſi de hoc habeat ſpecialem reuelationem.Ex hac autem ꝓpoſitione principali cum
ſuis correlariis inſero ad ꝓpoſitum meæ cõcluſionis ꝙ dato etiam ꝙ Origenes in illis er/
roribus errando peccauerit mortaliter tamẽ cũ incerti ſumus de eius finali impenitentia
uel penitentia aſſerere ipſum eẽ damnatum temerariũ eſt oĩno iudicium & reiiciendũ.Cũ
ergo nec de ſalute poſſumus eẽ certi.nec de damnatione.pium eſt tñ & ualde rationabi/
Hieronymi le credere ut dixi ego ꝙ deus eum ſaluauerit hominẽ talis ac tantæ ſcientiæ de quo Hie/
uerba ronymus in præfatione cantici canticoꝝ cum in cæteris omnes alios ſuperauerit in hoc
ſeipſum ſuperauit & de ipſo illud uerificatᷣ.Introduxit me rex in cubiculum ſuum & alibi
Origenes imitari uolens ex parte Origenẽ.quẽ poſt apoſtolos eccleſiaꝝ magiſtrum nemo niſi im/
Adamãtius peritus negat.& alibi Origenes tanto ſcripturaꝝ labore ſudauit ut iuſte adamãtii nomẽ
acceperit.& poſt quedam hec ſubiungit.Quis unq̃ tanta legere põt quãta ipſe cõſcripſit
& ꝓ hoc ſudore quid accepit præmii.damnatᷣ a Demetrio epiſcopo exceptis Paleſtinæ &
arabiæ & phœnicis atq; achaiæ ſacerdotibus in damnationẽ eius. Conſentit urbs Roma
ipſa cõtra hũc ſenatum cogit nõ ꝓpter dogmatũ nouitatem nõ ꝓpter hereſim ut nũc ad/
uerſus eum rabidi canes falſo ſimulãt: Sed quia gloriam eloquentiæ eius & ſcientiæ fere
nõ poterãs hoc quare ſcripſerim & ad pauperis lucernæ igniculum cito ſed nõ cauto ſer/
mone dictauerim:poteſtis ĩtelligere ſi Epicurus & Ariſtippos cogitetis.hec Hieronymus
ad uerbum.Quæ uerba ſingula quæſo o ingenioſe lector diligenter attende & ex eis ea
ꝑ te intelligas quæ ego nõ exprimo.In præfatione aũt hebraicaꝝ quæſtionũ de eodẽ lo/
quẽs Origene ſic inquit hoc unum dico ꝙ uellem cũ inuidia nõis eiuſ habere etiam ſciam
ſcripturaꝝ.floccipẽdens imagines umbraſq; laruaꝝ quaꝝ naturæ eẽ dicitᷣ terrere puulos
& in angulis garrire tenebroſis.Pretereo quæ de eodẽ Hieronymus predicat ꝙ auaritiã
calcauit ꝙ caſtrauit ſe zelo dei licet nõ ſecundũ ſciam ꝙ in explatione ſcripturæ diebus ſu
Nota dauit & noctibus quã qui dilucidant uitã eternã habebũt.ut inquit ſapiens.& ut ſcribitur
ad Vigilantiũ ꝓphetaꝝ obſeruã diſſeruit.& tam noui q̃ ueteris teſtamẽti reuelauit maxi/
ma ſacramẽta.Pretereo ꝙ nõ ſolum martyris fuit filius.ſed & ipſe paꝝ a martyrii merito
Deciana per abſuit.Nam dicit Euſebius ꝙ & adhuc puerulus in tantũ ardorẽ capeſſendi martyrii exar
ſequutio ſerat ut ſponte ſe ꝑiculis ingereret & tpe deinde Decianæ ꝑſequutionis nouas cruces.no/
ua penaꝝ genera ac ſeculis omnibus inaudita tormenta ꝑtulit ita ut mille mortibus in/
quit Euſebius uexatus ſit ne tantũ una ei quã exoptabat accideret ꝑſecutio : ſũmo ſtudio
hoc agente ut nec interitus preſtaretᷣ nec pena ceſſaret. Videte ꝙ̃ paꝝ abſit a laude mar/
tyrii quã plurimi eius diſcipuli ipo duce & cohortatore ſunt conſequuti.paꝝ dico iterum
Auguſtinus ꝓfecto abfuit a laude martyrii.immo meritũ quaſi æquale meritus eſt.Nã dicit & Augu.
in libro de bono cõiugali nõ eſt impar meritũ martyrii in Ioanne qui paſſus non eſt:& in
Petro qui paſſus eſt.Nota bene hec uerba Aug.unde ſicut Ioannes licet nõ tranſiret ꝑ gla
dium tamẽ paratus fuit ſuſtinere martyrium.quãdo fuit miſſus in feruentis olei dolium.
Ita & Origenes licet mortem martyrio non ſubierit paratus tamẽ fuit immo auidiſſimus
illam ſubire.& tot paſſus eſt tormenta ut dicit Euſebius ut mille mortes ꝓ una ſubierit.&
Bernardus hoc eſt quod dicit Bernardus in ſermone ſanctorum martyrũ ꝙ eſt triplex martyrũ.mar/
Triplex mar tirium uoluntatis tñ.martyrium opis tñ.martyrium opis & uolũtatis.Martyrium uolũ/
tyrium tatis tñ paſſus eſt Ioannes euãgeliſta.cui dictum eſt & germano eius .M.xx.calicem meũ

bibetis unde Cyprianus in ſeruis dei apud quos cogitatur martyriutn & mente cõcipitur Cyprianus.
animus ad bonũ deditus iudice deo coronat᷑. Aliud eſt.n.martyriũ deeſſe aĩo aliđ aĩum
deeſſe martyrio. Si ergo martyrio Origenis aĩus nũq̃ defuit & mille mortes ꝑ una ſubiit
qũo a iudice deo coronatũ nõ credamus ſi nõ metitur martyr Cyprianus. & ſi damnatus
eſt quis quæſo ad gehẽnæ mortem eum damnauit. An xp̃s Ieſus ꝑ quo totiens ipſe mo/
ri uoluit. Quin potius ſicut di cit de ipſo Cypriano Augu. ꝗ ſanguis martyrii in eo om/ Auguſtinus
nẽ hereſeos maculam abluit. Ita & de Origene effuſum ab eo nõ tam ſupra terram extrin
ſecus q̃ ſuper zelo dei & caritate ardentem celeſtium animã ſuã intrinſecus martyrii ſan/
guinem omnẽ hereſeos maculam abluiſſe pie credamus dicentes cũ Dauid. Beatus Ori/
genes qui & ſi aliquãdo in conſilio errantium abiit in uia tamen peccatorum p impeni/
tentiã nõ ſtetit & in cathedra peſtilẽtiæ p pertinaciam nuſq̃ ſedit ſed in lege domini fuit
uoluntas eius. & in lege eius meditatus eſt die ac nocte. Beatus Origenes cui remiſiſſe ſũt
iniquitates per baptiſmum & eius tecta ſunt peccata p penitentiam & cui non imputauit
dominus peccatum ꝓpter martyrium. deniq; talem ac tantum uirum etiam ſi aliquando
ex ingenii defectu & nõ ex aliqua uoluntatis malicia in ſidei miſteriis errauerit credamus
a domino in ſuis nouiſſimis nõ fuiſſe derelictum. ſed potius uiſitatione ſue clementiſſime
miſericordiæ & de ſecretis ſidei ſi in aliquibus errabat illuminatũ ab erronea ad ſaluta/
rem uiam reuocatum fuiſſe. & hoc ego intellexi in breui reſponſione mea cum alias dixi.
ex quo non inuenitur fuiſſe pertinax uerisimile eſt credere ꝗ deus eum ſaluauerit.i. uiſitã
do eum uiſitatione quã dixi in ſtata ſalutis digno clemẽtiſſime collocarit & de ſecretis fi
dei in quibus errabat ipm illuminans ad ſalutarem de illis penitentiam aduocauerit qđ
utrum fuerit an nõ fuerit ſcire certitudinaliter nemo põt niſi fuerit ei deſuper reuelatum
Sed ita fuiſſe potius q̃ nõ fuiſſe credere cõſideranti acta & uitam Origenis magis cõſonũ
uidetur & ſic rationabilius. Nam & rationabiliter in dubiis fauorabiliori parti ſemper eſt
adherendũ. & hec ſint dicta ut quæ ualere poſſint quãdo de ipſa Origenis penitentia nõ
cõſtaret de qua tamẽ cõſtare ex beatiſſimi Hieronymi teſtimonio ſupra in precedentibus
apertiſſime oſtendimus. Pro ſexto articulo dico ꝗ nõ uidetur credendum ꝗ eccleſia unq̃ Pro ſexto ar
determinauerit aĩam Origenis ad inferos eſſe damnatam. Veritatem huius ꝓpoſitionis ticulo.
ꝓbo duabus rationibus. Prima ratio eſt hec de illo cuius altera uel altera ps determina/ Prima ratio
ri certitudinaliter niſi temerarie nõ poteſt. Non debet credi factam eẽ determinationem
ab eccleſia. Sed de hoc queſito utrum Origenes ſaluus ſit an damnatus determinari alte
ra pars niſi temere nõ poteſt ſaltem abſq; reuelatione ſpeciali dei. ergo cum de tali reue/
latione nõ cõſtet nõ debet credi de hoc factam eſſe ab eccleſia determinationem. maior
eſt nota & oppoſitum eius eſſet iniurioſum eccleſie credere. ſ. ꝗ aliquid ab ea poſſit in cõ
ſulte & temere iudicari. Minor patet ex ſupradictis articulis. Confirmatur quia certificari Cõfirmatio
non poterat eccleſia de damnatione Origenis niſi per ſpecialem reuelationem de eo fa/
ctam. ſed de tali reuelatione ꝗ fuerit facta nuſq̃ habetur mentio ergo &c. Secunda ratio/ Secunda rõ.
eſt hec quia ſi quid eſt quod perſuadeat eccleſiam determinaſſe de damnatiõe Origenis
ſunt quidam textus decretorum qui hoc uidentur ſonare groſſo eos modo interpretanti/
bus. qui tamen cum recte examinantur cõtra eos potius q̃ pro ipſis faciũt. Sunt aũt teſtus
quos afferunt ferme iſti. Primo ꝗ di. xv. c. ſancta Ro. eccleſia. ſicut ſcribitur per Gelaſiũ

papam. Item Origenis nõ nulla opuſcula que uir beatus Hieronymus nõ repudiat legẽ/
da ſuſcipimus. reliqua autem omnia cum auctore ſuo dicimus eſſe renuenda &. xxiiii. q.
iii. c. ſane. Item ſi ad tempora theophili ſancte memorie uel ſuperius aliquis recurrerit &
Origenem inueniet poſt mortem anathematizatum quod etiam in eo facit & ueſtra ſan/
ctitas. & Iulius religioſiſſimus antiquioris Rome & glo. ibi. Cum iſte damnatus fuerit nõ
ne & eius ſcripta utiq; extra. de hereticis. c. fraternitatis ibi autem ſic ſcribitur. Cum Cele/
Epheſina ſynodus — ſtinus atq; pelagius in epheſina ſynodo ſint damnati quomodo poterunt illorum capi/
tula recipi quorum damnantur auctores. Ex iſtis auctoritatibus credunt aliqui conuinci
damnationem anime Origenis ad inferos. Ego autem dico nihil plus haberi per premiſ
ſa niſi ꝙ eccleſia & opiniões & dogmata Origeni attributa ut heretica damnat & ipſum
ſic ut dogmatizantem damnat & deteſtatur de damnatione anime eius aut ſalute nihil
penitus intendens. & ꝙ hoc ſit uerum patet multis rationibus. Primo quia ad eccleſiam
Primo — non pertinet damnare animas hominum aut ſaluare. quia ad illum attinet ſolummodo
qui iudex eſt uiuorum & mortuorum quare rediculũ eſt ſi in decretis legitur. Damnamus
Origenem exponere ideſt animam eius damnamus damnatione infernali. Et patet etiã
Gelaſius — euidenter ex modo loquẽdi ipſius Gelaſii qui dicit reliqua opuſcula eius cum auctore ſuo
dicimus renuenda. hoc enim uerbum renuere nullo modo importare poteſt id quod ipſi
intendunt. ſed nihil aliud intendit Papa niſi hoc quod. ſi non acceptantur opuſcula eius.
ut autentica in eccleſia. nec ipſe ſimiliter ut probatus doctor & cuius dictis ſit credendum
in eccleſia recipitur. Quod ſi etiam Papa non ſolum dixiſſet renuimus ſed etiam dam/
namus nihil eſſet pro eis quia ſic etiam ſolemus dicere in hoc Scotus damnat Thomam.
Herueus Scotum. & ſic de reliquis in quibus ſemper loquutionibus de damnatione do
ctrine & non anime ex ipſo uſitato & proprio loquendi modo debemus intelligere. Se//
Secundo arguit contra eos — cundo arguo contra eos ex gloſa quam ipſi allegant quæ dicit ſi ipſe damnatus nonne &
eius ſcripta. Quero ergo ab iſtis ſi fiet hec conſequentia. Ipſe Origenes eſt damnatus er
go & eius ſcripta damnata. quomodo in antecedente capitur ly damnatus ſi ſic capitur
ideſt in ſua doctrĩa nõ approbatus. & ut dogmatiſtes nõ acceptatus. habeo propoſitum.
Si autem intelligatur damnatus in anima ſua infernali damnatione tunc nihil ualet cõ/
ſequentia poſſibile enim eſt multos doctores quorum ſcripta catholica ſunt & pro catho
licis quotidie leguntur eſſe in inferno quia ſtat aliquem in fide nihil errare ſed recte ſen/
tire de omnibus articulis & tamen eẽ in alio peccato mortali & in illo decedere. & om/
nino impertinens eſt damnatio anime ad damnationem doctrine. quia illa attendit pe/
Papias — nes maliciam uolũtatis. Iſta autem penes defectum intellectus. Quare nec ualet iſte eſt
Hiereneus — in paradiſo ergo dicta eius ſunt catholica. Nã & Papias eſt in paradiſo & Hiereneus &
Victorinus — Victorinus & Cyprianus & multi alii quorum tamen dicta in multis quæ nunq̃ reuocaſſe
Cyprianus — leguntur ut heretica reprobantur. Confirmo hoc ex dicto illo ad quem ſe refert gloſa de
Cõfirmatio — hereticis extra. c. fraternitatis ubi dicitur ſi Celeſtinus atque pelagius in epheſina ſynodo
ſunt damnati quomodo poterunt illa capitula recipi quorum damnãtur auctores. Cer/
tum eſt autem ꝙ in illa ſynodo Celeſtinus & pelagius non fuerũt damnati in ſe. i. in ani/
ma ſua ſed in ſua doctrĩa. tum quia aliter ut dictum eſt ſupra damnare homines eccleſia
nec conſueuit nec poteſt. tum quia de eo debemus intelligere ſententiatum de quo prius

eſt queſitum & diſputatum. Sed in illa ſynodo ut ex actis concilii patet non fuit queſtio
utrum animæ Celeſtini & pelagii eſſent in paradiſo uel in inferno. Sed an dicta eorum et
dogmata eſſent catholica an nõ catholica. Quare & de hoc ideſt de eorum dogmatum
ueritate & de auctorum ipſorum ut ſic dogmatizantium approbatione uel reprobatione
debemus intelligere ſententiatũ. Tertio ſtultum eſt dicere ꝙ eccleſia determinauerit Ori Tertio
genis animã eſſe damnatã quia nõ ſicut conſueuit eccleſia canonizare aliquos ita etiam
cõſueuit damnare .i. ſententialiter decernere ꝙ ſint in inferno. & ratio quare hoc cõſueue
rit & non illud eſt quia ad decernendum ꝙ aliquis ſit ſaluus oportet nos certificari ꝙ ille
deceſſerit in gratia cuius rei indicia licet tamẽ non certa habere poſſumus nõ ex his quæ
egit in uita quia illa nõ ſufficiunt exquo dum eſt in uia ſemper merendi & demerendi eſt
locus & mutandi ſe de uno propoſito ad aliud. Sed habemus ſigna poſt mortem ut ſunt
miracula uel aliquid ſimile. Tale autem aliquod ſignum ex quo damnationem alicuius
cõuincamus poſt mortem alicuius habere ꝙ poſſumus nõ eſt facile inuenire. imo ſine du
bio haberi aliud ſignum non poteſt niſi ſpecialis de hoc reuelatio que ſi contingeret uel
contigiſſet profecto ſicut eccleſia cum aliquem canonizat de miraculis ſuis teſtatur & de
aliis propter que mota eſt ad canonizationem. Ita etiam cum aliquem damnaret ſpecia/
lis reuelationis de hoc facte mentionem faceret ne temere aut inconſulte ſic uideretur de
creuiſſe. Quod tamen de Origene nuſꝙ narrat eccleſia. Debemus ergo intelligere dã/
natum Origenem ab eccleſia eo modo quo ex his que de eo narrat & teſtatur uidetur ue
niſſe damnandus. Sed de eo nihil aliud narratur niſi ꝙ errauerit in miſteriis fidei & ad
hunc errorem nõ ſequitur abſoluta damnatio Origenis in ſe ſed ſolum in ſcriptis & ĩ do/
ctrina ſua ut patet ex precedentibus. & ſic debemus ipſum iudicare damnatum ab eccle/
ſia & non aliter. Poſtꝙ & pertinacem non fuiſſe eum cõtra eccleſie determinationem in
illis opinionibus ſcimus quia concilia in quibus damnate fuerunt ille opiniones fuerunt
multo poſt mortem Origenis ut patet ex hiſtoriis grecis & latinis. Et an impenitens etiã
illarum fuerit ſcire nullo modo poſſumus immo uel nõ ſcripſiſſe illa. uel ſi ſcripſit peni/
tuiſſe ex Hieronymo ſupra ꝓbauimus. Pro ſeptimo articulo dico iſtam ꝓpoſitionẽ ꝙ nõ Pro ſeptimo
tenetur ſecundum doctrinam Sancti Thome quilibet fidelis de neceſſitate fidei credere articulo
illum eſſe in inferno quem eccleſia iudicauit & ſententiauit eſſe in inferno. Veritas propo S. Thomas
ſitionis ſic deducitur quia tanta eſt fides adhibenda eccleſie in damnatione alicuius quã
ta eſt adhibenda in canonizatione ſanctorum. Sed dicit Thomas ultimo articulo quoli.
beti noni ꝙ ſanctos canonizatos ab eccleſia nõ tenemur de neceſſitate fidei credere eẽ in
gloria ſed ſolum de pietate fidei ergo & damnatos ab eccleſia nõ tenemur neceſſario cre
dere eſſe in inferno. ſed ſolum pie ſic eſt credẽdum. Fundamẽtum autem Thome eſt quia
in his tantum tenemur de neceſſitate ſalutis eccleſie credere que ad ſubſtantiam fidei per
tinẽt. Quia in illis ſpiritus adueniẽs docet eam omnẽ ueritatem. Vtrum autem anima
huius uel illius ſit in inferno uel in paradiſo nihil attinet ad ſubſtantiã fidei. ſed tamẽ qa
honor quẽ ſanctis exhibemus quedam ꝓfeſſio fidei eſt qua ſanctorum gloriam credimus.
Ideo licet de neceſſitate ſalutis ad hoc nõ teneamur. Pie tamen ſic eſt credendũ. Ex hac ꝓ
poſitione inferno ad ꝓpoſitum mee cõcluſionis ꝙ etiã ſi eccleſia determinaſſet Origanẽ
eſſe damnatũ adhuc de neceſſitate fidei catholice non tenemur aſſentire ꝙ ita ſit. Ex quo
patet ꝙ etiam ſi uerum eſſet quod ipſi contra me adducunt ꝙ .ſ. eccleſia oppoſitum con/

cluſionis mee determinaſſet adhuc male ab eis iudicatum fuiſſet ꝙ cõcluſio mea hereſim ſaperet. Videant ergo iſti magiſtri ꝙ non recte adhuc ſi etiam ſint uera que ipſi cõtra me adducunt eſt determinatum ab eis contra meam concluſionem & caueant ne noua cre/denda fidelibus pro ſua auctoritate inſtituant & ea eſſe de fide determinent. Audiãtq; il/lam prohibitionem domini deutronomii quarto. Non addetis ad uerbum quod ego lo/quor uobis. quod dictum nõ ſolum damnat iſtos qui auctoritate ſua noua credẽda prio/ribus ſuperaddant. ſed quia etiam catholicã ueritatem ꝓ heretica reſellunt.

## QVESTIO OCTAVA DE LIBERTATE CREDENDI.

Sicut nullus preciſe ſic opinatur quia uult ſic opinari. Ita nullus credit ſic eſſe uerum preciſe quia uult ſic credere.

Ex hac concluſione corrolarie infero iſtam. Nõ eſt in libera po/teſtate hominis credere articulum fidei eſſe uerũ quãdo ſibi pla cet & credere eũ nõ eſſe uerum quãdo ſibi placet. Iudicauerunt iſti magiſtri ꝙ ꝓpoſitio cũ ſuo correlario eẽt erronea & hereſim ſapiẽs. Ego aũt reputo cõcluſionem principalem eẽ nõ ſolũ ca/tholicam ſed ueriſſimã & longe ueriorem ſua oppoſita. Et idem dico de correlario ſane intellecto. cuius ſenſus ſi ſecundũ men/tem meã accipitur nõ eſt aliter accipiendus q̃ ut ſequit᷑ ex prin/cipali concluſione. cuius ponitur eſſe correlarium.

Probatio cõcluſionis ꝓ prima eius parte.

Quod autem concluſio nõ ſolum ſit catholica ſed etiam ſit ueriſſima. Patet nam pro prima eius parte que eſt ꝙ nullus opinatur aliquid ſic eſſe preciſe quia uult ſic opinari eſt Ariſtoteles ſecundo de anima textu cõ/menti. cclii. ubi Ariſtoteles ponit differẽtiam inter imaginationem & opinionem & hec Ariſtotelis ſententia non ſolum non eſt reprobata ſed immo ab omnibus noſtris theologis unanimiter approbata.

Ariſtoteles.

Probatio ꝓ ſecunda

Auguſtinus

Secunda autem pars concluſionis que eſt ꝙ nullus credit ali/quid eſſe preciſe uerum. quia uult credere id eẽ uerum eſt Auguſtini in pluribus locis qui hoc ſepius dicit ꝙ non poteſt aliquis credere ex libero arbitrio ideſt ex mero imperio uo/luntatis ſine rationis perſuaſione aut motiuo. & totam concluſionem meam in qua ſummarie tenetur iſta opinio ꝙ propoſita aliqua propoſitione dubia ad hoc ꝙ aliquis eam credat uel diſcredat non ſufficit mera apprehenſio terminorum & merum imperium uo/luntatis.

Petrus de alliaco

Henricus octa

Hẽricus de aſſia.

Vniuerſitas pariſienſis.

Tenent Petrus de alliaco. Henricus octa. & Henricus de aſſia. Et quando ego fui Pariſius tenebat fere tota uniuerſitas Pariſienſis. cum plureſq; etiam catholici docto/res ita habent pro uera ut ſuam oppoſitam habeant pro impoſſibili immo ego adhuc nõ legi doctorem contradicentem huic opinioni.

Declaratio. correlarie ꝓpoſitionis.

Correlaria autem propoſitio non ali/ter eſt intelligenda & accipienda quã cum reſtrictione uel determinatione poſita in an/tecedente. ſic uidelicet ꝙ non eſt in libera poteſtate uoluntatis credere articulum fidei eſſe uerum quandocunq; placet & credere eum eſſe falſum quando placet. Ita quot non preciſe ex eo quot uoluntati placet ut intellectus credat ipſe credit nec talis intellectus unius propoſitionis per aliam ei concatenatam eſt inuſitatus. immo in ſcriptura ſa/cra ſepe ſumitur intellectus littere per precedentia uel ſequentia quod maxime in caſu noſtro debet fieri quia ego hoc dictum. non eſt in poteſtate noſtra &c. Non pono tam.

ꝙ dictum per ſe & concluſionē ſeparatā ſed pono tanꝙ correlariā ex præcedenti. Quod ſi nō placet eis accipere intellectū præſentis correlarie ex ſua principali cui ipſa annectit & concatenatꝰ attendāt ꝙ dupliciter dicitꝰ aliquid eſſe in libertate uel in libera poteſtate uoluntatis. Vno modo quia poſita appræhenſione in intellectu, nullo alio actu intellectus requiſitio in poteſtate imperatiua uoluntatis ſit ponere actū illum & ſic negatꝰ in hac concluſione ꝙ actus credendi in libera eſt poteſtate hominis, nec oportet omnē actū præcepti aut meritoriū uel demeritoriū taliter eſſe in poteſtate hominis. ad credendum enim non ſufficit appræhenſio terminorū articuli. ſed ultra requiritur ꝑſuaſio aut aliqua ratio probabilis ut allegatū eſt ex Auguſtino. Alio modo aliquid dicitꝰ eſſe in libera poteſtate uoluntatis quia omnibus aliis poſitis quæ requiruntꝰ ad hoc ꝙ ille actus ſit poteſt uoluntas illum ponere in eſſe & nō ponere. nec ad iſtum actū neceſſitatur uoluntas etiā quibuſcunqꝫ aliis poſitis & hoc modo actus credendi articulū eſt in libera poteſtate uoluntatis iſte eſt intellectus correlarie propoſitionis. & ex dictis poteſt quilibet qui habet intellectū cognoſcere ꝙ non bene iſti magiſtri abſolute dixerunt illam eſſe erroneā & hereſim ſapere. Quod autē probabilis rationabiliſqꝫ ſit opinio illorū doctorum quos ego ſequor qui ſcilicet dicunt ad cauſandū aſſenſum fidei non ſufficit ſola appræhenſio terminorū cum mero imperio uoluntatis poteſt euidenter patere non ſolū auctoritate Auguſtini multis ut dixi hoc in locis affirmantis: ſed etiam efficaciſſimis rationibus. Et primo arguitur ſic. Non eſt in libera poteſtate hominis opinari ſic uel ſic eſſe cum uult, ergo nō eſt in libera poteſtate hominis credere ſic uel ſic eſſe cum uult. Patet cōſequētia. Quia ſi de quo magis uidetur ineſſe & nō ineſt ergo & cætera. Sed minus eſt adherere alicui cū formidīe ad oppoſitum ꝙ ſine formidine. ergo antecedens eſt expræſſum ab Ariſtotele in ſecundo de anima textu comenti. cliii. & patet per experientiā. quia quilibet in ſe experitur ꝙ oblata ei propoſitione dubia ſi eſt ei mere dubia ad neutrā partem opinandam per aſſenſum inclinatur donec ei noua ſuperuenerit apparentia uel per ſilogiſticā rationem uel per intuitiuam noticiam. uel per teſtimoniū multorum. uel ꝑ auctoritatē dicentis uel aliud ſimile Secundo ſic arguitur nō eſt in poteſtate hominis libera facere apparere aliquid ſuo intellectui eſſe uerum & facere apparere non eſſe uerum. ergo non eſt in poteſtate hominis ſic uel ſi credere eſſe uel non eſſe uerum: Tenet conſequentia quia eſt contradictio aliquem credere aliquid & aſſentiri illi & illud ei non apparere eſſe uerū. Aſſumptū probatur quia hoc uel hoc apparere tale uel tale intellectu eſt hoc uel hoc taliter uꝰ taliter repræſentari intellectui & hoc non poteſt dependere ex imperio uoluntatis quia hoc præcedit actum uoluntatis. Confirmatur quia hoc apparere tale intellectui eſt quia obiectum quod repræſentatur eſt tale & euidentia uel aliud quicquid ſit illud quod id facit credibile uel nō credibile eſt tale & intellectus eſt talis. Sed facere obiectum eſſe tale uel intellectum eſſe talem non eſt in arbitrio uoluntatis. ergo rem talem uel talem apparere intellectui non eſt in imperio uoluntatis. Tertio ſic arguitur: Quotienſcunqꝫ eſt aliqua potentia mere neutra & indifferens ad duos actus ſecundos oppoſitos non poteſt exire in aliquem illorum niſi determinetur prius per aliquid quod ſit actus primus. uel ſe habeat loco actus primi reſpectu alterius illorum actuum ſecundorum. Sed ita eſt ꝙ intellectus eſt potentia mere neutra & indifferens ad ſpecificationem alicuius actus ſui ſecundi: Ergo ad nullam talem ſpecificationem poterit determinari niſi adueniente aliquo.

Dupliciter aliquid dicitur eſſe in libertate uel in libera poteſtate uoluntatis.
Primo.
Secundo
Auguſtinus.
Arguitur primo.
Ariſtoteles.
Secundo.
Confirmatur
Tertio.

alio quod ſit uel actus primus uel ſe habẽs loco actus primi reſpectu talis determinatiõis Tũc ſub iſta rõe aſſumo iſtã conſequẽtiã. merus actus uolũtatis nõ põt ſe habere ut actus primus reſpectu ſpeciſicatiõis actuũ intellectus. ergo per imperiũ ſolũ uoluntatis nõ poterit intellectus determinari ad talẽ ſpeciſicationẽ nota eſt cõſequẽtia ex pſſumpta rõne & antecedẽs patet ex cõmuni ſnĩa oĩum doctoꝝ in hoc cõſentiẽtiũ. ꝙ licet actus itellectus quo ad exercitiũ depẽdeat a uoluntate non tñ quo ad ſpecificationẽ. His ſic pceptis arguo ſic ad ꝑpoſitum. Actus qui eſt aſſentire & actus qui eſt diſſentire ſunt actus habẽtes rõnes ſpeciſicas oppoſitas. ergo ad aſſenſum uel nõ aſſenſum nõ poterit determinari intellectus per imperiũ uolũtatis. ergo ad hoc ꝙ aliquis per intellectũ eredat articulũ ſidei eẽ uerũ uel nõ credat nõ eſt per hoc pciſe. quia ſic uult uel nõ uult credere ſed ex aliquo alio intellectũ ex ſe neutrũ ad talis actus ſpeciſicationẽ determinãte.

Quarto Quarto ſic arguit̃ ad illud credẽdũ nõ determinat̃ hõ præciſe per actũ uoluntatis de quo interrogatus. cur illud crediderit nõ aſſignabit pciſum actũ uoluntatis. ſed ita eſt ꝙ interrogatus aliquis. cur credat potius chriſtiane fidei ꝙ̃ fidei maumethenſiũ. nõ aſſignabit pciſe actũ uolũtatis ergo nõ per preciſum actũ uoluntatis inclinatus eſt ille ad credẽdum. Quod aũt nõ aſſignet̃ merus actus uoluntatis patet experiẽtia & ex dictis noſtroꝝ theologoꝝ a quibus cõmuniter illa octo allegant̃.

Cur euangelio debeamus credere octo a noſtris theologis aſſignari

Cur euãgelio debeamus credere. ſ. ꝑnunciatio ꝑphetica. ſcripturarum cõcordia. actoritas ſcribẽtiũ rõnabilitas contẽtoꝝ. irrationabilitas ſinguloꝝ errorũ. eccleſie ſtabilitas. miraculoꝝ claritas. Quinto ſi arguit̃. Quotieſcũqꝫ aliqui duo determinant̃ ad credẽdũ oppoſita & quilibet illoꝝ pciſe per hoc determinat̃ quia uult ſic determinari indifferẽte ad hoc oĩno iudicio uel ſuaſione rõnis non põt dici ꝙ rationabilius iſte moueat̃ ad credẽdũ ꝙ̃ econtra. Sed datis duobus quoꝝ alter uult credere. a. eſſe uerũ & alter nõ uult credere. eſt dicere hunc uel illũ uel rõnabilius & alium irrationabilius & ergo illi ad ſic uel ſic uelle non determinantur quia preciſe ſic uolunt. maior huius rationis eſt nota. quia ut inquit Albertus in tertio de anima. cũ uoluntas ſic agit pciſe quia uult ſic agere aſſimilat̃ tirãno in cuius actione nõ quærit̃ ratio acti quia ipſius agere non eſt ſecundũ rationẽ agere ſed agere ꝑ libito. Minor eſt maniſeſta. quia quotidie dicimus maumethiſtas uel iudeos irrationabilr̃ in hoc agere qd̃ nõ credunt & nos rationabiliter agere qa credimus. ꝙ ſi cã pciſa quare ego crederẽ ille nõ crederet eſſet pciſe quia ego uellẽ ille nõ uellet uterqꝫ eẽt actus tirãnicus uolũtatis & in neutro apparet maior uel minor rõnabilitas. imo & in neutro rõnabilitas ſed mera poteſtas & iperiũ tirãnicũ uolũtatis Et ex dictis in iſto argumẽto patebit iſtis magiſtris intellectus breuiũ uerboꝝ quæ dixi in reſponſiõe mea de actu tirãnico uolũtatis. Multe alie poſſent & ꝑ iſta opiniõe rõnes adduci.

Albertus

Ex ſuperhabundanti hoc agit.

Sed nõ eſt ꝑpoſiti mei hic tractare iſtas materias & ꝑpoſitas quæſtiões diſcutere ſed ſolũ oñdere determiatiõe cõcluſiões meas nõ eẽ hereticas. Et licet ꝑ defenſiõe cõcluſiõis mee iſta ſufficiãt uolo tñ & hoc dicere. ꝙ fuit ẽt aliqs doctor cuius ego ut de me fatear dãnationẽ in hoc articulo adhuc nuſꝙ̃ legi q ſimplr̃ tenuit ꝙ actus credẽdi nõ eẽt liber. hoc eĩ aſſertiue tenuit Robertus olchoth ſubtiliſſimus doctor ordinis pdicatoꝝ in ſuo primo ſnĩarum. Et cum arguit̃ ꝙ ſequæret̃ actum credendi uel nõ credendi nõ eſſe meritoriũ aut demeritoriũ dicit hanc obiectiõne nullã eſſe & friuolã. quia non ideo aliquis actus eſt meritorius quia liber ſed quia conformis eſt alicui legi pollicenti præmiũ pro eodẽ actu ipſi facienti uel alteri & cõſequenter dicit actũ credẽdi non ideo eſſe meritorium quia liber. ſed

Robertus olchoth ſubtiliſſimus doctor.

quia cõformis eſt legis diuine quæ pollicet᷑ tale præmiũ ſcilicet uitã eternam cuilibet cre/
denti. poſſe aũt deum hanc legẽ mutare & ſtatuere ꝙ quicũq; cras ceciderit ſuper lapidẽ
angularẽ ex improuiſo ſit ſaluus & tũc caſus ille eſſet meritorius uitæ eternæ qa actus no/
ſtri nõ ideo ſunt meritorii quia liberi. ſed quia adeo acceptant᷑ ad uitã eternã qui deus ita
põt acceptare actus naturales ſicut actus uoluntarios: & ſic uidet᷑ acceptaſſe mortẽ inno/ In innocenti/
centium ad uitã eternam in quibus nullus fuit uſus liberi arbitrii nec ſic faciendo deus ir bus nullus
rationabiliter facit quia ſua uolũtas eſt ſufficiẽs ratio corũ omniũ quæ ſtatuit uel ordinat fuit uſus libe
Vnde concludit Olchoth ꝙ ſi capiamus credere pro eo qđ eſt cum aſſenſu firmo adhere/ ri arbitrii.
re his de quorũ ueritate non cõſtat nobis niſi ex teſtimonio aliorũ iuxta quẽ modum defi
nit Auguſtinus in omelia ſuper Ioannẽ dicens quid eſt fides niſi credere qđ non uides: ꝙ Auguſtinus.
talis actus credẽdi nõ eſt in libera poteſtate hominis. Si aũt capiat᷑ credere pro eo qđ eſt Credere du/
aſſentiri quibuſcũq; reuelatis a deo & teſtificatis per miracula & uelle uiuere & operari ſe pliciter capi
cundũ ea. tum quia hoc credere includit tam actum intellectus ꝙ̃ uoluntatis concedit de
eo quod eſt liberũ. iuxta quem modũ definiens Auguſtinus in omelia ſuper Ioannẽ dicit
credere in deũ eſt credendo amare. credẽdo in eum ire credẽdo ei adherere & ſuis mẽbris Auguſtinus.
incorporari & de hac credelitate dictũ eſt. credidit Abraam deo & reputatũ eſt ei ad iuſti
ciam. De prima aũt dicit᷑ demones credunt & contremiſcũt. prima eſt meritoria. ſecũda Robertus.
non eſt meritoria. Et cum dicit᷑ ꝙ fides nõ eſt niſi in uolentibus dicit Olchoth qđ eſt in/
telligendũ de fide formata iuxta hunc ſecundũ modũ quæ eſt fides operãs per dilectionẽ Olcho.
nõ aũt de fide primo modo accepta. qa ꝑ miracula uiſa uult ipſe poſſe fidelẽ neceſſitati
ad credendũ. quã opinionẽ ego non credo eſſe ueram & poſt quæſitũ ſuum idẽ doctor re
examinando nõ nullas ſuas opiniones dicit ꝙ licet ſtante euidentia in ratione ꝙ aliquid
non ſit credendũ uoluntas neceſſitet᷑ ad credendũ. tamen quia ſic neceſſitatus fuit ſibiip/
ſi cauſa talis neceſſitatis. Ideo ĩputat᷑ ei ad peccatũ. Dicit aũt fuiſſe ſibi cãm quia obmiſit
cõſiderare & perſcrutari diligẽter & diſcutere illa quæ ſibi falſam fecerũt euidentiã qđ
ſi feciſſet nõ ſic apparuiſſet eſſe intellectui. ſed aliter & ideo cõcludit ꝙ cũ quis male cre//
dit aut diſcredit ſuũ primũ peccatũ eſt negligẽtiæ. hæc eſt opinio Roberti Olchoth de li/
bertate credẽdi quæ nũꝙ̃ mihi apparuit bona uel ꝓbabilis. Cõſiderẽt aũt iſti patres an &
iſtũ doctorẽ ſimul cũ Durãdo Henrico & aliis pro heretico ab eccleſia anathematizent.

## QVESTIO NONA DE ACCIDENTIBVS IN SACRAMENTO.

QVI dixerit accidens exiſtere non poſſe niſi in exiſtat euchari//
ſtiæ potent ſacramentum tenere etiam tenendo panis ſubſtan
tiam non remanere.
Hanc quidem concluſionem nõ dixerunt iſti magiſtri eſſe he
reticam uel hereſim ſapere. ſed ſolum eſſe erroneam cuius opi
nionis ſue ſi rationes aliquas attuliſſent poſſem ego illis aut
credere aut reſpondere. ſed ipſi nec in huius nec in aliarũ con Nota
cluſionum dãnatione ullas adduxerunt rationes quas ego ui Pro declara/
derim. Dico aũt pro declaratione cõcluſiõis ꝙ per hanc cõclu tione conclu
ſionẽ nõ ĩtẽdo cathegorice & abſolute dicere accidẽs. nõ poſſe ſionis.

Thomas

eſſe ſine ſubiecto aut in ſacramento de facto eſſe in ſubiecto imo cum eccleſia firmiter te/
neo ꝙ accidentia ſacramētalia de facto ſint ſine ſubiecto. Sed dico ꝙ ille qui diceret acci/
dentia nō poſſe eſſe ſine ſubiecto & teneret cum Thoma diſtinctionē realem exiſtentie pa
nis ab eſſentia poſſet dicere nō repugnare diuine omnipotētie ſaluare exiſtentiā panis ſi/
ne eſſentia eius: ſicut actum tam ſubſtantialē ꝙ̄ accidentalē conſeruat deus ſine ſua potē/
tia & conſequenter in iſto eſſe panis ſubiectare accidentia nō manente ſuſtātia panis. ad
quæ quidē accidētia habere poſſet corpus chriſti præſentiā realē. ſicut & nunc habet ad ac
cidentia quæ in nullo ſubiectata ſunt. & quicquid ſit de ſacramēto euchariſtiæ de facto in
ſtituto a chriſto & ab eccleſia credito in quo cōcorditer tenet̃ ꝙ nihil panis remanet adeo
ꝙ ſua reproductio eſſet creatio. tamē tenendo prædictā opinionē Thome de diſtinctione
reali eſſentiæ ab exiſtentia. & capiendo ſacramentū euchariſtiæ ampliatiue ad id quod eſt
uel poteſt eſſe ut capit̃ in concluſione mea quæ eſt modalis diuiſa non ſolū præſens con
cluſio eſt ꝓbabilis & nō erronea. immo erroneū eſt dicere ꝙ nō poſſit eſſe aliquod eucha/
riſtiæ ſacramentū in quo accidentia eſſent in ſubiecto. nec ſcio per quā logycam uiderunt
iſti magiſtri damnari unā diuiſam de poſſibili ꝓpter falſitatem unius de ineſſe ex eiſdem
terminis conſtitute. mirorq; ꝙ neſciāt ꝙ eſt fallacia cōſequentis. arguendo a minus āplo
ad magis amplū cum deſtructione magis ampli. ac ſi quis diceret nullus homo eſt in do
mo ergo nullus hō pōt eſſe in domo. Similiter ei arguūt ipſi in dānatione huius ꝓpoſitio
nis i nullo ſacramēto euchariſtiæ qđ de facto exiſtit uel de facto eſt inſtitutū a xp̄o accidē
tia ſunt in ſubiecto igit̃ in nullo ſacramento qđ eſt uel pōt eſſe aut inſtitui a chriſto accidē
tia poſſunt eſſe ſine ſubiecto. Ex dictis patet ꝙ̄ male cōcluſio præſens de poſſibili damna/
ta ſit pro erronea ab iſtis partibus qui debēt meminiſſe. Quod fuerint etiā ex catholicis
doctoribus qui tenerēt de facto accidentia in ſacramēto altaris ſubiectari in exiſtētia ſub/
ſtantiæ remanētis. Eſt enim una uia theologorū ut refert Petrus de palude in . iiii. di. xii.
q. iii. qui dicunt ꝙ ſicut qualitas hic remanet naturaliter quia remanet ſuum immediatū
ſubm̄ quod eſt quantitas. licet tollatur ſuū remotū quod eſt ſubſtantia & ſic ipſa qualitas
non ſubſiſtit ſed inhæret ſic etiā quantitas caret quidē ſuo ſubō remoto qđ eſt eſſentia ſbē
ſed habet ſuum ſubiectū proprium & propinquū quod eſt eſſe ſbē quo mediante ineſt ſbē
quia id eſſe poſſibile eſt remanere eſſentia nō remanente immo dicūt ipſi neceſſe eſt ipm̄
remanere conſiderato modo quo deſinit hic eſſe & quidē ꝙ hoc ſit poſſibile dicūt patere
qui licet eſſentia ſit prior eſſe ex quo uideret̃ cum ſit prius poſſe ſeparari eſſe a poſteriori
quod magis poteſt ſeparari & fieri eſſentia ſine eſſe ꝙ̄ econtra. tamē conſiderādo ex alia
parte ꝙ eſſentia ſe habet ad eſſe ſicut potētia ad actū. & ſicut materia ad formā quia actus
minus dependet a potētia ꝙ̄ ecōtra. ſicut uidetur magis factibile eſſe ſine eſſentia ꝙ̄ econ
tra. ſed deus in incarnatione uerbi fecit eſſentiā humanitatis ſine eſſe ſuo ut dicit̃ a multis
doctoribus. ergo multo magis pōt hic facere eſſe ſbē panis ſine eſſentia ut ſicut eſt ibi aſ/
ſumpta eſſentia & manet nō autem eſſe & nō manet. ita hic cōuerſa poteſt eſſe eſſentia &
non manere & nō conuerſum eſſe & manebit. Secūdo oſtendunt ꝙ nō ſolum iſtud ſit poſ
ſibile ſed neceſſe quia nihil creatū poteſt conuerti in increatū ſed unum creatū poteſt con
uerti in aliud qū cōmunicant in materia & in genere aliter nō; ſicut accidens nō cōuertit̃
in ſbām nec in accidēs alterius p̄dicamēti ſecundū communē opinionem. eſſentia autem
panis cum eſſentia corporis chriſti cōuenit in materia & genere. unde una pōt conuerti in

Opinio theologorum quorandam quam Petrus de palude recitat.

aliam etiam per naturã ſi corpus eſſet mortale ſed eſſe panis non cõmunicat in materia nec in genere cum eſſe corporis Chriſti ſubſtãtiali cum illud ſit in creatũ diuinum quod eſt ſuppoſiti diuini cum in Chriſto nõ ſit niſi unum eſſe actualis exiſtãtiæ ſubſtãtialis ergo impoſſibile eſt eſſe panis conuerti & neceſſe eſt ipſum remanere. Ego ſum in opinione ꝙ non ſit neceſſe ipſum remanere. tum quia ſi non põt conuerti põt tamen anihilari uel po teſt corrumpi cedendo in potentiã materiæ. Ita ꝙ ſicut humanitas potuit aſſumi nõ aſſum pto eſſe ſed manente in potentia materiæ: Sic eſſentia põt conuerti non conuerſo eſſe ſed redacto in potentia eſſentiæ licet ut uerum fateamur iſte redactiones facilius dicantur ꝙ̃ intelligantur. Item licet eſſe panis non poſſit conuerti in eſſe increatum poteſt tamen conuerti in eſſentiam creatam quia quæ communicant in materia ſunt inuicem trãſmu/tabilia dato ꝙ non cõmunicent in materia propinqua ſed ſolũ in remota ſicut elemẽtum poteſt conuerti in animatũ & econtra. eſſe aũt panis & eſſentia corporis chriſti conueni/unt in materia prima quæ eſt utriuſq; potentia remota licet non cõueniant in propinqua quia materia eſt pura potentia: eſſentia aũt eſt potentia cum actu immo ſi illa ratio uale/ret concluderet ꝙ de omni cibo quẽ chriſtus ante paſſionẽ ſumpſit ſola eſſentia in ipſum conuerſa fuerit & non eſſe: ſed remanſit uel aliter ꝙ̃ per conuerſionẽ corruptũ fuit, quia eſſe ſubſtantiale chriſti erat increatum ante reſurrectionẽ ſicut poſt. Item dicunt aliqui ꝙ ſicut aqua quæ de potentia ordinata non poteſt conuerti in ſanguinẽ chriſti prius cõuer/titur in uinum & poſtea totum in ſanguinem ſic eſſe ſi non poteſt de potẽtia abſoluta cõ/uerti in aliquid chriſti prius natura conuertitur in ſuam eſſenciam tranſiens in eam ſicut forma quæ cedit in potentiam materiæ. & poſt illa eſſentia tota conuertitur in eſſentiam & ſic non neceſſe eſt eſſe remanere. Sicut autem mihi uidetur erroneum dicere ꝙ neceſſe ſit eſſe remanere ita nihil minus erroneum dicere ꝙ non poteſt remanere.

Opinio au/ctoris.

## QVESTIO DECIMA DE VERBIS CONSECRATIONIS.

[I]LLA VERBA hoc eſt corpus: quæ in conſecratione dicuntur materialiter tenetur & non ſignificatiue.

Dixerunt iſti magiſtri ꝙ hæc concluſio eſt ſcandaloſa & cõtra communem opinionẽ ſanctorum doctorum & ꝙ opinio glo/ſatoris in hoc non tenetur. Ego autẽ dico ꝙ ſua determinatio eſt ſcandaloſa & contra opinionẽ multorum doctoꝝ & ꝙ glo ſatoris potius ꝙ̃ eorũ opinio in hoc eſt tenenda & ꝙ ita ſit pa tebit euidenter habito intellectu concluſionis Eſt ergo. Primo aduertendũ ꝙ non intendo iſta uerba fuiſſe materialiter acci/pienda cum ꝓferebant̃ a chriſto ſed ſolum quando proferunt̃ a ſacerdote euangelico conſecrante. & ideo dixi in cõcluſione uerba quæ in cõſecratione dicunt̃ ideſt quæ nunc a cõſecrantibus ꝓferuntur. Certũ eſt aũt ꝙ ſacerdos in cõſecrando recitat prædicta uerba xp̃i ita oratio ꝓlata a tali ſacerdote ſupponit pro oratione ꝓlata a chriſto ſignificatiue ſumpta. & talis opinio non ſolũ non eſt erronea uel ſcandaloſa: ſed potius uidet̃ opinio ꝓdicto ſenſui oppoſita eẽ cõtraria forme cõſecratõis in qua ſacerdos dicit illa uerba recitatiue. Recitat. n. ſacerdos cõſecrãs xp̃m dixiſſe apoſtolis. Accipite &

mādumcate.& cætera.Sacerdos aūt conſecrās nec loquit̄ apoſtolis nec dicit eis accipite & cætera niſi recitatiue.Ipſe enim ſolus recipit ſacramentū neq; etiā aſſiſtentibus loquendo dicit accipite & manducate & cætera.Similiter cum dicit hoc eſt corpus meū id qd̄ recitatur a ſacerdote eſt illa oratio hoc eſt corpus meū materialiter ſumpta pro ſimili oratione & ex ſimilibus uocibus cōpoſita a xp̄o ſignificatiue prolata qd̄ etiam patet per illa uerba quæ dicunt̄ ante uel poſt conſecrationē ſanguinis ſcilicet qui pro uobis & pro multis effūdetur & cætera.Eſſent enim falſa ſi ſignificatiue ſumerent̄ eo ꝙ ſanguis xp̄i ammodo nō effundet̄ ergo illa uerba ſolum recitatiue ſumunt̄.Quid autē recitat̄ niſi uox prolata ab alio pro qua ſupponit uox ipſius recitantis.& ꝓpterea uox iſta alterius uocis recitatoria eſt materialiter ſumēda.Item etiā ſi non recitatiue ſed ſignificatiue caperentur iſta uerba denotaretur ſanguis chriſti effundi pro aliis & nō pro conſecrante.Cum dicit̄ qui pro uobis & pro multis effundet̄.Deberet enim dici potius qui pro nobis &c.quæ nō ideo dico ꝙ credam oppoſitam etiam opinionē non poſſe defendi.ſed ut pareat meā concluſionē non ſolum eſſe catholicam ſed etiā ſua oppoſita probabiliorem.Ex quibus patet ꝙ præſens concluſio non eſt ſcandaloſa ſed probabilis & opinio ſolemnis gloſatoris de conſecratione di.ii.c.timorem.in hoc non eſt reiiciēda ſed approbanda.ſicut nec per eccleſiam uſq; ad hæc tempora unꝙ̄ fuit reiecta.

## QVESTIO.XI.DE MIRACVLIS CHRISTI.

MIRACVLA chriſti non ratione rei facte ſed ratione modi faciendi ſue diuinitatis argumentum ſunt certiſſimum.

Quam cōcluſionē declarando ego dixi ꝙ quia eſt firma ſciētia theologorum ꝙ ea miracula quæ xp̄s fecit̄ poſſent a puro homine in uirtute dei fieri.Dicit enim xp̄s Ioannis.xiiii.Amē dico uobis qui credit in me opera quæ ego facio ipſe faciet & maiora horū faciet.Ideo etiā ab ipſiſmet theologis unanimiter concludit̄ ꝙ id ex quo poſſumus concludere xp̄um fuiſſe deum nō eſt ipſa res facta ſed modus faciendi quia taliter agebat qualiter agunt qui uirtute ꝓpria & nō aliunde accepta agunt quod eſt ꝓprium dei independenter ſcilicet & non aliena uirtute agere qui modus agendi creature cōmunicari non poteſt quia ergo taliter multa egit chriſtus nō orando ſcilicet nec petendo ſed præcipiendo.& imperādo tāꝙ̄ poteſtatē habens patet ꝙ ut ipſe exiſtens deus & nō in dei uirtute exiſtens homo operabatur.Hac uiſa declaratione mea dixerūt concluſio pōt trahi ad malū ſenſum qui continetur inter magicas dato ꝙ ſua declaratio ſit uera de quo eorū iudicio ita miror ut mirari magis non poſſim.Primo ipſi mihi dicāt an apud aliquē recte mea uerba & ex recto uſitatoq; modo loquendi interpræatantē alium habere poſſit ſenſum cōcluſio mea præter eū quem dixi.Quid enim his uerbis clarius quid expræſſius.miracula chriſti nō ratione rei facte ſed ratione modi faciendi ſue diuinitatis argumentū ſunt certiſſimū.Secundo dicāt mihi an hæc ſit recti iudicis ſententia hæc cōcluſio licet ſit uera & catholica dānanda eſt tamen.quia ad malum ſenſum trahi pōt ergo & dānāda.iſta chriſtus eiiciebat demonia propter hoc ꝙ iudei eam trahebāt ad malū ſenſum dicentes ꝙ in belzabu principe demoniorum eiiciebat demonia illa.& damnāda iſta pater maior me eſt quia Arrius ex ea ine

Notandum.

qualitatē filii ad patrē cogitauit. & damnāda iſta non cognouit eā donec peperit primo
genitū filiū ſuum. quia Eluidius ex ea contra uirginitatē perpetuā Marie hereſim eſt opi/
natus. & damnāda iſta. illam diem neq; filius nouit quia ex ea aliqui plura ſcire uolunt
patrē ꝙ ſciat filius. quid plura damnāde fere omnes ꝓpoſitiones euangelice quia ab here
ticis ad malū ſenſum trahi potuerūt. quando & ꝓpoſitionē meam in hiſdē terminis poſi
tam in quibus a multis ponitur catholicis doctoribus. ideo dānare debemus etiā ꝙ ſit ue
ra: quia aliqui ad malū eam ſenſum trahere poſſunt. Profecto ſi qui eam male interpretā
tur illoꝝ ſenſus qui malus eſt damnādus eſt nō meus qui ſanctus atq; catholicus. Tertio
dicāt mihi quis eſt iſte malus ſenſus quem poſſet facere. dicant ſi ſciunt: certe etiā non eſt
dicere ſi quis uelit aut cogitare ex illa ꝓpoſitione malū ſenſum. Si quis enim eſſet is eſſet
forte ꝙ aliquis ſuſpicaretur me uelle dicere ꝙ eadem miracula que fecit xp̄us quantū ad
rem factā per magiā poſſent fieri. ſed hoc non licet ſuſpicari de cõcluſione mea quia im/
mediate ante ipſam ego pono aliā concluſionē ꝙ miracula chriſti nō potuerunt fieri per
uiam magie uel cabale. Alius malus ſenſus qui poſſit īueniri uel excogitari ego nō uideo
dicant ipſi ſi poſſunt. Quarto dicant mihi que eſt hec conſequētia an teneat de materia
an de forma: eſt inter magicas ergo damnāda. profecto ſimilis eſt forma argumētandi il
la qua utebātur etiam cū a principio dānare conabātur cõcluſiones magicas. ſic enim ar
guebant iſte concluſiones ſunt intricate & non intellecte a nobis ergo damnāde o mirā
& inauditā redarguendi formā. Iam taceant qui dicunt de incognitis nō poſſe ferri iudi/
cium cum iam ſit decretū ea maxime eſſe damnanda que maxime ſunt incognita. Sed re
deamus ad ꝓpoſitum eſt inquiūt inter magicas ergo eſt damnāda. Dicant mihi ipſi utrū
magice cõcluſiones bone ſint an male. Si male adhuc male per eos eſt iudicatū. chriſtus
eni innuit in parabola de zizaniis non ſolum eſſe reſpuendū triticum ꝓpter admixtas zi/
zanias immo ad ſaluandū triticum innuit non eſſe eradicandas zizanias ante meſſem. Si
bone cur bonā concluſionē inter bonas poſitā ipi ſi boni ſunt uiri ipos dānare debuerūt.

## QVESTIO. XII. AN DEVS INTELLIGAT.

MAGIS improprie dicitur de deo quod ſit intelligens uel intellectus
quam de angelo quod ſit anima rationalis.
Quam concluſionē ego declarando dixi ꝙ cõcluſio innitebat̃ mo/
do loquendi Dyoniſii qui ſepe dicit de deo ꝙ nō eſt intellectus neq;
intelligibile & ſimiliter dixi mea uerba eo modo eſſe accipiēda quo
accipiebantur uerba Dyoniſii. Dixerunt illi ꝙ concluſio erat falſa.
& ad hereticū ſenſum poterat transferri. & ꝙ nō ſatiſfaciebat eis mea
declaratio: de qua ſua determinatione nō parum miror: miror inq̃ ſi ſunt ſapientes ꝙ di/
cant concluſionem eſſe falſam que ſit non mea ſed Dyoniſii concluſio. Et ut clarius men Dyoniſii
temmeam intelligant declarabo breuiter fundamentum & concluſionis & loquutionis
ipſius Dyoniſii. Eſt ergo aduertendū ꝙ ſicut ratio dicit notitiam diſcurſiuam hominibus Nota
propriam que quidē ratio improprie diceretur eſſe in deo. ita ſimiliter dicit Dyoniſius in/
telligere eſſe notitiam appropriatā angelo cauſatam ab angelo & intellectu angelico &
ipſum informantē & in taliter immutantē & tale intelligere dicit non eſſe in deo. nec ſic

capiendo intelligere poteſt trahi concluſio ad malũ ſenſum. quia nõ ꝓpterea negat Dyoniſius in deo eſſe cognitionẽ omniũ. Sed iſta magis diſtat ab intellectione proprie capta modo predicto q̃ homo ab ãgelo. Cum autẽ dicitur deus intelligit capitur intelligere generaliter pro omni cognitione. & breuiter hoc ſciant ꝙ per hanc concluſionẽ non intẽdo negare de deo cognitionẽ omnium perfectiſſimã ſicut nec quãcunqꝫ perfectionẽ ſimpliciter immo nec intendo negare deũ intelligere capiendo intelligere cõiter. Sed nego iſtud intelligere quod dicit iuxta modũ loquendi Dyoniſii notitiã angelo appropriatã ſicut & ratio dicit notitiã homini appropriatã iuxta quod etiã improprie diceret eſſe ratio in deo. at inquiunt tu dicis ꝙ magis improprie dicitur de deo ꝙ ſit intellectus q̃ de angelo ꝙ ſit anima rationalis. hoc autẽ eſt falſum ꝙ de angelo nullus unq̃ diceret ꝙ eſſet anima. de deo autẽ dicitur ſepiſſime ꝙ eſt intellectus. quare illa eſt magis impropria loquutio. Miror de doctrina iſtorũ patrũ & multiplici lectione ſacrarũ rerũ qui dicunt ꝙ nunq̃ de an-
Auguſtinus. gelo nec proprie nec improprie dicatur ꝙ ſit rationalis. Sed legãt Auguſtinũ in libro de muſica in libro de uera religione. & in actis contra fortunatũ. & in libro de catethizãdis rudibus. Nam in iſtis omnibus locis memini ego angelos ab Auguſtino animarũ nomine nũcupatos. qui tamẽ nec omnia uidi nec omniũ poſſe meminiſſe locoꝝ in quibus forte legi apud ſacros doctores. angelos hoc nomine uocatos. Nam etiã res eſt quæ cũ legitur nõ ſit digna multa attẽtione. Cum autẽ ego dixi magis improprie dicitur de deo ꝙ ſit intellectus nihil aliud intendebã niſi ꝙ notitia angelica que intellectualis notitie nomẽ ſibi appropriat magis diſtat ab infinita notitia dei que omnia per eſſentiã cognoſcit q̃ diſtet a notitia ratiocinatiua anime rationali uel homini appropriata. Si uero ex ꝑſenti cõcluſione inferatur ꝙ deus improprie dicitur intelligere ſicut cõparatiuus infert poſitiuũ accipiatur conſequẽs illatum ſolũ in hoc ſenſu. deus nõ ſecundũ propriã uel appropriatam acceptionẽ huius dictionis intelligere dicitur intellectus &c. Sed ſecundũ cõmunem uiam minus propriam ut patuit ex modo loquendi Dyoniſii.

## QVESTIO. XIII. DE ABDITA ANIME INTELLIGENTIA.

ANima nihil actu & diſtincte intelligit niſi ſe ipſam.

Auguſtinus. Heuricus

Hanc declarando dixi ꝙ intelligebã de intelligere abdito cuius meminerat Auguſtinus in libro de trinitate. & hẽricus in quolibetis. Dixerunt iſti magiſtri ꝙ concluſio nõ erat ad intellectũ doctorum quos ego adducebã in reſpõſione. ꝙ neſcio qualiter dicere poſſint ſi doctores illos uiderũt. Et quia iſta materia de intelligere abdito & ſubtilis & ꝓfunda nolo hic eã latius explicare. Poſtcaq̃ iſti aliter concluſionẽ nõ damnant ſed tantũ duo uolo dicere. Primo ꝙ ego nõ intendo uniuerſaliter negare de anima & pro quocũqꝫ ſtatu quãcunqꝫ diſtinctã cognitionẽ aliorũ a ſe. concedo enim animam chriſti intelligere actu & diſtincte alia. & ſimiliter animas beatoꝝ per reuelationes aut ſpecies infuſas. Secundo dico ꝙ intelligo de illo intelligere abdito quod eſt ſine fantaſmate uel adminiculo ſenſus aut fantaſie & nõ adhuc de quocũqꝫ tali. ſed de intelligere abdito directo & ꝑmanenti. De quo ꝓximã huic poſui concluſionẽ dicentẽ anima ſemper ſeipſam intelligit. & ſe intelligẽdo quodãmodo oĩa entia intelligit. Et ſic in oibus

meis cõcluſionibus ſemp occulta quedã eſt cõcatenatio quã forte ipſi nõ aduertũt. Sed re-
deundo ad ꝓpoſitũ dico ꝙ anima p tale intelligere abditũ directũ & pmanens nihil actu
& diſtincte intelligit niſi ſeipam. Ex quo patet ꝙ pſens cõcluſio ſic intellecta nõ fuit indi/
ſtincte dãnanda pro erronea. ſi etiã in aliquo ſenſu nõ eſſet uera. Sic enĩ multe ꝓpoſitio/
nes tã philoſophoꝝ q̃ theologoꝝ & ſcripture ſacre dãnarent̃ ſicut iſta Abachuch primo Abachuch
mũdi ſunt oculi tui ne uideas malum & ne deſpicias iniquitates. Et ſimiliter iſta Mathei Math.
xxv. de fatuis uirginibus neſcio uos. licet enim uiſio dei aut eius ſciẽtia ſit unica & ſimpli/
ciſſima & talẽ uiſionẽ aut ſcientiã uniuerſaliter etiã de deo negare uideãtur dicte propoſi
tiones reſpectu mali ꝓpter negationẽ prepoſitã uerbo uidendi uel ſcientie. Exponũtur ta
men a doctoribus ſpecialiter de uiſione uel ſciẽtia dei approbatiua & non accipitur ut ne
gatio in eis negat omnẽ modũ uiſionis aut ſcientie dei. Quia uerũ eſt illud etiã pſalmi/
ſte. Delicta mea a te nõ ſunt abſcondita. Si igitur multe tales ab expoſitoribus & doctori/ ps.
bus potius diſtingũtur & ad uerũ ſenſum trahũtur q̃ condẽnent̃. Neſcio in quo iſta deme
ruit ut ita ſimpliciter dãnata ſit etiã poſtq̃ dãnatoribus modo predicto fuerat expoſita &
declarata. Hec ut nunc eſt properãti ſtilo mihi dictata ſint ſcripturo alias maiore ocio &
cura ut plura ita fortaſſẽ meliora. hoc ipſum qualecũq; eſt opus uiginti eſt noctibus elucu
bratũ. in quo edẽdo celeritas optãda mihi magis fuit q̃ diligẽtia. Oportuit enim habere
amicos quod inimicis latrãtibus quaſi cerbero offam obiiceret. atq; ita uenienti me ſtatim
iniuſte infamie morbo occurrere. Quecũq; autẽ & ſcripſimus & ſcribemus in poſterũ cũ Nota
ea ſemp pfatione ſint dicta ut id ſolũ ratũ ſanctũq; habeat̃. quod & Pontifex ſummus &
hii oẽs quoꝝ iudiciũ ille approbauerit ratũ ſanctũq; decernẽt. Atq; utinã iam ille aliquid
de his que in dubium reuocate ſunt opinionibus noſtris pro ſua & ſapiẽtia & auctoritate
decreuiſſet. Nõ hoc mihi ſuſceptũ operis quãdo & que ille dãnaſſet temerariũ. & que pro
baſſet ſupuacaneum erat defendere. Dum igitur tanti adhuc iudicis ſentẽtia uti nõ poſſu/
mus hec ſcripſerimus ne ſit unde de ꝓpoſitis a me diſputãdis queſtionibus habeant quod
ſiniſtri poſſint uel dicere obtractatores. uel ſuſpicari rudes & ſimplices. Poteſt. n. accidere
ut cũ quis indoctior illas attigerit. legẽs hanc ꝓpoſitionẽ chriſtus nõ ueraciter & quantũ
ad realem preſentiam ut ponit cõmunis uia deſcendit ad inferos. actutum illa diſtinctiõe
non ueraciter offenſus. Credat ſenſum eſſe propoſitõnis articulum fidei de deſcẽſu xpi nõ
eſſe uerum. Itidem cũ legerit. peccato mortali finiti temporis nõ deberi penam infinitam
In illa me dubitet hereſi preſtare ꝙ pena gehenne non ſit eterna: & cum intellexerit me de
Origenis ſalute bene opinari. non tam uitam: mores: doctrinam: & penitẽtiam Origenis
q̃ credita Origenis dogmata a me amari ſuſpicet̃. Simile eſt de aliis propoſitionibus mul
tis quæ forte habere poſſint in primori frõte ꝙ ſanctã ruſticitatẽ id eſt ut pias ita indoctas
aures offendãt. Ea ꝓpter ſicut hæc ſcripſimus. ideo legẽda ut nec de nobis nec ꝺ orthodo
xo dogmate ſancte religionis quiſq̃ male cogitet ita ꝓpoſitões ipſas crudas. ut ſic dixerim
& inexplicitas hæc niſi prius attigerint legi nollem a noſtris hominibus quando ex illis
multa ut a ſide catholica ita a noſtra mente aliena poſſunt cõiectare: pſertim hebetiores
& doctrinarum remotiorum rudes & inſolentes. Oro igitur obſecro & obteſtor amicos &
inimicos. pios & impios: doctos & indoctos per uiſcera iheſu criſti domini noſtri. per mi/ Nota
rabile deſcenſus eius ad inferos myſteriũ. per eternũ dãnatorum ignem qui non extingui
tur hereticis pcipue: & ſacroſancte Romane eccliæ hoſtibus debitũ p ueri & myſtici corpis

ſanguiniſq; ſacramentū. per dei omnipotentiā. per exhibendā merito ſilii eius & cohere/dum imaginibus reuerentiam. legant ſine liuore. ſine inuidia que nunc ſcribimus. priora ideſt ipſas propoſitiones non enarratas. non explicitas. non legant. quādo inter doctos eas ꝓpoſuimus diſputādas nō paſſim legendas omnibus publicauimus. Nam & ibi plu/rima ſunt impia dogmata ueterum philoſophorum Auerrois & Alexandri & alioꝝ q̄plu rium. quæ nos & ſi ſemper profeſſi ſumus. aſſeruimus. predicauimus. publice & priuatim. non minus a uera rectaq; philoſophia. q̄ a fide eſſe aliena. Scolaſticam tamē exercitatio/nem meditantes. de more achademiarū inter paucos & doctos ſecreto congreſſu diſputā da ſuſcepimus. Qui uero ipſum leget libellum propoſitionū diſputandarum ut ex ipſo poterit titulo admoneri dum quæ ex noſtra dicūtur ſententia. quæ item ex aliorum diſcer no non proponi illas a me ut meas ut ueras opiniones. ſed ut creditas ab illis. ita & ſuſpi cari poterit & ſi aliorum dicātur dogmata & inuenta. uiſa tamen mihi & hæc & illa uera & probabilia. Qui ergo me oderūt ideo illa nō legant quia noſtra ſunt. Qui me amāt ideo nō legant quia ex illis quæ mea ſunt cogitare plurima poſſent quæ nō ſunt noſtra.

Auerrois Alexander

## CONCLVSIONES QVAS IN HOC OPERE TANQVAM CATHOLICAS DEFENDO SVNT INFRASCRIPTE.

Prima concluſio.

Anima chriſti uero & reali deſcenſu deſcendit ad inferos. & ita chriſtus ſecūdum ueram & realem anime ſue preſentiam in triduo fuit in inferno.

Correlarium. Opinionem Durandi de deſcenſu chriſti ad inferos ego non probo.

Secunda concluſio.

Licet ita ſit. ratio tamē ueri & realis deſcenſus & uere ac realis locationis in inferno ani/me chriſti non fuit eſſentia uel ſubſtantia. ut tenet cōmunis uia Scotiſtarum & nomina/lium. que cōmuniter tenetur Pariſius. cui uidetur adherere ſanctus Thomas in tertia par te ſumme. ſed ſolum effectus uel operatio.

Tertia concluſio.

Senſus per ſupraſcriptas concluſiones explicatas eſt ſenſus quem ego per hanc propoſi/tionem intendebā. Chriſtus non ueraciter & quantū ad realem preſentiā ut ponit Tho/mas & cōmunius uia deſcendit ad inferos. ſed ſolum quo ad effectum.

Quarta concluſio.

Queſtio. Vtrum predicta propoſitio de rigore logice & ex ui uerborum permittat illum ſenſum non eſt queſtio de fide.

Quinta concluſio.

Credens illam propoſitionem de uirtute ſermonis permittere illum ſenſum non errat in fide.

Sexta concluſio.

Qui credit aliquid eſſe de fide quod non eſt de fide de fide nō recte ſentit.

Septima concluſio.

Ponens propoſitionem habentem duplicem ſenſum ſi illam aſſeruit & aſſerit in ſenſu ca tholico non tenetur reuocare propoſitionem ſed declarare.

Octaua concluſio.

Stãte predicto caſu & ipſa multiplicitate ſenſuum debemus iudicare de ꝓpoſi nõe potius ſecundũ ſenſum intentũ a proponente ꝙ ſecundũ ſenſum quem magis uerba ſonant.

Nona concluſio.

Peccatum mortale eſt demeritorie dignum pena eterna.

Decima concluſio.

Quilibet decedens in peccato mortali etiã ſi in uno tantũ decedat punietur in eternũ.

Vndecima concluſio.

Niſi reatus peccati mortalis eternaliter perſeueraret in anima peccatoris pena peccatoris non perſeueraret in eternum.

Duodecima concluſio

Sicut hec dictio peccatũ mortale quandoq; capitur pro actu peccandi omiſſionis uel cõmiſſionis. ita etiã & ſepe & proprie apud catholicos doctores pro reatu accipitur.

Xiii.concluſio.

Cum dicimus penam alicui deberi uel premium dupliciter poſſumus intelligere uel illũ eſſe demeritorie uel meritorie dignum tali pena uel premio. uel ei actualiter perſolui talem penam uel tale premium.

Xiiii.concluſio.

Diſtinctio huius dictionis deberi poſita in concluſione precedenti nõ eſt erronea in fide.

XV.concluſio.

Crux chriſti & imagines ſunt adorande eo modo quo eas adorat eccleſia.

XVi.concluſio.

Modus adorationis imaginum & crucis quem ponũt Petrus de aquila. Henricus de gãdauo. Ioannes guarra. Durãdus. Robertus olchoth & cõmuniter omnes Scotiſtæ & probabilior modo quem ponit Thomas.

XVii.concluſio.

Non propterea ꝙ aliquis neget imagines eſſe adorãdas eo modo quo ponit Thomas negat & conſequenter eas eſſe adorandas eo modo quo ponit eccleſia.

XViii.concluſio.

Cũ in deo ſit plenitudo totius eſſe poteſt deus quantũ eſt ex ſe oẽm naturã hypoſtatizare.

XiX.concluſio.

De hac quæſtione utrum naturæ irrationali ex defectu naturæ ſuæ repugnet aſſumptibilitas ad diuinam naturam in unitate ſuppoſiti ut credidit Henricus. an non repugnet ut tenet cõmunis uia. poteſt catholicus ita eſſe dubius ut non habeat actum poſitiuũ cõtradicendi opinioni Henrici.

XX.concluſio.

Propoſitio negans aſſenſum alicuius dicti non infert de uirtute ſermonis poſitiuũ aſſenſum dicti oppoſiti.

XXi.concluſio.

Tota magia quæ cõmuniter dicitur necromantia. & omnino quecunq; ars uel ſcientia ſi modo talia artes uel ſcientie ſunt dicende quæ uel pactum uel cõmunionem quoquomodo habet cum demonibus explicitũ uel implicitũ ex principali uel ex annexo antecedẽter

concomitãter aut conſequẽter aut oĩno quocũq; modo id ſit eſt res ꝓhibita ſupſticioſa & merito p ecclĩam condẽnata. XXii.concluſio.

Sciẽtia illa quæ merito dicitur eſſe practica naturalis philoſophie & quæ a Guilelmo Pariſienſi & a Bacone & a grecis omnibus auctoribus dicitur magia naturalis nihil cõtinet in ſe quod catholicæ & orthodoxæ fidei repugnet.

XXiii.concluſio.

Nulla eſt ſcientia extendendo nomen ſcientiæ ad reuelatas & nõ reuelatas que nos certificet de diuinitate chriſti alia ab euangelica doctrina & ſcientia chriſtianæ theologiæ.

XXiiii.concluſio.

Inter ſcientias nõ reuelatas ſed quo ad omnes ſui partes humanitus inuẽtas & acquiſitas nulla eſt quæ nos magis adiuuet in cognoſcẽda diuinitate chriſti q̃ illa per quã cognoſcimus quid uirtute agentiũ naturaliũ tam ſublunariũ q̃ celeſtiũ fieri poſſit ut cõpræhendamus deinde ex operibus chriſti fuiſſe eum uere naturæ dominũ & auctorẽ qui ea fecit uirtute ꝓpria quæ omnis naturalis potentiæ & celeſtis & terrene terminos excedunt.

XXV.concluſio.

Non obligatur fidelis ad utendũ ſemper & in omni ſua loquutione hoc termino ſcientia ut eſt cõmunis ad ſcientias reuelatas & non reuelatas.

XXVi.concluſio.

Inter multas partes ſcientie cabaliſte una eſt quæ eſt de uirtutibus corporũ celeſtium.

XXVii.concluſio.

Hereſes Origeni attribute impie ſunt & deteſtande & merito per eccleſiã condẽnate.

XXViii.concluſio.

Cum ita ſit q; uel Origenes illas opiniones nunquã credidit ſed ei ab hereticis falſo fuerunt attribute ut uolunt Ruffinus Pamphilus Methodius Didimus & Aymon uel ſi eas credidit aliquãdo de eis in fine penituit. ut uult Hieronymus de ſalute anime eius rationabiliter eſt bene credendũ & oppoſitũ credere nõ tenemur de neceſſitate ſalutis.

XXiX.concuſio.

Actus credendi eſt actus liber.

XXX.concluſio.

Actus credendi non ſic eſt in poteſtate hominis q; propoſita ꝓpoſitione mere dubia per merũ & ſolũ imperiũ uoluntatis poteſt intellectus adherere uni parti potius q̃ alteri.

XXXi.concluſio.

Qui credit hanc propoſitionẽ nõ eſt in libera poteſtate uoluntatis credere articulum fidei eſſe uerũ quãdo ſibi placet & credere eũ eſſe falſum quãdo ſibi placet permittere ſenſum explicitum per precedentẽ concluſionẽ non errat in fide.

XXXii.concluſio.

Accidentia in ſacramento altaris in nullo ſunt ſubiecto.

XXXiii.concluſio.

Poſſibile eſt de potentia dei abſoluta exiſtentiã panis remanere ſine eſſentia & in illa ſubiectari accidẽtia panis & hoc ſuppoſita diſtinctione reali inter eſſentiã & exiſtentiã.

XXXiiii.concluſio.

Qui credit iſtam propoſitionem. qui dixerit accidens exiſtere non poſſe niſi inexiſtat

euchariſtie poterit ſacramentum tenere etiam tenendo panis ſubſtantiam non rematiere poſſe uerificari per id quod eſt dictum in precedenti concluſione non errat in fide.

XXXV. concluſio.

Paneitas non remanet in ſacramento euchariſtiæ ſuppoſita a chriſto deo homie: ſed per conuerſionem tranſit in eſſentiam corporis chriſti.

XXXVI. conclusio.

Si teneatur cum cõmuni uia ꝙ deus poſſit ſuppoſitare quãlibet naturã poſſibile eſt ꝙ chriſtus aſſumit paneitatem in unitate diuini ſuppoſiti & poſſibile eſt ꝙ per talẽ ſuppoſitationem chriſtus ſit preſens in altari ubi eſt panis & ita ꝙ ſine conuerſione aut anihilatione paneitatis chriſtus ſit in altari ſecundum poſſibilem ueritatem ſacramenti euchariſtie non quidem inſtituti a chriſto ſed poſſibilis inſtitui.

XXXVII. concluſio.

Qui credit iſtam propoſitionem uidelicet: ſi teneatur cõmunis uia de poſſibilitate ſuppoſitationis a deo reſpectu cuiuſcũꝗ creature. dico ꝙ ſine cõuerſione ſubſtãtiæ pãis in corpus chriſti uel paneitatis anihilatione fieri poteſt ut in altari ſit corpus chriſti ſecundum ueritatem ſacramenti quod ſit dictum loquendo de poſſibili non de ſic eſſe permittere ſenſum explicatum in precedente concluſione non errat in fide.

XXXVIII. concluſio.

Iſta uerba hoc eſt corpus meum & cætera. Cum a chriſto prolata ſunt ſignificatiue tenebãtur non materialiter. XXXIX. concluſio.

Iſta eadẽ uerba cũ ab euãgelico ſacerdote cõſecrãte ꝓferunt materialiter. i. recitatiue tenẽtur non ſignificatiue. XL. concluſio.

Miracula chriſti quantum ad rem factam ſunt argumentum ꝙ fuerũt facta in uirtute diuina. XLI. concluſio.

Miracula chriſti quantum ad modum faciendi ſunt argumentum ꝙ ipſe chriſtus faciens uirtutem diuinam a ſe habebat non aliunde.

XLII. concluſio.

Deus perfectiſſimo modo cognitionis cognoſcit & ſe & omnia alia a ſe.

XLIII. concluſio.

In deo eſt omnis perfectio ſimpliciter.

XLIIII. concluſio.

Si utamur hoc nomine intellectualis ſecundum modum Dionyſii ut dicit notitiam appropriatam naturæ angelicæ ſicut rationale dicit noticiam appropriatã naturæ humanæ tũc impropie dicimus ꝙ deus ſit intellectualis aut ꝙ intelligat.

XLV. concluſio.

Anima per illud intelligere abditũ quod eſt directum & permanens ſine adminiculo ſenſus aut fantaſie ſeipſam tantum actu & diſtincte intelligit.

XLVI. concluſio.

Anima per multiplices & uarios alios actus ſuos uaria & multiplicia alia a ſe intelligit

FINIS.

Breue Alexandri vi. pont. Maximi Ad Io. Picum Mirandulam Concordiæ Comitē.
Dilecto filio nobili uiro Ioanni Pico Comiti Mirandulæ.

## ALEXANDER PAPA. VI.

DILECTE Fili ſalutem & apoſtolicam benedictionem oīum catholicorū quieti & famæ eorum preſertim quos generis nobilitas litterarū diſciplina uitæ fideiq; orthodoxæ ītegritas cōmendat q̃tum cum deo licet conſulimus. Dudum ſiquidem cū primum ad fe. re. Innocentiū papā octauū predeceſſorem noſtrum & Romanam curiam te contuliſſes: & nōigentas in theologia & aliis facultatibus concluſiones ex permiſſione prefati predeceſſoris publice. ut moris eſt: diſputandus affixiſſes: quas ſub apoſtolicæ ſedis correctione te ſuſtētare offerebas. Et dictus p̄deceſſor inter illas aliquas fidei & religioni noſtræ cōtrarias erroneas: ſcādaloſas: & male ſonantes: ac de nō ſana doctrina ſuſpectas ab aliquibus intellexiſſet: tunc integritati fidei conſulere uolens: ne fidelium mentes & preſertim ſimpliciū qui ad huiuſmodi publicas diſputationes confluere ſolēt corrūperent. Nōnullis uenerabilibus fratribus: tūc ſuis: nūc noſtris epīs: & aliis ſacræ theologiæ ac utriuſq; iuris p̄feſſoribus per eū noīatis per litteras ſuas in forma breuis cōmiſit & mandauit ut contenta in dictis concluſionibus examinarent: an aliquæ ex illis ex ui uerborum a fide catholica diſſonarent: aut hæreſim ſaperent: ſeu dubiæ & ancipites ad erroneum ſenſum trahi poſſent: & ipſi predeceſſori referrēt ſicuti plenius in dicto breui cōtinetur: ut habita fideli relatiōe eorū oportune prouideret. Qui quidē epī & profeſſores eidem predeceſſori rettulerūt quaſdam ſibi uideri cōcluſiones ſuſpectas: & ut aſſerebant hereſim ſapientes. Quas tamen cōcluſiones gratia tantū ſcholaſticæ diſputationis ac ſub apoſtolicæ ſedis correctione diſputandas publicaueras: & tales demum eas te habiturum profeſſus es: quales per eundē predeceſſorem noſtrum iudicarentur. iureiurando promittens cuicūq; declarationi quā ipm̄ predeceſſorē ſuper hoc facere cōtigeret aſſenſurū. Deinde uero per dictū predeceſſorē accepto te quēdam aliū librū apologeticū edidiſſe in quo eaſdē cōcluſiōes in meliorē & catholicū ſenſum declarās interp̄tabaris: & circa eas intellectum ſinceræ fidei explicabas. Idem predeceſſor ne premiſſæ prepoſiones corda fidelium quoquomodo corrūperent interdixit lectionem libelli predictarū noningentarum concluſionū te tamen nullā ob premiſſa incurriſſe extimationis notam declarauit: ut in eiſdem litteris quarum tenorem hic p̄ expſſo haberi uolumus latius cōtinetur. Verū eidē predeceſſori poſtea aliquibus ſuggerētibus pretextu dicti apolegetici te premiſſo iuramēto tuo cōtrauenisse: te in gallis agentē ad curiā citari mādauit: cuius mādatis reuerēter acceptis ad Romanā curiā regreſſurus iter aripuiſti: Cūq; in Italiā peruenisses ex beneplacito ipſius p̄deceſſoris in ptibus florētiæ ſubſtitiſti Interī uero p̄miſſis ad noſtrā notitiā deductis inquiſitaq; p nos totius negotii ueritate. Cōptoq; & p̄ſertī referētibus Veñ. fratre noſtro Geor. epo albanen. & Vlixbonen. ac dilectis filiis Io. baptiſta de urſinis tituli ſctōrū. Io. & Pauli p̄ſbytero: & Franciſco ſancti Euſtachii dyacono. S. Ro. ec. cardinalibus. Quibus ſpāliter cōmiſeramus ut adhibito ſecum dilecto filio Paulo genuen. theologiæ ac ordinis ſancti Dominici profeſſore: & ſacri palatii apoſtolici magiſtro ſe accurate informarent & nobis referrent. Nihil aliud poſtea contra te actum proceſſum ſeu attentatum fuiſſe. Quodq; in eodē apologetico: qd in orthodo/

xam fidem a cuiuſuis ſuſpitionis nota mentem tuam apud omnes releuandam ſcripſeras iudicium & derminationem ipſius predeceſſoris ac ſedis apoſtolice cui te humiliter ſubmiſiſti continue expectare affirmabas: & impremiſſa promiſſione & iuramẽto tuo perſtiteris pro ut etiam perſiſtere intẽdis & denuo etiam promittis ideo nos bonam & integram mẽtem & ſinceritatem fidei ac in nos & ſedem apoſtolicam deuotionem & obedientiam tuã paterno affectu complectentes ac te quem etiam diuina largitas uariis uirtutibus illuſtrauit pro portiori cautella tua ab omni reatu per iurii ſiquem etiam forſan indirecte dicto iuramento tuo cuius formam hic haberi uolumus pro expreſſo aliquo modo contrauenien do incurriſſes abſoluentes & abſolutum fore cenſeutes cauſam cõmiſſionis huiuſmodi ad uerſns te: & illius ſtatum indiuidualem pro expreſſo etiam habentes & quantus pendeat coram quibuſcunq; iudicibus etiam ſanctæ Romanæ eccleſiæ cardinalibus ad nos aduocantes: motu proprio & ex certa ſcientia extinguimus teq; in eodem iuramento tuo perſiſtentem iuxta formam litterarum ipius prædeceſſoris nullam omino propter præmiſſa incurriſſe extimationis notam & propter editionem declarationum & apologetici huiuſmodi aut alias nullam hæreſis ſpeciem uel ſuſpitionem aut notam ſiniſtram incurriſſe ſeu in crimen ueri uel ficti relapſi incidiſſe aut pænas uel cenſuras in iure: uel alias: contra hæreticos uel de hæreſi ſuſpectos contentas ſiue latas quomodolibet incurriſſe: ſimilibus motu & ſcientia auctoritate præſata per præſentes decernimus & declaramus inhibentes diſtrictiuſq; in uim ſanctæ obedientiæ mandantes ordinariis locorum & cõmiſſariis ac officialibus quibuſcũq;: etiam hereticæ prauitatis inquiſitoribus ne te præmiſſorum occaſiõe quomodolibet moleſtare: ſeu inquirere præſumant decernentes irritum & inane ſi ſecus ſuper his a quoq̃ quauis auctoritate ſcienter uel ignoranter contigerit attentari: premiſſis necnõ conſtitutionibus & ordinationibus apoſtolicis cæteriſq; incontrarium facientibus non obſtantibus quibuſcũq;. De quibus etiam hic expreſſe facienda eſſet mentio ſpecialis. Datum Romæ apud ſanctum Petrum ſub annulo piſcatoris die. xvii. Iunii. M.cccclxxxxiii. pont. noſtri anno primo.

L. PODOCATHARVS.

[...] bro ab inge[...]ssimo pro cōposito. multū valz. cū [...] valde ad intelligēdū mystica theologia btī dionisij

210



# IOANNES PICVS MIRANDVLA DE ENTE ET VNO AD ANGELVM POLICIANVM.

## PROEMIVM.

n

ARRABAS Mihi ſuperioribus diebus. Quæ tecum de ente
& uno Laurentius Medices egerat: Cum aduerſus Ariſtotelē
cuius tu ethica hoc anno publice enarras Platonicorum inni
xus rationibus diſputaret: efficaci adeo uir ingenio & multifor
mi, ut uideatur factus ad omĩa: In quo illud præcipue admi/
ror: ꝙ cū ſit ſemper in re pu. occupatiſſimus litterarum ſemper
aliquid aut loquitur aut mediatur: & quoniā qui Ariſtotelem
diſſentire a Platone exiſtimant a me ipſi diſſentiunt: qui cōcor
dem utriuſqꝫ facio philoſophiā. Rogabas quō & defēderet in
ea re Ariſtoteles & Platoni Magiſtro conſentiret. Dixi quæ tunc mihi in mentem uenerūt
confirmans potius quæ tu Laurentio inter diſputandum reſponderas: q̃ nouum: aliquid
afferens. Sed non tibi hoc ſatis: efflagittas. n. ut q̃q̃ de his fuſius in ipſa quā adhuc partu/
rio Platonis Ariſtotelisqꝫ concordia ſim ſcripturus: breui tamen ad te cōmētariolo per/
ſtringam ea quæ tunc tibi coram de hac quæſtione ſum locutus. Cum forte de dominicus
beniuenius adeſſet utriqꝫ noſtrū pro ſua & doctrina & integritate cariſſimus. Ego uero ne
gare tibi quid poſſum: in re præſertim litteraria: ſocio pene dixerim indiuiduo: Liceat aūt
mihi per te linguæ politioris uindicem uerbis uti quibuſdā nondū fortaſſe latii iure dona
tis. Quæ tamē ipſa rerum nouitas & quædam prope neceſſitas expreſſit nec elegantioris
ſtili lenocinium quæras: ut. n. Mallius inquit. Ornari res ipſa negat contenta doceri. Fue/
runt igitur hec ſi recte memini: de quibus ſermonem habebamus.

Concordia Ariſtotelis & Platonis.

Dominicus beniuenius.

Mallius.

Caput primum in quo platonicorum rationes narrat: Quibus uolunt aſtruere unū
eſſe ente ſuperius.

a

Riſtoteles multis in locis reſpondere hec ſibi inuicem & æquali eſſe ambi/
tu. dicit unū. ſ. & ens. uerum item & bonum ſed de his poſtea. Reſiſtit acha/
demia cui placet unum eſſe prius ente prius autem cum dicunt & ſimplici
plicius intelligi uolunt & cōmunius. Quare & deum (cuius: ſumma ſim/
plicitas) eſſe quidē unum dicunt nō tamen eſſe ens. Intra terminos item unius cōcludi pri
mam omnium materiam rudem: ſcilicet illam & informem. Que tamen extra ut uo/
lunt entis limites eſt. Tum illud afferunt non idem eſſe quod uni oppōatur & quod enti.
opponi autem enti quidem nihil uni autem multitudinem eadem igitur lege qua & op/
poſita cenſeri duo illa. Ens & unum: ut non conuerti: nec reſpondere inuicem exiſti/
mentur.

Quid ariſtoteles ſentiat.

Quid platonici cōtra ſentiant.

Prīa rō platonicorū aduerſus ariſtotelem.

Secunda rō.

Tertia ratio

Caput ſecundum in quo querit ubi plato de ente & uno ſit locutus. oſtenditqꝫ illius
uerba fauere potius ſententie dicenti unum & ens equalia q̃ his qui uolunt unum eſſe en/
te ſuperius.

Is illi rationibus innitunt᷑: quas priuſq̃ diſſoluamus nõ ab re fuerit quid de hac queſtione a Platone expreſſum inueniatur in medium attuliſſe de ente

h & uno, duobus locis inuenio Platonem diſputantem in parmenide.ſ.et ſo/phiſte:contendunt achademici utrobiq; a Platone unum ſupra ens poni:

Quid de parmenide platonis ſentiendum

Ego uero hoc de parmenide primũ dixero neq; toto illo dyalogo quicquã aſſeuerari: nec ſi maxime aſſeueretur quicq̃ tamen ad liquidum inueniri unde Platoni dogma iſtius mo/di aſcribamus certe liber inter dogmaticos non eſt cẽſendus quippe qui totus nihil aliud eſt q̃ dyaletica quedam exercitatio cui noſtre ſententie tantum abeſt ut ipſa dyalogi uer/ba refrangentur:ut nulle extent magis & arbitrarie & uiolente enarrationes:q̃ que ab his allate ſunt qui alio ſenſu interpretari parmenidem platonis uoluerũt/ſed omittamus om nes interpretes·Ipſam inſpiciamus dyalogi ſeriem quid ordiatur quo tendat:quid promit tat:quid exequatur.Porro ita ſe habet:cum ab ea diſputatione unum ne ſint omĩa an ſint multa que ſunt.Socrates ad ideas diuertiſſet multaq; ſuper his a parmenide ſciſcitaretur. Reſpondet parmenides placere ſibi impetum illum:propenſionemq; animi ad res altiſ/ſimas deſiniẽdas:ceterum collige inquit te ipſum diligentiuſq; te dum iuuenis es in ea fa/cultate exerce:que inutilis multis uidetur.unde ab illis nugacitas ſiue garrulitas nuncupa ta alioquin ueritas te fugiet.Confeſſum autem apud omnes quod & ſequentia manifeſtãt per hec uerba ab illo dyaleticam ſignificari:poſt que cum ita parmenidem Socrates inter roget quis exercitationis huius modus eſt parmenides:reſpondet ille primo eum eſſe quẽ a zenone audierat tum particularius de hac re docens admonet ut perſpicaci ſolercia cir/cunſpiciat non ſolum quid conſequatur ſi res aliqua ſit:ſed & quid conſequatur ſi non ſit tum uideat:quid conſequatur rem illam quã eſſe aut non eſſe ponimus ut ſe reſpicit ut alia quid itẽ alia ut ſe ut illã reſpiciũt & cũ plura ille in hãc ſententiã: tũ ſocrates ita. Arduum opus affers nec te omino intelligo. Sed cur ipſe aliquid nõ ponis atq; iſto quẽ probas mo do pertractas:quo mihi dilucidior huius rei fiat intellectus reſpondet parmenides hoc ſi/bi ſeni eſſe laborioſum:deniq; zeno faciendũ hoc dicit eſſe parmenidi quando in paucorũ cõuentu eſt alioquin parũ decore ait huiuſmodi quedam in celibritate multorũ tractari a ſene quoniã quotuſquiſq; nouerit tractationẽ huiuſmõi & euagationem ad ueritaiẽ adipi/ſcendã eſſe neceſſariã faciũt uel hec uerba zenonis plenã fidẽ eius quod diximus.quod.n. parmenides tractatarus eſt. Tale eſt ſi credimus zenoni ut nõ ſit palã in multorũ conſeſſu a ſene tractandũ at ſi ut illi uolũt de diuinis ordinibus de primo rerũ oĩum principio agit que tractatio ſeni cõgruentior aut eru beſcenda minus:ſed citra omnẽ eſt cõtrouerſiã: niſi nos ipſos uelimus fallere.Id circa quod uerſaturus erat parmenides dyaleticũ eſſe negoci um neque aliud ab eo.Socrates poſtulauerat.Id aũt iuuenilis potius q̃ ſenilis officii zeno iudicauerat. Quibus etiã teſtimoniis ſi nõ credimus ipm peurramus dyalogum.Videbi/muſq; nuſquã aliquid affirmari.Sed ubiq; ſolũ queri hoc ſi ſit: Quid cõſequet᷑: Quid itẽ ſi nõ ſit.Occaſionẽ aũt ſuæ ſententiæ de ente & uno hinc achademici aucupati ſunt:q; pri ma poſitione hoc ſe problemate exercet ut uideat ſi omnia ſint unum quidnam conſequa tur reſpõdetq; futurum ut illud unum quod eſſe ponimus ſit impartibile ſit infinitum nuſ quam ſit & cum id genus multa enumeret affert & hoc inter alia. Futurum.ſ.ut illud unũ non ſit ens. Attende autem etiam ſi hæc dyaletica non ſit exercitatio. Sed de ente unoq; dogma tradatur:quantum hæc differant:aſſerere.ſ.unum ſuper ens eſſe & hoc aſſerere fu/

Vtilitas logice

turum ut ſi omnia ſint unum: illud unum ens nõ ſit & de parmenide ſatis. Enim uero in ſophiſte in hãc ſententiam potius loquitur eſſe unum & ens equalia q̃ eſſe unum ente ſuperius. Hoc eni ubi explicet nõ inuenio. Illud multiſariã ſignificat ut per hæc uerba. Nã ita conſiderans confitens neceſſariũ eſſe eum qui aliquid dicit unũ aliquid dicere & mox eum uero qui nõ aliquid dicit neceſſe eſt: neq; unum quid. i. nihil dicere. Hæc ille. Equalia ergo apud eum immo eadẽ ſunt nõ unum & nihil: equalia item unum & aliquid. Poſt hæc itẽ probat dici nõ poſſe. nõ ens eſſe unum. Atq; ita colligit. Ens nõ enti nõ accidit: ergo unum nõ accidit nõ enti loquitur autẽ de uno quod ſupra dixerat equale eſſe ei quod eſt aliquid uidetur igitur pro cõceſſo habere unum eſſe ens. Sed eſto demus Platonẽ hoc affirmaſſe: quod certe nuſquã affirmauit. Age examinemus in quem ſenſum dici uere potuerit: ipſius primũ ariſtotelicæ ſententiæ in hunc modũ fundamẽta iacientes.

Quod in ſophiſte dicat de ẽte & uno

Caput tertium in quo declarat quomodo accipiatur ens Ab ariſtotele cum ipſum uni equale atq; omnia ambiens facit.

Ens accipi poſſe duplicem ĩ modũ

d Ictio hæc. ens. de qua ambigitur uni ne equalis ſit. duplicem accipi in modũ poteſt. Primus eſt ut cũ ens dicimus: omne id intelligamus quod eſt extra nihil. Quo modo uſus eſt Ariſtoteles cũ uni ens equale fecit. Nec dictionẽ abſq; ratione ſic uſurpauit: nã ut uere dicit̃: ſentire quidẽ ut pauci loqui autẽ ut plures debemus. Sentimus enim & opinamur nobis: loquimur aliis. i. multitudini atq; ideo loquimur ut intelligamur. Vulgus aũt & quicunq; e medio ita ens accipiũt ut omne id dicat̃ ens cui nõ deeſt eſſe: & quod dici nihil uere nõ poteſt. Sed & qui habiti ſapiẽtiſſimi apud hos ipſos qui contra ſentiũt dictione hac ita uſos inuenimus. Parmenides enim pithagoreus cum dixit unum eſſe id quod eſt: Deũ intellexit. Si ſimplicio credimus aliiſq; per multis qui tueri parmenidẽ uolunt aduerſus eos: qui illũ calũniãtur. Quaſi omnia dixerit eſſe unum. una enim uoce reſpondẽt nunq̃ creditũ a Pamenidre non eſſe in rebus diuiſionẽ: multitudinẽ pluralitatẽ. Quam ipſe alibi in ſuis poematis aperte confitetur: ſed cum dixit unum eſt quod eſt: iudicatũ ab eo illud cui uere entis appellatio congruit: & quod uere eſt eſſe unum tm̃: quod unũ deus eſt. Quare ſi Parmenidi credimus eiuſq; defenſoribus etiam platonicis unum ſupra ens eſſe nõ poteſt niſi ſit ſupra deum: tantũq; abeſt ut deum eſſe ens neget Parmenides: ut ſoli deo ueram entis appellationẽ concedat Atq; ita prime rationis Platonicoꝝ ſolutio nobis obiter occurrit. Sed & Dyoniſius Areopagita: Quem qui cõtra nos diſputant fautorẽ ſue ſentẽtie faciũt nõ negabit uere a deo apud Moſen dici ego ſum q ſum. quid grece ita legimus εγω ειμι ο ων. i. ego ſum ens. Qui ipſimet cũ dicãt nihil ſiue non ens opponi enti ſicut multitudo opponitur uni. Concedẽt neceſſario illud quod non eſt ens eſſe nihil ſiue nõ ens. Sicut quod nõ eſt unum eſt multum ſiue multitudo: quare ſi eandẽ ſeruant legem locutionis fateantur oportet deum aut nihil eſſe quod aures ipſe formidant aut eſſe ens. Hoc modo ens cum accipitur illud primum axioma & uniuerſale proloquiũ ſtatuimus de re qualibet neceſſario dici aut eſſe eã aut non eſſe de nulla autem utrũq; ſimul aut dici aut cogitari poſſe. Cũ ergo extra omnia nihil ſit preter ipſum nihil. ſi hoc modo acceptum ens ſolũ nihil a ſe excludit. omnia ambiat proculdubio neceſſe eſt. Quare plura eo ambire unum nõ poteſt niſi ipſum ambiat nihil quod plato negat in ſophiſte. Cũ dicit nõ ens ſiue nihil unum dici nõ poſſe ſi neq; ambit pauciora ut ipſi uolunt equalia ergo & ens & unum.

Probat dictionẽ ſic recte accipi quo modo accepͭ ariſtoteles

Teſtimoniũ primum.

Secundum

Simplicium parmenidẽ defendere

Solutio priẽ rõnis platonicorum.

Dyoniſius.

Quartũ

Quintũ

Probat ſic accepta dictõe neceſſario ens uni eſſe equale etiã ſecundum platonem.

## Caput quartũ in quo declarat quo modo ente dici aliquid ſuperius poſſit.

EXplicauimus alterum ex his modis quibus accipi ens poſſe dicebamus: quo qui utũtur: queadmodum recte uti poſſunt ueriſſime affirmãt nihil eſſe ente cõmunius. Reſtat alterũ explicemus iuxta quem erit manifeſtũ poſſe nihilo minus. & uere dici eſſe aliquid quod ſupra entis eminentiã collocetur.

*Nomina. concreta abſtracta Diuerſitas inter ea.*

Nominum alia concreta alia abſtracta. Concreta calidũ lucẽs candidũ homo. Abſtracta calor lux candor humanitas. Eſt autẽ hec uis illorũ & diuerſitas: ut quod abſtractũ dicitur: Id notet quod a ſe tale eſt nõ ab alio. Concretũ ex aduerſo id ſignificet quod nõ a ſe. Sed alterius beneficio tale eſt. Sic lucẽs luce lucet. Candidũ candore candidũ eſt. & homo humanitate eſt homo. Quoniã uero nihil ſe ipſum participat: neq; eadẽ cõditio eidẽ rei & a ſe & alterius participatione ineſſe poteſt. Sequitur ut quod abſtractũ dicitur a concreto denominari non poſſit quare nõ congrue dicitur candor candidus eſt. nigredo nigra eſt immo ridiculus erit qui talia enũtiet. nõ quia cãdor niger ſit: aut calor frigidus: ſed quia tantũ & ille a nigredine: & hic abeſt a frigiditate: ut quecũq; candida ſint illo cãdida ſint & quecunq; calent huius participatione caleant.

*Bifariã negari quedã cuipiã ineſſe.*

Quedã ergo negamus rei cuipiã ineſſe aut quia illa nõ habet: ut cũ dicimus nigrũ non eſſe album aut quia excellentiori nota: & perfectiori ratione habet: quã nos habere eam ex tali locutione ſignificamus: ut cum negamus albedinẽ eſſe albam nõ quia nigra ſit ſed qm̃ nõ ſolum ideo nõ eſt nigra quia eſt alba: quod idem eſt dictu: quia habet albedinem. Sed quia ipſa albedo eſt. Veniamus ad noſtra ens concreti nominis faciem habet. Idem enim dictu ens & id quod eſt. Cuius abſtractũ uidetur hec dictio: eſſe: ut ens dicatur quod ipſum eſſe participat. Sicut lucens dicitur quod lucem participat & uidens cui ineſt ipſum uidere.

*Quõ deus dicit' nõ eſſe ens ſed ſup ens.*

Ad hanc ergo exactã entis ſignificantiã ſi reſpiciamus illud eſſe negabimus ens: nõ ſolũ quod nõ eſt: & quod eſt nihil. ſed illud quod adeo eſt ut ſit ipſum eſſe quod a ſe & ex ſe eſt: & cuius ꝑticipatione omnia ſunt: ſicut nõ id ſolum negabimus eſſe calidũ quod eſt expers caloris: ſed ꝙ ipſe calor eſt. Tale autem eſt deus qui eſt totius eſſe plenitudo: qui ſolus a ſe eſt & a quo ſolo nullo intercedente medio ad eſſe omnia proceſſerunt. Hac igitur ratione uere dicemus deũ nõ eſſe ens ſed ſuper ens & ente aliquid eſſe ſuperius hoc eſt deum ipſum:

*Quare deus dicit' unũ*

cui quoniam unius datur appellatio conſequẽs inde ut unum ſupra ens eſſe fateamur. Vocamus autem tũc deum unum: nõ tam enũtiantes quid ſit q̃ quomodo ſit omnia quæ eſt. & quomodo ab ipſo alia ſint. Vnũ enim inquit Dyoniſius dicitur deus quia unice eſt omnia. Rurſus unũ dicitur quia ita principiũ omniũ eſt quæ ſunt ſicut omniũ numeroꝝ principiũ unitas eſt.

*Quõ potuit a platõe dici unũ eẽ ente ſuperius ſi tñ hoc dixit. Ita etiam ab ariſtotele qñq; accipiẽs ut deus nõ ens ſed ſup ens dicẽdus ſit.*

Quapropter ſi ut uolũt Academici Plato in prima poſitione parmenidis affirmat unũ eſſe ente ſuperius nõ erit illud unum aliud q̃ deus: quod & ipſi fatẽtur cõmuni conſenſu aſſeuerantes de primo rerum omniũ principio ibi a platone tractari. At dicet quiſpiam hac ſaltẽ exꝑte diſcors erit Ariſto. a Pla. Quod ariſtoteles nunq̃ ita ens accipit ut ſit ſub uno deũq; nõ comprehẽdat quod Plato facit. Hoc qui dicũt Ariſtotelẽ non legerunt. facit enim & ipſe hoc: & longe clarius q̃ Plato. Nam ſexto prime philoſophie libro ait diuidi ens in ens per ſe & ens per accidens. Cum ens per ſe in. x. genera dubiũ nullũ apud bonos interpretes ſub hoc ente deum nõ contineri: qui neq; eſt ens per accidens: neq; ſub ullo. x. generũ cõtinetur in quæ diuiditur ens per ſe. Vulgata item apud peripateticos eſt illa diuiſio qua dicitur ens diuidi in ſubſtantiã & accidẽs quod cum ſit ita accipimus ens

 

ut deus ſupra ens ſit: & nõ ſit ſub ente queãdmodum docet Thomas primo libro cõmentariorum in theologicas ſententias. Adiiciã & hoc iniuria gloriari quoſdam Platonicos quaſi myſteriũ habeant Ariſtoteli ignotũ cum dicunt duas eſſe ꝓprias dei appellationes unum .ſ. & bonũ atq; ita bonũ & unum ante ens eſſe. Sicut enim oſtendimus nõ latere peripateticos quomodo ſupra ens deus intelligi poſſit. poſſumus & hoc oſtẽdere duo in primis hec nomina boni .ſ. & unius deo Ariſtotelẽ dediſſe. nam .xii. libro prime philoſophie poſt q̃ de toto ente ſeparatiſq; mentibus diſputauit. Querit poſtremo (quaſi poſt omnia ad dei ſolius ꝓprietates inueſtigãdas cõuerſus an) preter bonũ quod quaſi in exercitu in entium uniuerſitate eſt. ſit bonũ aliquid ſeparatũ quaſi induce huius exercitus idque eſſe determinat ꝙ bonũ deus eſt. de quo conſequẽter eodem capite unitatẽ probat in eius teſtimoniũ poſt ualidas rationes illud etiam citãs Homeri εισ. κοιραμοσ εστω. εισ βασιλευσ. Vbi ergo falſus: ubi diſcors a Platone eſt Ariſtoteles ubi prophanus: ubi de deo minus q̃ deceat honorifice ſentiens.

Duas has maxĩe appellatõnes unũ .ſ. & bonum deo dare ariſtotelẽ.

Caput quintũ in quo declarat qua ratione multa deo adſcribant peripatetici qua de eo negant platonici docetque quonã pacto per quattuor gradus ad caliginem aſcendamus quam deus inhabitat.

SOluamus nũc rationes Platonicoꝝ quibus nõ eo modo cui & nos cõcordamus: ſed abſolute aduerſus Ariſtotelẽ unum contendũt eſſe ente ſuperius & q̃q̃ ſatis ex ſuperioribus ſoluta ſit prima ratio: qua dicebatur deus unũ nõ tamen ens. fuerit tamẽ opere pretiũ digredi latius ut oſtẽdamus cur nõ ſolũ a diuerſis ut pote platonicis & peripateticis ſed ab eodẽ ſepe auctore multa de deo: & uere affirmẽtur & uere negẽtur. Deus omnia eſt & eminentiſſime atq; perfectiſſime eſt omnia. Quod nõ erit niſi ita in ſe claudat omniũ perfectiones ut quicquid ad imperfectionem ſpectat in rebus a ſe reiciat. poſſumus autẽ quicquid imperfecti rationem habet in his que ſunt duplici capite diffinire. Alterũ eſt cum quid in re eſt quod in genere illius rei minus perfectũ eſt. Alterum cũ perfectũ ſuo quidẽ in genere eſt: ſed ideo nõ ſimpliciter perfectũ quoniã unius tantũ generis perfectionẽ habet: & multa ſunt extra ipſum genera ſuis perfectionibus honeſtata que in illo includũtur. Exemplũ primi cognitio ſenſualis nõ ideo ſolũ imperfecta eſt: quia cognitio tantũ eſt. & nõ eſt appetitio: ſed quia & imperfecta cognitio eſt. Tum quia organo eget bruto & corporali: tum quia extrema ſolum attingit rerum ad intima .i. ad ſubſtantiã nõ peruadit. Cognitio itẽ humana: que rationalis dicitur imperfecta cognitio eſt: quia uaga incerta mobilis laborioſa adde intellectualẽ cognitionem mentiũ diuinarũ: quas theologi uocant angelos & ipa etiã imperfecta cognitio eſt. Vel ob id ſaltẽ quod extra ſe querit quod intra ſe. ſ. plene nõ poſſidet hoc eſt ueritatis lucem qua eget & qua perficitur. accipe uitam: Vita ea que eſt in plantis immo que in omni corpore eſt. Non ideo ſolum imperfecta quia uita eſt tantũ & non cognitio ſed quia non pura uita potius autẽ uiuificatio quedã ab anima in corpus deriuata ſemper fluens ſemper admixta morti. Magis deniq; mors uocanda q̃ uita. Incipimus enim ſi forte neſcis. tunc mori cum primũ incipimus uiuere & mors cum uita ꝓtenditur tuncq; primũ deſinimus mori. cum a corpore mortis huius per carnis mortẽ abſoluitur: ſed nec perfecta uita eſt angelorum quã niſi pereniter uiuificus radius diuine lucis foueret in nihilum tota deliberaretur eadem ratio in ceteris: cum ergo deum cognoſcentẽ deum uiuentẽ facis: illud

Soluẽdã iterũ eſſe achademicoꝝ primã rationẽ.

Impfectio in rebꝫ duplex

Exẽplũ eius qđ nõ ẽ ſuo in genere pfectum

Quomõ ſenſus cognitio impfecta cognitio eſt

Quomõ cognitio hũana impfecta

Qũo cognitio angelica imperfecta

Vita q̃ in oĩ corpore eſt qũo impfcã.

Quãdo ici/ piamus mo/ ri qñ uiuere.

Exẽplũ eius quod nõ eſt ſimplex pſe/ ctũ q̃q̃ ſuo ĩ genere ſit p/ fectum.

primum attende ut uita & cognitio quæ illi aſcribitur. His omnibus detrimẽtis libera in telligatur. Sed non hoc ſatis. Reſtat enim altera imperfectio cuius exemplũ hoc. Conci/ pe uitam perfectiſſimã quæ.ſ.tota ſit uita & pura uita nihil habens mortale nihil mortis admixtũ.quæ nullo egeat extra ſe per quod duret ſtabilis & permaneat. Concipe item co gnitionem qua & omnia & ſimul perfectiſſime cognoſcantur. Adiice & hoc cognoſcentẽ ſcilicet in ſe omnia hæc cognoſcere:ut non extra ſe quærat ueritatẽ. quam cognoſcat:ſed ipſe ipſa ſit ueritas adhuc horũ utrũq; q̃q̃ ſuo in genere perfectiſſimũ & tale ut extra deum eſſe non poſſit. Sic tamen acceptũ & ab inuicem diſtinctũ deo indignũ eſt. deus enĩ oĩmo da & infinita perfectio eſt ſed nõ ideo tantũ omnimoda & infinita quia omnes particu/ lares perfectiones atq; infinitas tales in ſe comprehẽdat: Tunc enĩ neq; ipſe eſſet ſimpli/ ciſſimus:neq; infinita eſſent:que in eo ſunt:ſed eſſet infinitũ unum ex multis infinitis nu mero finitis autẽ perfectione collectũ:quod aut dicere aut cogitare de deo ꝓphanũ eſt. At uero ſi uita que perfectiſſima quidẽ uita eſt. Sed uita eſt tantũ & nõ eſt cognitio. Itẽque ſi appetitio ſiue uoluntas que perfectiſſima quidẽ uoluntas ſed uoluntas tantũ & nõ uita neque cognitio eſt. Similiaque alia in deo collocẽtur manifeſte futurũ eſt ut diuina uita finite ſit perfectionis:quoniã eam habet perfectionẽ que uitæ eſt nõ habet eã quæ cogni/ tionis quæ appetentiæ tollamus ergo a uita nõ id ſolum quod eam imperfectã uitã facit: ſed quod facit eam uitã tantũ & a cognitione ſimiliter aliiſque nominibus quibus deum appellamus tũc que quod ex omnibus remanebit neceſſario tale erit quale deum intelli/ gi uolumus unum.ſ. perfectiſſimũ infinitũ ſimpliciſſimũ. Et qm̃ uita ens quoddam eſt ſa piẽtia item ens quoddã pariterque & iuſtitia utique ſi particularitatis & terminationum conditionẽ his adimas:quod ſupererit nõ hoc aut illud ens erit:Sed ipſum ens: ſed ſim/ pliciter ens:ſed uniuerſale ens nõ predicationis uniuerſalitate ſed perfectionis ſimiliter ſapientia bonum quoddã eſt.quia hoc.ſ. bonum quod eſt ſapientia & nõ eſt illud bonũ quod eſt iuſtitia tolle ut inquit Auguſtinus hoc: Tolle illud.i.particularem hanc tolle li mitationẽ per quam ſapientia ita eſt bonũ quod eſt ſapientia. quod non eſt bonũ quod eſt iuſtitia.paritèrque iuſtitia ſic habet iuſtitiæ bonitatem:ut non habeat eam:quæ eſt ſa/ pientiæ. Tuncque in enigmate faciem dei uidebis.i.omne bonum ipſum bonũ ſimplici/ citer bonum omnis boni bonũ. Ita uita ſicut ens quoddã eſt ita eſt unum quoddã: eſt enĩ perfectio una:pariterq; ſapiẽtia perfectio una eſt. Abiice particularitatẽ remanet nõ hoc aut illud unum.ſed ipſum unum & ſimpliciter unũ. Cum ergo deus ille ſit.qui ut a prin/ cipio dicebamus ablata omniũ perfectione oĩa eſt. Certe cum a rebus omnibus & quæ ſub ſuo genere imperfectionẽ & ſui generis particularitatẽ abdicaueris id quod remanet deus eſt. deus ergo ipſum ens:ipſum unum ipſum bonũ ſimiliter & ipſum uerum. Duos iam gradus promouimus ad caliginem aſcendentes quam deus inhabitat:a diuinis no/ minibus omnẽ purgantes maculam:que ex rerum eſt ſignificatarũ imperfectione. Adhuc duo ſuper ſunt gradus quorum alter nominũ arguit deficientiã alter noſtre intelligentie accuſat infirmitatem. Hec nomina ens uerum unum bonum concretũ quid dicũt & qua ſi participatum. quare rurſus dicimus deum ſuper ens:ſuper uerum:ſuper unũ: ſuper bo/ num eſſe:quia ſcilicet ipſum eſſe eſt ipſa ueritas ipſa unitas ipſa bonitas. Verum adhuc in luce ſumus:deus autem poſuit tenebras latibulum ſuum. Ad deum ergo nondũ peruen/ tum eſt donec enim quod de deo dicimus etiam intelligimus & comprehẽdimus in luce

Quõ deus a ipſum ens.

Auguſtinus.

Videre di fa ciẽ ĩ enigma te.

Quõ deus eſt ipm unũ.

Quõ deus ſup ens ſup unũ ſup bo/ num ſit.

uerſari dicũtur:& tanto minora deo & loquimur & ſentimus:quanto infinita ſua diuini/tate capacitas noſtre intelligentie minor eſt. Ad quartũ igitur gradũ conſcendẽtes intre/mus ignorantie lucẽ:& diuini ſplendoris caligine ex oculati clamemus cũ propheta de/feci in atriis tuis domine. Hoc unum de deo poſtremo dicentes eſſe ipſum intelligibiliter & ineffabiliter ſuper id omne quod nos de eo perfectiſſimũ uel loqui poſſumus uel cõci/pere. Tunc ſuper ipſam etiã quam conceperamus unitatem bonitatẽ ueritatẽ. Superque ipſum eſſe deum eminentiſſime collocantes huc reſpiciens Dyoniſius Ariopagita poſt ea omnia:que in ſymbolica theologia in theologicis inſtitutionibus. & quæ de diuinis no/minibus & de miſtica ſcripſerat theologia poſtremo in calce eiuſdem libri quaſi qui iam in caligine eſſet:& ut poterat de deo ſanctiſſime loqueretur ſic poſt quedã alia ad idẽ atti nentia exclamauit:neq; ueritas eſt:neq; regnũ:neq; ſapientia neq; unũ:neq; unitas:neq; deitas:aut bonitas:neq; ſpiritus eſt quantũ ſcire ipſi poſſumus:neq; filii neq; patris eſt de nominatio neq; aliud aliquid ex his que nobis aut alteri cuiq; in mũdo ſunt cognita neq; aliquid eorũ que non ſunt:neque eorũ que ſunt eſt:neque ea que ſunt illam ſciunt ſicut ipſa eſt neq; ſcit ipſa que ſunt ſicuti ſunt. neq; ſermo ipſius eſt. neq; nomen. neq; ſcientia. neq; tenebre. neq; lux eſt. neq; error. neq; ueritas. neq; eſt ipſius nulla omnino poſitõ neq; ablatio. Hec uir ille diuinus ad uerbum. Recolligamus que diximus uidebimuſq; in pri/mo nos gradu diſcere deũ non eſſe corpus ut epicurei neq; formã corporis ut illi uolunt qui deum aſſerunt animã eſſe celi uel uniuerſi:quod & egyptii ut ſcribit Plutarchus exiſti/marunt & uaro theologus Romanus unde utriſq; magnũ fomentũ Idolatrie ut alibi de/clarabimus ſed & qui dam ſunt ex peripateticis adeo ſtolidi ut hanc & uerã & Ariſtotelis ſententiã eſſe confirment. Vide quantũ a uera hi dei cognitione deficiunt. In carcere qua ſi in calce quieſcentes:& tunc ſe ad dei faſtigia credentes perueniſſe cũ humi adhuc iacẽ/tes pedem aduerſus eum nondũ mouerunt ſic eni nec perfecta deus uita:neq; ens perfe/ctum neq; perfectus etiã eſſet intellectus:ſed profanã hãc opinionẽ quinta decade noſtre concordie late inceſſuimus. Diſcimus in ſecundo gradu:quod pauciores recte aſſequũtur & in quo falli poſſumus magis ſi a uero intellectu paululũ deuiauerimus:deũ.ſ.nec eſſe uitã nec intellectũ:neq; intelligibile:ſed melius aliquid atq; præſtãtius omnibus his. No mina eni hec omnia particularẽ dicunt perfectionẽ qualis nulla in deo eſt. Quod reſpi cientes & Dyoniſius & deinde Platonici in deo & uitã & intellectũ & ſapientiã:atq; his ſimilia eſſe negant:ſed qm̃ totã hoꝝ perfectionẽ:que in his multa & diuiſa eſt. Deus ipſe ſua unica perfectione que eſt ſua infinitas ſua deitas que ipſe eſt in ſe unit & colligit:non ſicut unũ ex illis multis ſed unũ ante illa multa. Ideo quidã alii & preſertim peripatetici: quos quantũ licet ſere in oĩbus imitãtur Pariſienſes theologi. Hec omnia in deo eſſe cõ/cedunt. Quod dicẽtes atq; credentes nõ ſolum recte dicimus & credimus:ſed & cũ is cõ corditer qui illa negant. ſi illud nobis ſemper Aurelii Augu. fuerit ante oculos ſapientiã dei nõ plus eſſe ſapientiã q̃ iuſtitiã & iuſtitiã dei nõ plus eſſe iuſtitiã q̃ ſapientiã. Vitãq; pa riter nõ potius in eo eſſe uitã q̃ cognitionẽ:nec cognitionẽ magis cognitionẽ q̃ uitã. Om/nia eni hec in deo ſunt unũ nõ per cõfuſionẽ aut cõmixtionẽ aut quaſi diſtinctoꝝ mutuã penetrationẽ ſed per ſimplicẽ ſummã ineffabilẽ fontalẽ unitatẽ. In qua omnis actus oĩs forma oĩs perfectio ſicut in primo eminentiſſimo duce penitiſſimis diuine infinitatis the/ſauris ita ſuper oĩa & extra oĩa excellẽter eſt concluſa ut ſit tamẽ nõ ſolũ oĩbus intima ſed

Deus ſup oẽ qd dici a no bis aut cõci/pi poteſt. .ps.

Dyoniſius.

Primus gra/dus.

Cõtra epicu/ros egyptios uarronem & alios.

Quinta de cas cõcordie pla. & ariſto telis.

Secũdus gra dus.

Dyoniſius & platonici

Peripatetici.

Pariſienſes theologi.

Auguſtinus.

Amare deū. Nota

magis unū cum oībus q̄ ipſa ſint ſecū deficiunt profecto uerba & minus oīno dicitur etiā q̄ concipitur. Sed uide Mi Angele quæ nos inſania teneat: Amare deū dum ſumus in corpore plus poſſumus q̄ uel eloqui uel cognoſcere. Amando plus nobis ꝓficimus minus laboramus: illi magis obſequimur. Malumus tamē ſemper quærēdo per cognitionē nunq̄ inuenire quod querimus q̄ amādo poſſidere: id quod non amando fruſtra etiā inueniret̃ ſed redeamus ad noſtra euidēter tibi iā patet quo nā pacto cū deus alias & mens & intellectus & uita & ſapientia nūcupetur rurſus aliquādo ſuper hec omnia collocetur. Vtrūq; tamē & uere & conſone cōprobetur. Nec ꝓpterea Platonē ab Ariſtotele diſſentire: quod ille in ſexto de re pub. libro deum quē ibi uocat ideam boni ſuper intellectū & intelligibilia ſtatuat dantē illis quidē ut intelligant. His autē ut intelligātur. Hic autē. ſ. Ariſtoteles ſepe deum & intellectū & intelligentē & intelligibile uocet. Nam & Dyoniſius areopagita cū idem dicat quod Plato nō tamen negabit etiā cum Ariſtotele deum ſe ipſum & alia nō ignorare. Quare ſi ſe intelligit & intellectus & intelligibilis eſt. cognoſcit. enim & cognoſcitur neceſſario qui ſe ipſum cognoſcit & tamen ſi quaſi particulares ut dixi has perfectiones accipiamus: aut cū intellectū dicimus naturā ſignificemus quæ ad intelligibile quaſi ad aliud extra ſe tendat: nihil minus q̄ Platonici Ariſtoteles etiā deum & intellectum & intelligibile eſſe conſtātiſſime ſit negaturus. In tertio gradu plus aliquid nobis dum tenebris ꝓpinquabamus illuxit ut nō ſolum nō imperfectū & quaſi mancū aliquid ens deū impia cogitatione fingamus quale eſſet ſi uel corpus uel corporis anima: uel cōſtitutū ex eis animal diceretur: neq; itē particulare aliquod genus q̄q̄ perfectiſſimū quaſi humana ſapiētes cū faciamus ut ſi uel uitā dicamus uel mentē: uel rationē: ſed etiā eo qđ uniuerſalia indicāt nomina: quæ omnia ambiūt uno. ſ. uero ente & bono melius eſſe cognoſcamus. In quarto gradu nō ſolum ſupra illa: ſed ſupra omne nomen quod formari ſupra omnē notionē: quæ cōcipi a nobis poſſit ipſum eſſe ſciebamus. Tunc primū ipſum aliquo modo ſcientes cū eum oīno neſciebamus. Ex quibus colligi illud poteſt nō ſolum eſſe deū ut dicit Anſelmus quo nihil maius cogitari pōt. Sed id eſſe quod infinite maius eſt omni eo quod pōt excogitari: ut uere dixerit iuxta hebraicā litterā Dauid ꝓpheta. Tibi ſilentiū laus. Hec pro ſolutione prime rōnis dixerimus: unde magna etiā aperit̃ feneſtra legitie itelligētiæ libroꝝ Dyonyſii q de myſtica theologia & de diuinis noībus inſcribūtur. In qbus illud cauēdū: ne aut mīora faciamus q̄ ſint q̄ ille ſcripſit. ſūt aūt maxīa: aut dū paruū exiſtiamus oē qđ ītelligimus ſōnia nobis & ī extricabilia comēta confingamus.

Plato. Ariſtoteles Dyoniſius. Tertius gradus. Quartus g̃dus. Anſelmus. .ꝑs. Aperit̃ feneſtra ītelligētie librorum dyoniſii de myſtica theologia & de diuinis nominibus.

## Caput ſextum in quo ſecundā ſoluit rationem platonicoꝝ de prima. ſ. materia.

q Vod uero obiiciūt de prima materia friuolū eſt. Illa enī quatenus ens eſt eatenus una eſt quīmmo ſi Platonis ſectari uerba ad unguē uolūt: concordant oportet unius illā habere minus rōnem q̄ entis. Neq; enī Plato uult eam eſſe prorſus nihil alioquin quomō receptaculū formarū qūo nutrix qūo natura quedā & reliqua erit: q̄ eā eſſe ī thimeo ille cōfirmat: Nō eſt igit̃ nihil. i. nō oīno entis expers ſi Platoni credimus: qui tamē eandē in philebo uocat nō ſolū multitudinē q̄ ut ipſi uolūt opponit̃ uni: ſicut nihilū opponit̃ enti ſed infinitū. Multitudo āt ſi ſit finita nō oīno fugit rōnes unius qm̄ qua finita eſt una eſt at infinita mľtitudo ita oīno unius naturā nō habet ſicut nec termini. Materia ergo prima ſecūdū Platonē magis ens q̄ una. Quā qui cōtra diſputāt ut unū ente ſuperius cōprobarent ens nō eſſe & tamen unum eſſe dice/

bant. Iamblicus item Platonicus in eo libro quem facit de ſecta pythagorica materiã pri/mam uocat dualitatẽ eo ꝙ dualitas prima ſit multitudo & reliquarũ oĩum multitudinum radix. Materia ergo prima ſecundum eũ qui magnus adeo inter platonicos eſt ut diuinus uocetur nõ ſolum nõ una ſed multitudo ſed radix oĩs quæ in rebus multitudinis eſt. Hæc diximus ſua illis obiectantes. Cæterum neq; unitatis expers omnino eſt illa ſicut neq; eſ/ſe: Exactam autẽ unitatem ab eadẽ a qua & eſſe recipit forma. pretereo que de unitate eius uel affirmatiua uel negatiua diſputantur: que omnia his notiſſima: qui uel unam cum Ari ſtotele de ambulatiũculam fecerint.

Iamblicus.

Caput ſeptimum in quo tertiam ſoluit rõnem platonicorũ de multitudine oſtẽditque dicentibus unum eſſe ente cõmunius aliquid eſſe concedendum quod plato negat.

f Alluntur aũt plurimũ in tertia rõne. Non. n. eo mõ opponit͛ mltitudo uni: quo modo opponit͛ nõ ens enti. Hæc. n. contradictoriã habent oppoſitio/nem: illa aut priuatiuã aut contrariã de qua re late diſputãt Ariſtotelici de/cimo libro prime philoſophie. Sed uideant quas ruinas incidant qui uocã/tur Platonici & unũ dicũt ente ſuperius. Certum eſt quotiens duo ita ſe habent genera ut ſub altero tanq̃ ſub cõmuniori alterum ſit: fieri poſſe ut aliquid inferioris ambitum effugi at: quod tamen non effugiat ſuperioris. Hoc. n. eſt quare illud dicitur eſſe cõmunius. Ex/emplũ in prõptu quia animal cõmunius eſt homine: poteſt fieri ut aliquid ſit non homo ſiue non ſit homo quod tamẽ ſit animal pari ergo rõne ſi ſit unũ ente cõmunius fieri pote rit ut aliquid ſit non ens ſiue nihil quod tamen ſit unum atque ita de non ente unum pre dicabitur quod expreſſe in ſophiſte confutat Plato.

Solutio ter/tie rationis.

Rõ aduerſuſ platonicoſ ꝓ bãs dici ſecũ dũ platonẽ non poſſe unũ eſſe en/te ſuperius.

Caput octauum in quo declarat quomodo quattuor hæc: ens. ſ. unum uerum & bonũ in omnibus ſint que ſunt poſt deum.

Eriſſima ergo ſentẽtia eſt quattuor eſſe que oĩa ambiũt ens unũ uerũ & bo/
n nũ. Si ita accipiãtur ut illorũ negatões ſint nihil diuiſum falſum & malũ: Addita ſunt his quattuor duo alia. Aliquid. ſ. & res a poſterioribus Auicen nã ſecutis: qui multis in locis philoſophiam Ariſtotelis interpolauit: unde ſunt illi cũ Auerroe magna bella pugnata ſed quãtum ad hoc ſpectat: parua in re diſcor/dia. Diuidũt. n. hi qd ſub uno ĩtelligit͛ in unũ & aliqd qd a Platõe nõ abhorret: qui in ſo/phiſte inter has cõiſſimas dictões enũerat aliquid: & qd ſub ẽte cõtinet͛ partiunt͛ ĩ ẽs & res ſed de his alibi q̃ttuor hæc ut ceptũ ꝓſequamur aliter ſunt ĩ deo: aliter in his que ſunt poſt deũ q̃nquidẽ hæc deus hẽt a ſe alia habẽt ab eo. Videamus prĩo quõ inſunt rebus creatis. oĩa que ſunt poſt deũ habẽt cãm efficiẽtẽ exẽplarẽ & finalẽ: ab ipo. n. ꝑ ipm & ad ipm oĩa. Si igit͛ res cõſideramus ut a deo efficiẽte cõſtituũtur: ſic ẽtia dicũtur quia illo efficiẽte eẽ pti cipãt: ſi ut exẽplari ſuo quã uocamus ideã ſecũdũ quã illas cõdidit deus: q̃drãt & rñdẽt: ue ræ dicũt͛. Vera. n. imago Hercłis đr: que uero Herculi cõformat͛. Si ut ad eũ tanq̃ ad finẽ ultimũ tẽdũt bõe dicũt͛. Si uero una queq; res ſecũdũ ſe abſolute accipit͛ una cognomiat͛. Eſt aũt hic ordo ut primũ unũqđq; ſub ẽtis rõe cõcipiat͛ qm̃ prius efficit agẽs unũqđq; q̃ il/lud ĩ ſe ſit aliqd alioquĩ nõ ſecũdũ totũ qđ ẽ eẽt ab agẽte. Quo fit ut nihil ſit poſt deũ. qđ cõcipiẽtes hoc de eo nõ ĩtelligamus qđ eſt ẽs ab alio: ens finitũ: ẽs pticipatũ. Succedit enti unũ. Tertia ẽ ueritas qa poſtq̃ ẽ aliqd ĩ ſe uidẽdũ ẽ an ſit tale q̃le ẽ exẽplar qd fuit formatũ cui ſi ſiĺe inuenit͛ reliquũ ut in illđ utpote affine atque cognatũ ꝑ bõitatẽ ſe cõuertat. Equa

Auicenne ſectatores.

Auerrois.

Plato.

Ordo in his quattuor.

Plato. Si aūt hæc eſſe ambitu quis nō uideat: da aliquid eſſe certe & unum eſt. Nam qui unū non dicit nihil dicit ut ait Plato in ſophiſte. Eſt enim illud quicquid eſt a ſe indiuiſum & ab aliis diuiſum: que non ſunt ipſum. Hoc autem intelligimus cum dicimus unum ſiue ut Platonis uerbis loquamur eſt idē ſibi & ab aliis alterū qd unicuique rei cōgruere in eodē dyalogo ipſe confirmat. Verū eſt etiam neceſſario. Nā ſi eſt homo utique uerus eſt homo: idē que dictu hoc non eſſe uerum aurū & nō eſſe aurū: nā cum dicis uerum aurū non eſt. Hoc ſignificas: uidetur quidem aurū & eſt aliquid ſimile auro: ſed nō eſt aurū: propterea Aurelius Auguſtinus deſiniens in ſoliloquiis quid ſit uerū ait uerum eſt id quod eſt: quod nō ita accipi debet ut idem ſit ens & uerum. Sunt.n. licet re idem: ratione tamen & diffinitione diuerſa: quare unum per aliud deſiniri nō debet ſed hoc exprimere uoluit Auguſtinus tunc dici rem ueram cum eſt id quod uocatur & eſſe dicitur: ut tunc uerum eſt: aurū cū aurum eſt & non aliud eſt ꝙ aurum. Hoc eſt ergo quod dixit uerum eſt id quod eſt: quod quidam non aduertentes calūniam faciunt diffinitioni. Similiter autem & bonū ē quia quicquid eſt quatenus eſt bonum eſt: & longe errat Olympiodorus mea quidē ſentētia ſic credens probare aliud eſſe bonum & ens: quoniam bonum ſimpliciter deſideramus. Non autem eſſe ſimpliciter ſed bene eſſe ideoque fieri poſſe ut ſi male ſit nobis non eſſe deſideremus. nā ut illud ommittamus an quibus male & miſere eſt recto & naturali deſiderio appetere poſſunt ut non ſint: non aduertit ille ſicut multiplex eſt eſſe ita multiplicem eſſe bonitatem: Eſt.n. primo eſſe naturale rerum ut homini. eſſe hominem: leoni eſſe leonem lapidi eſſe lapidē: quod eſſe & naturalis bonitas indiuidue ſequit̃. Sunt alia eſſe: que aduentitia dici poſſunt ut homini eſſe ſapientem eſſe pulchrū eſſe ſanum: quēadmodum autē ſapientia & pulchritudo alia entia ſunt ab humanitate ita alia bona ſunt. Aliud.n. bonum humanitas qua homo eſt homo aliud bonum ſapientia qua non iam homo: ſed homo ſapiens euadit: ſicut hec aliud & illa aliud ens & eſt & dicitur. Sicut ergo oīa appetunt bonū ita oīa appetunt eſſe & primo quidem eam appetunt bonitatē quæ eſſe naturale conſequitur: quoniā hæc fundamentum ſequentium bonitatum: quæ illi omnes adueniunt ut ſine illa ſtare nō poſſint. Quomodo enim erit fælix qui omnino non erit: uerū nō illa eis ſufficit bonitas quam tunc adipiſcūtur cum primū ſunt: ſed cupiunt accedere & reliquas: quæ illam primam abſoluant & exornent ſicut autē uere dicimus preter primam ab eis bonitatem alias appeti bonitates ita uere dicere poſſumus ꝑter primū eſſe deſiderari ab eis alia eſſe: quia aliud eſſe eſt eſſe fælicem aliud eſſe hominē. Et ſi quis det fieri poſſe ut quis nolit eē ſi nō ſit fælix nō ſequit̃ ut putat Olympiodorus aliud eē bonū aliud ens: ſed aliud eſſe ens hoīem aliud fælicitatē: pariterq; aliā hoīs bonitatē aliā fælicitatis: quarū alterā: i. primam hō non uult niſi habeat & ſecūdam ommitto an eadē rōne aliquid bonum ſimpliciter dicatur & ens ſimpliciter: an quod ens dicit̃: ſimpl'r bonū tale: & qd bonū ſimpl'r: ens tale dicat̃. nō.n. hic oīa diſputādi locus: uere ergo dicebamus unūqdq; qd ē eatenus eē bonū q̄tenus ē. uidit.n. deus cūcta quæ fecerat & erāt ualde bōa Quid ni: a bono opifice ſūt qui ſui ſilitudinē oībus imprimit que ſunt ab ipo. In ētitate igit̃ reꝝ admirari potentiā efficiētis poſſumus dei: iueritate uenerari artificis ſapiām: in bōitate reclamare amātis liberalitatē in unitate ſuſpicere cōditoris unicā ut ſic dixerim ſimplicitatē. Quæ unumqdq; ſibi tū oīa īter ſe iuicē tū ad ſe ipm uniuit oīa: ſic unūqdq; ad ſuimet: ad alioꝝ: ad dei poſtremo uocās amorē. Examinemus & eoꝝ oppoſita an equali ſiliter ābitu ſint falſum & nihil idē

Verū cōuerti cum ente.

Auguſtinus.

Bonū cōuerti cum ente.

Diſputat aduerſus olympiodorum

eſſe oſtendūt que ſupra diximus. Malum & nihil ſi differre dicamus reclamabunt philoſophi pariterq́ʒ theologi. Quare & facere malū nihil eſt facere diciq́ʒ ſolet mali nō eſſe cauſam efficientem ſed deficiētem unde illorum inſania confutatur: qui duo principia poſuerunt alterum bonorum alterum malorum quaſi efficiens aliquod principiū mali eſſet. ſed diuidere rem idē eſt ꝙ deſtruere: nec ita poſſumus rei cuipiam ſuam & naturalē unitatem adimere: ut nihil minus illius eſſe in ſua integritate remaneat. Non enim totū eſt ſue partes ſed illud unum quod diſſultat ex partibus ut docet Ariſtoteles octauo libro prime phi loſophie. Quare ſi in partes diuidas totum: partes remanēt quidem totum autem quod diuiditur ipſum non remanet ſed deſinit eſſe actu & potentia tantum eſt ſicut partes: que prius erant potentia tunc eſſe actu incipiūt: quippe quæ prius cum erant in toto unitatem propriam actu non habebant quam tunc primum ſortiūtur: cum ſeparate a toto ipſo per ſe ſubſiſtunt.

Malū & nihil cōuern. Cōtra errorē manicheorū Nihil & diuiſum cōuerti Ariſtoteles

Caput nonum in quo declarat quomodo illa quattuor in deo ſint.

e

Xaminemus rurſus qualiter hæc ſunt in deo cui non inſunt in reſpectu ad cauſam quam non habet: ipſe. n. omnium cauſa a nullo eſt: duplici autē rōne in deo poſſunt cōſiderari aut quatenus aliorum cauſa eſt: quæ diſtinctio creatis rebus non cōuenit quārum ad preſens negotium attinet: quoniā deus ſic eſſe poteſt ut non ſit cauſa. Alia non ſic eſſe poſſunt ut non ſint ab eo igitur deū primitus ſic concipimus ut ſit uniuerſitas omnis actus: plenitudo ipſius eſſe: quā intelligenti am ita ſubſequitur ut ſit unus ut neq́ʒ oppoſitum concipi poſſit. Vide quantum aberrent: qui plura prima principia fingunt plures deos. Statim & ueriſſimū eſt: quid enim habet quod apparet eſſe & nō ſit qui eſt ipſum eſſe cōſequēs certe ut ſit & ipſa ueritas: ſed & ipſa bonitas erit boni enim tres conditiones ut Scribit Plato in philebo ut ſit perfectum ſufficiens expetendum erit aūt hoc quod tale concipimus perfectum: quia illi nihil deerit qui eſt omnia erit ſufficiens quia illud poſſidentibus nihil deerit in quo inuenient oīa erit expetēdum: quia ab illo & in illo ſunt omnia: que expeti aliqua ratione poſſunt deus ergo pleniſſima entitas indiuidua unitas ſolidiſſima ueritas beatiſſima bonitas. Hec ni fallor eſt illa τετρακτυσ. i. quaternitas per quem pythagoras iurabat uocabatq́ʒ principium ſemper fluētis nature principium. n. hæc quæ unus ſunt deus omnium eſſe demonſtrauimus: ſed & iuramus per ea que ſancta que firma: que diuina ſunt: qd illiſ aut firmius aut ſanctius aut diuinius. Quod ſi ideo ut rerū cauſa eſt appellationes has quattuor aſſignemus ordo totus inuertitur. Primo enim unus erit quia prius in ſe intelligitur q̄ intelligatur ut cauſa. Secundo erit bonus. Tertio uerus. Quarto ens. Nam cum cauſa que dicitur finis prior eſt ea que eſt exemplaris & exemplaris prior efficiente. primum. n. appetimus habere quo ab iniuria tempeſtatum protegamur tum ideam domus mente concipimus poſtremo in materia illam extrinſecus efficiendo formamus quare ſi quemadmodum ſuperiori capite definiuimus bonum ad cauſam finalē uerum ad exemplarem ens ad efficientem ſpectat deus ut cauſa eſt. primo boni tum ueri poſtremo entis rationem habebit quæ oīa breuiter hic perſtringimus. fœta alioquin queſtionum multarum atq́ʒ magnarum.

Boni tres cōditōes ſecundū platonē. Pythagoras

Caput decimum in quo totam diſputationem ad uitæ inſtitutionem & morum emendationem conuertit.

Nota.

u

Erum ne aliis potius q̄ nobis diſputemus illud cu randum ne altiſſima perſcrutantes in humili.i.indigna his conditione uiuamus/quibus cælitus datum ut indagare cæleſtium etiam rationes poſſimus. Sed illud aſſidue meditandum hanc noſtram mentem cui diuina etiam peruia ſunt ex mortali ſeminio eſſe non poſſe neq; felicem alibi q̄ in diuinorum poſſeſſione futurã tantoq; magis dum hic quaſi aduena peregrinatur propinquare fœlicitati quanto poſt habita cura terrenorum ad diuina ſe magis erigit & accendit admonere autem in primis nos preſens diſputatio uidetur ut ſi eſſe beati uolumus beatiſſimum omnium imitemur deum unitatem in nobis ueritatem bonitatemq; poſſidentes.

Vnitatis pacem turbat ambitio.

Vnitatis pacem turbat ambitio & ſibi herentẽ animũ extra ſe rapit & in diuerſa quaſi lacerum trahit atq; diſcerpit.

ueritatiſ ſplẽdor uoluptatibus offuſcatur.

Veritatiſ ſplendorẽ & lucem in ceno in caligine uoluptatum quis non amittet: bonitatem ſuraciſſima nobis ſuratur cupiditas.i.auaritia. bonitatis .n.peculiare hoc communicare aliis bona que poſſides. quare cum quereret Plato cur deus condidit mundum: reſpondens ipſe ſibi bonus inquit erat. Hæc ſunt illa tria ſuperbia.ſ.uitæ: concupiſcentia carnis & concupiſcentia oculorum: quæ ut ſcribit Ioannes ex mundo ſunt & non ſunt ex patre: qui ipſa unitas: ipſa ueritas: ipſa bonitas eſt:

Bonitatẽ cupiditas aufert.

Fugiamus hinc ergo .i. a mundo qui poſitus in maligno euolemus ad patrem ubi pax unifica: ubi lux ueriſſima ubi uoluptas optima ſed quis dabit pẽnas ut illuc uolemus.

Nota.

Amor eorum que ſurſum ſunt. Quis adimet: libido rerum que ſuper terrã quam ſi ſectemur iacturam facimus & unitatis & ueritatis & bonitatis.

Ioannes.

Nota.

Neq;.n.ſumus unũ ſi curuum ſenſum & ſpectãtem cæleſtia rationem uirtutis fœdere nõ deuincimus: ſed duo in nobis principes quaſi per interualla regnantes dum nunc deum per legem mentis nũc baal per legem ſequimur carnis & regnũ noſtrum in ſe diuiſum profecto deſolat᷑. Quod ſi ita erimus unum ut mancipata ſenſui ratione ſola imperet lex membrorũ falſa erit hæc unitas quia ueri nõ erimus dicemur.n. & apparebimus homines eſſe.i. animalia ratione uiuẽtia: & tamen erimus bruta: quibus pro lege ſenſualis eſt appetẽtia præſtigium faciemus his qui nos uidebunt inter quos habitabimus.

Paulus.

Nõ reſpõdebit imago ſuo exẽplari inſtar.n.dei ſumus deus autẽ ſpiritus. Nos nõ ſpiritales iam: ut Pauli utar uerbis: ſed animales cũ aũt per ueritatem ab exemplari non excidemus reſtabit ut per bonitatem ad ipſum tendentes illi aliquando copulemur. Quod ſi tria hæc unum.ſ.uerum & bonum perpetuo annexu ens conſequuntur. Reliquum eſt ut cum illa non ſumus etiam prorſus nõ ſumus: & ſi eſſe uideamur: & quãuis credamur uiuere moriamur tñ potius iugiter q̄ uiuamus

FINIS.

## PRIMAE OBIECTIONES ANTONII FAVENTINI ADVERSVS LIBELLVM DE VNO ET ENTE.

Prima obiectio.

SI libellus quiſpiam de eute & uno inſcribi mereatur neceſſe eſt entis uniuſq; naturam proprietateſq; explicet: hoc autẽ opuſculo quod nuper in manus meas uenit: quoq; de ente & uno inſcribitur nõ nulla p/ tractantur a titulo atq; inſcriptõne pene aliena: principale ſiquidẽ auctoris propoſitum eſt diſputare an iuxta Platonem ens unumq; ſeſe inuicem mutuo conſequãtur: an ut academici putãt unũ ſit ente cõius:

ſed hoc non eſt de ente & uno ꝓtractare ſed de mutua entis uniuſq; conuerſione: nec oĩno abſolute ſed iuxta Platonẽ dũtaxat: nec enim ſi quiſpiam philoſophus eam ſolũ queſtionẽ agitaret quæ ẽ an anima ĩmortalis ſit propterea đ anima diſputaret ſed de ſola animæ ĩmortalitate tractatus haberetur. Ait preterea opis auctor academicos arbitrari deũ iuxta Platonem uere ac proprie ens non eſſe: quod equidẽ plurimũ demiror. Si. n. omnes academicos ſiue platonicos intelligat quẽadmodum locutio ſignificare uidetur: alioquin nõ abſolute pronunciaret id academicos ſentire mendatio fortaſſe non caret. Themiſtius eñ inter Platonicos auctor non ignobilis ideã quæ rerum principium eſt ex Platonis ſententia teſtatᷣ uere ac proprie ens eſſe & unũ: platonici uero aut omnes aut plerique non aliud putant ideam: aliud uero rerum opificẽ deum proſequens preterea dicit. Si quoquomodo defendi poteſt iuxta platonem eſſe unum ente cõmunius ita cenſendum eſt: uocabula inquit que noĩe parũ latino concreta appellat: ut eſt cãdidum: lucens: ens: alienum aliquid ſignificant: quo preſente res uocabuli appellationẽ ſortiuntur. Aliud quippe eſt cãdor aliud candidum: aliud homo: aliud humanitas: ens igitur uocabitur in quo eſſe aliud eſt: aliud uero quod ſubſiſtit: deus igitur qui ipſum eẽ eſt: ens cẽſeri non poterit ſed unus ex quo omnia continet & claudit: ſed non ne huiuſmodi defenſio ſibi ipſa parũ coheret: qua eñ ratione candidum & homo & ens alienum aliquid ſignificant: eadem quoq; unũ & beatum & deus & ſimilia huiuſmodi multa alienũ aliquid ſignificent neceſſe eſt. deus igitur qui unitas eſt & beatitudo ſimul & deitas neq; unus uocari poterit nec beatus nec oĩno deus. quõ igitur ens non eſt ſed unus. Preterea ẽs eo dictũ eſt ꝙ eſt quẽadmodum igitur fieri non põt ut qui ſedet ſedens nõ ſit fieri etiã non poterit ut qui uere ac proprie eſt ens nõ ſit ego enim inquit deus ſum qui ſum. Admirabilius autem uideri põt ꝙ nõ ſolũ iuxta Platonẽ defendere conatur deũ ens nõ eſſe: uerum etiã Ariſtotelem quoq; ipm in eãdem ſnĩam trahere conatur. quinto eñ inquit metha. libro ens diuidit in ens per ſe & ꝑ accidens ens uero per ſe in decẽ predicamẽta. in nullo aũt inquit genere deus collocari põt quẽadmodũ beatũ Thomam demonſtraſſe exiſtimat. Si igitur deus non eſt ens per ſe neq; per accidens ut conſtat iuxta Ariſtotelem ens non erit. preterea ens in ſubſtantiam & accidẽs iuxta uulgatiſſimã diuiſionem ſegregatur. non eſt autẽ deus accidens neque ſubſtantia ea eñ inquit genus eſt. deus aũt cuiuſlibet generis limites excedit: ſed equidem nõ uideo qua rõne ductus operis auctor Ariſtoteli noſtro Platonicã aſcribat opinionem. ſi tamen opinio Platonis eſt diuiſio. n. entis in ens per ſe & per accidens cõplexi entis diuiſio eſt quemadmodũ beatus Thomas. cui plurimũ auctoritatis tribuit eo loco ſubtiliter ſcribit. Idem manifeſtũ eſt exẽplis. ens. n. per accidẽs iuxta Ariſtotelẽ eſt triplex aut. n. accidẽs de ſubiecto ꝑdicatᷣ aut ſubiectum de accidẽte aut accidẽs de accidẽte: que oĩa ad cõplexionẽ ptinẽt pari mõ entia ꝑ ſe uocãtur ĩ quibus aliqd ꝑdicatᷣ qđ uel ad ſubſtãtiã ptinet uel ad quantitatẽ uel aliud genus dũmõ qđ ꝑdicatᷣ ſubiecto ꝑ ſe cõueniat ut albũ Socrati nõ etiã hõi aĩmal equo: entis ãt ĩ ſubſtãtiã & accidẽs diuiſio deũ quoq; cõplectitᷣ. eſt. n. ꝑ affirmationẽ negationẽq; facta diuiſio. ſubſtãtia eñ ẽ qđ nulli innititᷣ ſed ꝑ ſe ẽ. accidẽs ãt qđ ẽ in alio ueluti ĩ ſubiecto horũ ãt nihil ẽ mediũ ut beatus Thomas putat. Si quidẽ inter ſubiectum habere & non habere nulla medietas cogitari poteſt. ſubſtantia igitur quæ accidenti oppoſita eſt genus non erit. Si deus nullo genere continetur. Preterea non eſt indubitata Ariſtotelis opinio deum per ſe nullo genere contineri. adſunt enim nonnulli ariſtote/

Margin notes (in order): Secunda. — Themiſtius. — Tertia. — Cõfirmatio. — Quarta. — Sanctus thomas. — Ariſtoteles. — Cõfirmatio.

lem imitati qui exiſtiment deum in predicamento per ſe collocari: & ego quidem puto ea
Boetius ſententia inſignem philoſophum Boetiũ fuiſſe monſtraremq; ſi opus eſſet ex uerbis Boetii
Auguſtinus. necnõ auguſtini apte id colligi. Rurſum ait unius negationem eſſe diuiſum quod probat
Quinta eo q᷑ res deſtruitur quando diſcerpitur diuiditurq;: ſed quomodo diuiſum poteſt uni tanq̃
negatio opponi: inter affirmationem enim negationemq; contradictio eſt: chymera uero
Sexta: neque una eſt: neque diuiſa: nec hoc quod eſt dyametrum eſſe cõmenſurabilem aut unum
eſt aut diuiſum. Falſum quoq; ueri negationem eſſe exiſtimat: quod & ſi quoquomodo de
Beatus thomas. fendi poſſit. Attamen cõtrariũ potius eſt q̃ negatio: quemadmodum Beatus Thomas mõ
ſtrat: nõ eñi chimera uera ẽ aut falſa: niſi uocabulo prorſus abutamur. uerũ eñ eſt qd eſt.
hoc eſt ut ipſe exponit quod eſt id quod uidetur & dicit: falſum igitur erit quod non eſt id
quod uidetur & dicitur ut numus falſus: nihil igitur falſum eſſe contingit niſi quod uidet᷑
eſſe aliud quod nõ eſt. Inter id uero quod uidet᷑ eſſe quod eſt: & id quod nõ eſt quod uide-
tur nulla contradictio eſt uerũ igitur falſumq; nulla affirmationis negociationiſq; oppoſi
tione aduerſantur: malum etiam boni negationem putat. Ariſtoteles uero bonũ & malũ
contrariorũ genera eſſe in predicamẽtis affirmat. quod aũt negatio eſt genus eſſe non põt
Preterea bonum ea ratione qua bonũ eſt expectendũ eſt. Malũ uero fugiendũ: expetere ue
ro & fugere inuicem contraria ſunt quẽadmodum congregare ſegregareq;: bonũ igitur &
malum erunt contraria: quod Boetius quoq; in predicamentis aſſeuerat quicquid cæteri
circa id dixerint. FINIS.

Reſponſio primarum obiectionum.

## IO. PICVS MIRANDVLA ANTONIO FAVENTINO SALVTEM.

QVESTIONES Tuas aduerſus eum libellum: quem nuper edi
di de ente & uno tanta cũ uoluptate legi: quanta a te & carita
te & libertate animi ſunt præſcriptæ: debeo tibi plurimũ noĩe
Septima huius officii: quod ſi uel amicis impẽderemus liberius: uel ab
Ariſtoteles. eis libentius exigeremus: eſſemus certe longe q̃ ſumus: & do-
Cõfirmatio. ctiores & meliores: ſed exitialis hæc perſuaſio cepit hominum
mentes ut nõ placere nos illis putemus: quibus errata noſtra
non placent: liberumq; amicorum iudiciũ uel odium uel mo
roſitatem: adulationem uero: amorem & naturæ bonitatẽ in-
terpretemur. Ita fit ut dũ laudari malumus uel in meriti: q̃ uel
merentes caſtigari irrideamur ſemper laudem nunq̃ mereamur. Vide quantum erremus.
Nam laudatio oĩs fere ſemper inutilis: ſepe ãt noxia. Quoniã ſi uera: quid afferat utilita-
tis: ſi ſit falſa: inſanos profecto nos efficit qui laudamur: ridiculos autem qui laudant. Re
prehenſio certe utilis ſemper: quæ ſi ſit iuſta ad cognitionem: ſi minus iuſta: ad defenſio-
nem nos excitat ueritatis. Deniq; quid eſt aliud caſtigari: q̃ alieno labore fieri meliorem:
aut quid aliud librum amici lima ſplendeſcere: q̃ de illius uigiliis te proficere dormientẽ.
Nõ poſſum igit᷑: ut dicebã tibi plurimũ non debere. Qui de his quæ in meo libro. tibi mi
nus placuerũt: qd ſentireſ: mihi libere ſignificaſti. Agnoui ꝑter bẽiuolẽtiã: ĩ tuiſ ſcriptis: tuã
etiã illã: mihi iãpridẽ notã ĩgenii dexteritatem: cepiq; ſtatim: non quaſi pater: ſed quaſi iu-

dex examinare ſeuerius quæcunq; notaueras: ut pote quæ iam mihi etiam ipſi de tuo teſti/
monio inſuſpitionē uenerant ſalſitatis. Sed ita cogitanti occurrerunt nōnulla quibus de
ſendi illa & uindicari a culpa poſſe uiderent̄: Quæ quidem libere uolui ad te ꝑ ſcribere
ne forte quā in te laudo uirtutē minus ipſe amplecterer: ut ſi in illis taxandis tuū iudiciū
nō imitor. ſaltē indeſendendis imiter libertatē. Nō recte in qs liber de ente & uno in ſcri
bitur. cū de entis uniuſq; natura ꝓprietatibuſq; oībus in eo nō agas: ſed de unius tantum
entiſq; cōuerſione. Mihi Antoni ita uideri ſolet duo quaſi ueſtibula libris ꝓſtitui Titulū
& Prohemiū Titulus Prohemiū curtū eſt. Prohemiū titulus ſuſus & explicatus. Promittit
titulus trctatū de ente & uno: qd aūt de ente & uno tractādū ſit ꝓhemiū explicat. Q. d' ſi
fiat in titulo. Timēdū ne libri titulus liber fiat. Poſſet hoc defendi ꝓiudicio mille auctoꝝ
a quibus preſcriptæ libris eoꝝ titulationes calumniā candē paterent̄. Sed nō id queſtio/
ni pōdus ut uel ego uel tu in ea diutius occupemur. Miraris ꝓterea quod a platonicis cre
ditū dixerim deum nō eē proprie ens. Noli me mirari ſed illos quos & ego tecū in huius
dogmatis aſſertione nō ꝓbo ſed hoc illos ſenſiſſe quod tibi pene in credibile uidet̄ hocq;
poſteris ſcriptum reliquiſſe: notiſſimū oībus qui platonica legerūt. hoc Sirianus Proclus
Plotinus & qui deniq; extāt Platonis interpretes uno ore cōfirmāt. at inquis Themiſtius
inter platonicos nō ignobilis aſſerit ideā ex platonis ſnīa uere ac ꝓprie ens eſſe & unum:
platonici aūt uel oēs uel pleriq; nō aliud putant ideam aliud rerū opificē deū. Quare ſi
idea ens ꝓprie dicitur & deus etiam ipe ꝓprie dicetur ens Hæc tu ſatis ingenioſe ſed ui/
de an ſatis perite. Illi eni Proclus. ſ. & Plotinus ideā fatent̄ eē ens & dici: ſed deum ut ſu/
pra entia ita ſupra ideas eē cōtendunt. Plotinus. n. in ea mente que deo ꝓxima eſt quā &
primū ens & primū intelligibile & primam uitam uocat ideas oēs collocauit ut ſit deus
ideaꝝ nō ſinus ſed fons nō receptaculum ſed principiū. Proclus non unum mō ſed mul/
tos ordines mentiū medios facit inter deum & ideas quaꝝ plenitudinē: emulatus plato/
nis uerba in thimeo ꝑ ſe animal nūcupauit. Prætereo Sirianū Ameliū Iamblicū alioſq;
cōplures idē ſentientes. Rudimenta hæc & quaſi incunabula ſunt illius doctrine q̄ Pla/
tonica exiſtimat̄. Quod ſi quis tibi det nō aliud re eſſe ideā & deū: aliud tn̄ rōne eſſe nec
tu negabis. Quæ diuerſitas abunde faciet ut deus quidē quatenus exemplar eſt hoīs eq
leonis ens dici uere poſſit: quatenus uero nihil reſpicit extra ſe nullāq; ad res creatas ha
bet habitudinē ſed in ſuæ diuinitatis receſſu ſolitarius manet appellationē oēm entis ex/
cedat ſitq; eius neq; nomē neq; opinio ut Dyoniſius inquit. Quare manifeſtiſſimū eſt &
apud principes academie deum ꝓprie ens dici nō poſſe & ſi quis det ideā & deum re eſſe
idē nō tn̄ cōtinuo ſeq ut ſi idea ſit ens: deus etiā ꝓprie ens dicēdus ſit. Trāſeamus ad alia
inter quæ illud tibi maxime diſplicet quod dixerim aliquā eſſe loquēdi rationē quā ſi ſe/
quamur uere dicere poterimus unū eſſe ente ſuperius. Quādo quidē ſic deo dare unius
poſſumus appellationē ut entis tn̄ nō demus; ꝓpterea ꝙ ens cōcreti noīs (ſic. n. latine lo/
qui poſſumus) faciem habeat ſignificatq; id quod ab alio eſſe participat quod de deo dici
nō pōt qui eſt ipm eſſe. eadem inquis ratione unū appellari nō poterit quia & unum. ſ. cō
cretū nomē eſt quēadmodū & ens. Hāc ego quæſtionē & uidi cum ſcriberē & diſſolui nā
ſimulac ꝓbaui ens quia id ſignificat quod nō ex ſe: ſed alterius participatu eſt enuntiari
de deo nō poſſe: adiunxi cui. ſ. deo quoniam unius dat̄ appellatio cōſequēs inde ut unū
ſupra ens eē fateamur: ſtatimq; poſt hæc tuæ iſti occurrens obiectioni adieci. uocamus au

Solutio pri/me obiectōiſ

Titulus Prohemiū quid ſint

Solutio ſecū de obiectio/nis

Sirianus

Proclus

Plotinus

Themiſtius.

Opinio plotini de ideis

Opinio ꝓcli de ideis

Sirianus

Amelius

Iamblicus

Alia ſolutio.

Dyoniſius

Solutio ter/tie obiectio/nis

tem tunc deum unum nõ tam enunciantes quid ſit q̃ quomodo ſit omnia quæ eſt & quo
Dyoniſius modo ab illo omnia ſint unũ enim inquid Dyoniſius dicit deus quia unice eſt oĩa rurſus
unus dicit quia ita principiũ oĩum eſt quæ ſunt ſicut oĩum numerorum principiũ unitas eſt.
Hæc ego ibi aduerbum. Si igitur cum deũ unum dicimus enunciare uolumus quid ſit fa/
teor tecum eadem rõne dici unum nõ poſſe qua neq; ens dici põt quia utrunq; ſcilicet cõ/
cretum nomẽ eſt. Quin hoc ipm ego te prior in eodem libro aperte aſſerui p hæc uerba:
hæc noĩa ens uerum unũ bonum cõcretũ quid dicunt & quaſi participatũ. Quare rurſus
dicimus deum ſuper ens ſuper uerum ſup unum ſuper bonum eſſe quia ipſum eſſe eſt ipſa
ueritas ipſa unitas ipſa bonitas. Hæc ibi.

Non me igit fugit: cũ ſcribebam: & eque concreta eſſe ens & unũ & ratione concretionis
aut neutrum aut utrunq; pariter a deo remouendũ. uerum queadmodũ ſupra admonue/
ram. cũ deum unũ non tamen ens dicimus nõ quid ſit deus: ſed quomodo ſit id qd eſt:
ſignificamus: quia ſcilicet principaliſſime & ſimpliciſſime eſt oĩa. Qui modus per entis
appellationẽ nullo pacto uel indicari uel figurari põt: per unitas autem typum & cogno
Ariſtoteles. minationẽ poteſt: Ita enim ſe habẽt entia ſicut numeri ut ſcribit Ariſtoteles: & numerorum
Solutõ quarte obiectiõis tam principaliſſima q̃ ſimpliciſſima unitas eſt. Addiicis admirari te q nõ ſolũ iuxta Pla/
tonẽ ſed iuxta Ariſtotelẽ etiam uelim defendere: deũ non eſſe ens. Ego uero ſi liberum at
tentius pcurriſti hoc toto opere principaliter ago ut oſtendam deum & eſſe & dici ꝓprie
Ariſtoteles. ens: nõ ſolum ex Ariſtotelis dogmate ſed etiã Platonis cõſequenterq; unũ non eẽ ente ſu
Plato perius. uerum ne omnino inſanire uiderentur qui id dixerunt deũ ſcilicet nõ eſſe ens ſed ſu
Ariſtoteles per ens: Inter quos ſi nec Plato ſit nec Ariſtoteles certe Dyoniſius eſt areopagita utroq;
Plato maior: ꝓbare conatus ſum aliquã eſſe locutionis rationẽ. quã ſi ſequamur nõ abſonũ erit
Dyoniſius a ueritate: deum appellatiõe entis eſſe maiorem. Quam a peripatheticis etiam iterdum
uſurpari: licet a deo abhorreas. negare tamẽ nõ potes niſi illorum neges auctoritatẽ Qui/
bus tua etiã ſententia primus in illa familia locus debetur. Nam diuiſionẽ entis in ſubſtã
tiam & accidens frequentem eſſe apud ariſtotelicos quis neſcit. Cum autẽ ita ens diuidit
Thome deum nõ ens ſed ſupra ens eſſe tui Thome ſententia eſt de quo illud olim ſolebas dicere
Thomam aufert: Mutus fiet Ariſtoteles uerba Thome ferme hæc ſunt. Deus nec accidẽs
eſt: nec ſubſtantia proprie dici põt: tum quia ſubſtantia ideo ſubſtantia dicit quia ſubſtat
Qũo deus poſſit dici ꝓprie ens probatum eẽ. tum quia ſubſtantia quidditatẽ indicat quæ aliud eſt ab eſſe eius. Quare illa diuiſio en/
tis in ſubſtantiam & accidens: diuiſio entis creati eſt hæc ille. Preterea cum dicit Ariſtote
les primũ philoſophum de ente agere quatenus eſt ens & cauſis principiis que entis: mul
ti ſunt ex peripatheticis qui uelint inter entia ibi ab Ariſtotele deum nõ collocari ſed in/
Solutio confirmationis. ter cauſas entis. Poſſe autem & rurſus alia ratione locutionis ꝓprie dici: deũ eſſe ens: nõ
modo nõ negaui ſed aſſerui confirmauiq; etiam multis rationibus tertio capite eiuſdem
Boetius operis. Neſcio autẽ cur tu imitator ſemp auctorum illuſtriũ: nunc tamẽ a clariſſimis peri/
Solutio qn/te obiectiõis patheticis ad illos deficias. Qui deũ ſub genere collocauit qbus Boetiũ ſe nullo mõ an/
numerari uelle nõ dubito. Poſtremo nec unius diuiſũ nec falſũ ueri: nec boni malũ eẽ ne
gationẽ contendis. Equidem de horum oppoſitionibus ſcio nõ facilem eẽ cõtrouerſiam in/
ter magnos auctores ob idq; librum in quo de his obiter tractabat hac clauſula termina
ui. Quæ omnia breuiter hic pſtringimus: facta alioqn queſtionũ multarum atq; magnarũ.
Minus aũt ꝓbabilem aut uerã eẽ ſniam quã ſum ſequutus: ut dubitẽ: nihil me mouet quæ

tu obiicis. Chimerã ais nec unã eſſe nec diuiſam. Ego uero dico chimerã quã mente cõci/pimus ideo nõ eſſe quia partes ex quibus illam cõſtare intelligimus: apud rerum naturã diuiſæ: nõ autẽ unitæ ſunt. Et quẽadmodũ illud nõ eſt cuius partes ex quibus cõſtitueret̃ ſi eſſet diuiſæ ſunt: ita illud nõ ſolum nõ eſt ſed nec eſſe põt cuius partes nec ſũt unitæ nec ui naturæ uniri poſſunt. Quare nõ aliã ob cãm chimerã nõ ſolũ nõ eſſe dicimus ſed nec fieri poſſe credimus ut ſit: niſi quia bruta ex quibus illã effingimus: in unã coitura aliquã do aĩalis cõpoſitionẽ nõ eſt credibile. Rurſũ inſtas quia diametrũ nõ eſſe cõmenſurabi/lẽ: neq; unum neq; diuiſum eſt. Falleris mea quidẽ ſententia. Nã qua rõne falſum eadem neceſſario in ſe diuiſum eſt. Eatenus enim aliquid falſum deprehenditur. Quatenus ſe/cum pugnat & contradictionẽ includit. Quid eſt autem aliud cõtradictionem include/re q̃ in ſeipſo eẽ diuiſum. Omne igit̃ uerũ unũ: quia ſibi cõſtans & cõſonum: omne falſũ diuiſum. qa ſecum pugnãs & ſibi ipſi nõ coherens eſt. Falſum negationẽ eẽ ueri multi cre diderũt id qđ te ẽt nõ latet: Nec obſtant argumẽta quæ affers. Falſum enĩ ut dixi illud uo camus qđ non eſt id qđ uidet̃: ut falſum aurũ qđ uidet̃ eſſe aurum nec tamen eſt aurum. Quamq̃ autem falſum aurum non ſolum non ſit aurum ſed & aliud ſit q̃ aurum: ei tñ quatenus falſum eſt accidit eẽ aliud quippiam preter aurũ: ſed ideo falſum eſt qa nõ eſt aurũ qđ tamẽ eẽ uidet̃. Aurũ igit̃ falſum eſt q̃ ideæ auri nõ quadrat: ſed qa ideæ quadrat æris uel argenti ideo nõ oĩno falſum. ſed falſum dũtaxat aurũ. eſt ſicut neq; oĩno eſt non ens: quia licet nõ ſit hoc qđ eſt aurũ. aliud tñ quippiã eſt: æs puta plumbũ uel argentum: Quod autẽ nulli ideæ reſpondet id omnino & abſolute falſum eſt ſicut etiã oĩno nõ eſt ens: quale eſt qđ chimerã nũcupamus. Vide igit̃ ut pari curſu ꝓcedant: nõ ens: Diuiſum & falſum. utq; proprie & chimera falſa: & omne falſum diuiſum dici merito poſſit. Malũ uero nõ aduerſari bono oppoſitione cõtraria ut tu cenſes: & Albertus docet exponẽs Ari telis cathegorias & Thomas tuus latiſſime in prima queſtiõe de malo: Quæ omnia cre/do iampridem tibi eſſe notiſſima:

Solutio ſex/te obiectiõis

Quid ſit fal ſũ abſolute

Solutio ſep/time obie/ctionis

Albertus

Thomas

VALE.

Secundæ obiectiones.

## IO. PICO MIRAN. ANTONIVS CITADINVS.

QVantum ego amarim te ac ſemp coluerim uir preſtantiſſime tu ipſe teſtis es qui diligentẽ precipuãq; erga te operã meam facile recorda ri potes ſi uelis. Quod ſi nunc ab Antonio uetere amico & cõpatre amari aut dubitas aut nequaq̃ credis parũ herclε meæ erga te obſer/uantiæ meminiſti: Qui enim fieri põt. ut quem uix philoſophie ini/tiatũ dilexerim. coluerim: nũc doctrina: ꝓbitateq; inſignẽ nõ amen nõ admirer. Vtinã æqua te oẽs beniuolentia cõplexi eſſent: qbus cũ familiariter uerſatus es quali quãtaq; Picũ ſuũ cõpater tuus ſemp ꝓſecutus eſt. Sed iã ad noſtra ueniamus: Ais libellũ tuũ de ente & uno ꝓbe inſcribi potuiſſe q̃ titulus opis cur/tus & ſi entis uniuſq; tractatũ ꝓmittat ꝓhemium tñ quod fuſior eſt titulus qualẽ tractatũ polliceat̃ explanat mutuã. ſ. entis uniuſq; cõuerſionem. ſed uide obſecro nunquid iſthæc tua defenſio ſufficiat: pari enĩ rõne ſi libellus ederet̃ in quo ſola animi in mortalitas ab

Prima ob/iectio

auctore eſſet aſſerta: de aīa libellus merito poſſet inſcribi. Auctor enim operis diſputatio nem ingrediens mox queſtionē forte ꝓponeret interrogans nūquid aīa īmortalis ſit nec ne: hec uero obiectio in priore epiſtola tota fere explicata eſt ſed nihil iudicio meo reſpō diſti. Preterea ſi circa uelocitatē motuū queſtio fiat nūquid arithemeticam geometricam ue ꝓportionē cōſequat̃ & in principio operis multa auctor ſe ex geometria deſumpturū ꝑmittat poſſet libellus de geometria inſcribi: qui tñ circa motus uerſaret̃. Sed hæc ut po/ te friuola omittamus. Alio libello in hāc ſñiam a me ſcriptum eſt. Nemo inꝗ dixit pla/ tonicos aliud ſentire niſi aut oēs aut plurimi id ſentiāt. Si uero themiſtius inter platoni/ cos: nō ignobilis ex platonis ſñia affirmat ideā quæ rez principiū eſt uere ac ꝓprie ens eē. abſolute pronunciandū nō fuit platonicos iuxta platonē arbitrari deū uere ac ꝓprie ens nō eē: idea enim deus eſt. Tu uero reſpōdes aliud eſſe ideā: aliud deū ꝙ ſi datū ſit ideā de um eſſe iam nō ꝓpterea colligi oportere deū ꝓprie ac uere ens eē. deus enim atqꝫ idea & ſi nō re: ratione tñ diſcrepant: Sed ego nolim hoc loco diſputare nunqd platonici exiſti/ ment aliud eſſe deū aliud ideā cū ſit queſtio a ꝓpoſito longe aliena: ꝗꝗ plurimi auctores græci pariter & latini ideas Platonis in deo cōſtituant Platonē imitati ſatis uideor ꝓpo/ ſito feciſſe ꝙ monſtrarim platonicū quendā neqꝫ hercle ignobilē aſſerere iuxta Platonē ideā ac ꝓpterea deū uere ac ꝓprie ens eſſe neqꝫ enim rationis diſcrepantia ad quā refugis hac in re aliqd facit. Idea enim relatiua eſt: deus autē abſoluta res eſt: Si igit̃ deus ea par te qua extorſus refertur uere ac proprie ens, eſt quanto magiſ ens cenſeri debet ea ratione qua deus eſt & in ꝓpria natura conſiſtit. Cur enim idea ea ratione qua idea eſt uere ac ꝓ/ prie ens eſt. Nulla inꝗ ratio aſſignari poteſt niſi dicatur ideo uere ac proprie ens eſſe ꝙ ue re ac proprie eſt. Magis igitur deus ea ratiōe qua deus eſt uere ac ꝓprie ens erit ego enim inquit ſum qui ſum. Preterea hoc modo obiectum eſt ſi platonici ideo iure defendi poſ/ ſunt qui aiunt deum uere ac proprie ens non eſſe: ſed unum: quia nomē entis concretum eſt quod alienū aliquid ſignificat ab eo qđ eſt unū aūt ideo eſſe ꝙ unice oīa eſt pari pacto colligi pōt deū unū nō eſſe unū. n. cōcretū nomē eſt. Quinimmo nec beatus erit nec de us utraqꝫ enī uocabula ſunt cōcreta: tu uero reſpondēs deū nō appellari unū quaſi unius noīe dei ſbā monſtret̃ ſed qūo ſit id qđ eſt explicari: ſed rogo quorſū hoc. nondū enī ſol/ uit̃ obiectio: deū dicis nō eſſe ens: ſed unū: quia entis nomē cōcretū eſt. Si igit̃ unū quo/ qꝫ cōcretū eſt nō ne eadē rōne colligi oportet deū unum nō eſſe: nec deū: quod nomē ad ſubſtātiā ꝑtinet: quēadmodū & ens: ꝑterea ſi ideo unus eſt quia unice ē id qđ eſt: cur ens quoqꝫ appellari nō debuit uno. n. eſſe oīa eſt: que eſt: ſapientia. ſ. & bonitas & potētia: nō enim unus dicit̃ qa ſolus ſit unus eadē igit̃ rōne ens uocari poterit licet ſolus nō ſit ens. eſt enim maxime ens. Preterea ratio ea nundū ſoluta eſt quā ita dicebat̃: deus uere ac ꝓ/ prie eſt ens aūt dictū eſt eo ꝙ eſt quēadmodum ſedens eo ꝙ ſedeat deus igit̃ uere ac pro/ prie ens eſt: ego enim inquit ſum qui ſum. Rurſum miratus ſum ꝙ defenderes iuxta Ari/ ſtotelē quoqꝫ deū aliquādo noīe entis minime cēſeri quia nō eſſet ꝑ ſe ens neqꝫ ꝑ accidēs neqꝫ ſubſtantia neqꝫ accidens ego enim monſtraui deū neqꝫ ens per ſe neqꝫ ꝑ accidens eē neqꝫ inter ſubſtantiā & accidens mediū aliquid cogitari poſſe. Tu uero primæ obiectioni nihil reſpondes. Cōtra uero ſecundā unū dumtaxat Ariſto. interpretem allegas hoc eſt. Beatū Thomā: qui ait deum proprie ſubſtātiā nō eſſe eo ꝙ nulli ſubſtat accidēti nec eſſen tia dei aliud eſt a deo: ſed uide ur preſtantiſſime nunquid Thomas aduerſum te teſtimo

Secunda ob iectio.

Cōfirmatio.

nium ſerat: Si enim entis in ſubſtantiam & accidens diuiſio iuxta Beatum Thomam en/tis creati diuiſio eſt queadmodũ refers: quomodo ignorari põt aliquid ens increatũ eſſe: qđ deus eſt: qua igitur rõne tueri potes iuxta. B. Thomæ interpretationẽ Ariſtotelẽ arbi/trari deũ ꝓprie ac uere ens nõ eſſe: ſed ꝙꝙ. B. Tho. quodã in loco negare uideať deum ꝓprie ſubſtãtiam eſſe magiſtrũ ſniaꝝ imitatus eo ꝙ nulli ſubſtãtie accidenti nõ tñ ꝓpterea falſum eſt qđ ſcripſimus ſupiore epiſtola inter ſubſtantiã & accidẽs mediũ nõ eẽ qđ: B. Tho. pleriſqꝫ in locis efficacibus ꝓbat argumẽtis neqꝫ tu unũ exiis que ad te ſcripta ſunt ſoluiſti: Si igiť aliquãdo deũ negat eſſe ſubſtantiã uerba ipa que affers hoĩs mentẽ plane aperiunt: Subſtantia. n. modis multis dici põt qđ ipſemet prima pte latius explanat ali/quãdo. n. ꝓprie ſubſtãtia eo dicta eſt ꝙ accidentibus ſubſtat quare rõne negat deũ eẽ ſub ſtantiã: nec id quidẽ ſimpliciter & abſolute: ſed ait ꝓprie ſubſtãtia nõ eſt: quia nulli ſub/ſtat accidenti: Subſtantia uero nõnunq̃ diciť qđ p ſe eſt & ſbõ non eget quo mõ. B. Tho. ſubſtãtie nomẽ aliquãdo & quidẽ frequẽter uſurpat: Si aũt inter ſubſtantiã & accidẽs nulla mediates cogitari põt eſt. n. utriuſqꝫ p affirmationẽ negationẽqꝫ diuiſio. Qđ uero nulla ductus neceſſitate: ſed mea ſponte affirmaui ex Boetii Auguſtiniqꝫ ſnĩa deũ: p ſe in pre/dicamento collocari nõ id ꝓpterea dixi qđ Beatũ Thomã nõ magnificã nõ uenerer non ꝓbem. ſed id ꝓptera dixi ꝙ ſola. B. Tho. auctoritas nõ ſufficit ad mõſtrandũ uel ariſt. uel ariſtotelicos arbitrari deũ in predicamento nequaq̃ collocari: neqꝫ propterea ab optimis auctoribus ad improbos & plebeos deſcẽi: immo optimos ſequor & ꝓbo: nunquid tu. B. Thomã uel Boetio uel auguſtino uel æqualem facis uel ſuperiorẽ. Ego quidem omnes & olim legi & in dies lego: nec puto uegeti quẽpiam eſſe ingenii qui ea quæ a britanis no/ſtris Suiſſeť dico & ſimiles excogitata ſunt aut ignoret aut negligat: Non equidẽ oĩa quæ ab illis ſcripta ſunt probo & admiror: uerum nõ nulla nec hercle pauca ſoleo ſepe nu/mero ex ariſtotelis proborumqꝫ auctoꝝ ſententia infirmare: ſed nõ poſſum nõ mirari ma xĩmã hominũ ſubtilitatũ & acutiſſimas in rebus phyſicis rõnes: quas ipſe etiã Ariſto. ſi a mortuis reſurgeret admirareť & mirum in modũ extolleret ſubtilitatem ſaltem in pluri bus ꝓbans & ſi nõ ueritatem. Defendis preterea unius negationẽ eſſe diuiſum: chimera enim inquis diuiſa eſt eo ꝙ ea ex quibus cõſtaret ſi eſſet ab inuicẽ diuiſa ſũt neqꝫ uniri poſ ſunt: Dyametrum uero cõmenſurabilẽ eſſe ideo diuiſum putas ꝙ a ſe ipſo diuiſum eſt & diſſonat. Verba quibus uteris hec ſunt: eatenus enim aliquid falſum eſſe deprehẽdiť qua/tenus ſecũ pugnat & cõtradictionẽ includit. quid aũt eſt aliud contradictionẽ includere q̃ in ſeipſo eſſe diuiſum: omne igiť ueꝝ unũ quia ſibi cõſtans & cõſonũ: omne falſum di/uiſum quia ſecum pugnãs & ſibi ipi nõ coherẽs eſt: ſed uide qũo poſitionẽ tuã poſſis ſub/ſtinere. Si enim aliquid ideo unũ eſt ꝙ ſibi cõſonũ eſt & a ſe in diuiſum falſum ipm & im poſſibile unũ erit & uerũ: nõ dixerim hoc falſum & illud qđ eſt chimerã eẽ uel ceruũ uo/lare ſed ipſam falſi impoſſibiliſqꝫ naturã intelligo: quã ꝓbabo unã eſſe & uerã: chimera quippe iuxta tuũ dogma diuiſa eſt ꝓpterea ꝙ partes ab inuicẽ ſemp diuiſe ſunt: ꝓpterea etiã ꝙ a ſe diuiſa eſt: neqꝫ enim chimera eſt chimera eademqꝫ ratione dyametrum eſſe cõ/menſurabilẽ diuiſum eſt: neqꝫ enim aliter intelligi poteſt utrunqꝫ hoꝝ a ſe ipſo diſonare ſecumqꝫ pugnare: At falſum ipm ſi ſeparatim ſpectes falſum eſt impoſſibile quoqꝫ impoſ ſibile eſt. neutrum igitur ſecum pugnat neutrũ a ſe diſonũ eſt: mortui quoqꝫ eadem rõne nequaq̃ ſecum pugnant: ſunt enim mortui qui iam mortui ſunt: quodlibet igitur horum

Tertia obie/ctio princi/palis

unum eſt & uerum: ſi eo aliud eſt: unum q̃ a ſe idiuiſum eſt. Preterea quomodo uerum eſt omne quod falſum eſt contradictionem claudere. Non ne multa ſunt falſa que uel na/ ture uel hoïs poteſtate uera eſſe poſſunt. Diffinitionem etiam ueri rurſus a te poſitam de/ ſendere conaris aiſq; uerum eē quod uidetur eſſe quod eſt: falſum uero quod uidet̃ quod non eſt nec propterea colligi putas falſum ueri negationē nō eſſe: ſed argumento meo ni hil pace tua dixerim hactenus reſpondiſti argumentum tale eſt. Si uerum eſt quod uide/ tur quod eſt: falſum uero quod uidetur quod nō eſt cum īter uideri qđ eſt & uideri quod non eſt nulla contradictio ſit nō erit falſum ueri negatio: Si namq; nec homo eſſet in re/ rum natura nec deus Socrates nō eſſet: non ita que uideretur quod eſſet neq; qđ non eēt non uerus igitur eſſet nec falſus: eſſet autem nō ens: non ens igitur & falſum aliquando diſſentiunt: Beatus etiam Thomas cui nō reſragaris uerum falſumq; inuicem contraria eſſe pronunciat ſi ad aīum referantur: ex quo tua etiam ſententia ueri falſiq; ratio depen/ det exiſtimatio inquit uera falſaq; ſunt inuicen cōtrarie quemadmodum Ariſto. dicit. Po ſtremo negas bonum malumq; eſſe inuicem contraria neq; propterea rationi reſpondes qua probatum eſt eſſe contraria: nec ſaluas quomodo malum ſit boni negatio: ego enim ita dixi: nulla negō ea preſertim quæ illa complectitur que non ſunt genus eſſe poteſt: in topicis enim ab Ariſto. dicitur nō entis non eſſe genera nec ſpecies malū igit̃ quod om/ nia complectitur non entia genus eſſe non poteſt: quomodo igitur ariſto. uir ſūmus dixit in predicamentis bonum & malum contrariorum genera eſſe: Ais etiam Albertum quē arbitror apud te momentum habere negare bonum malumq; eſſe inuicem cōtraria: idēq; beatus Tho. ſentire in prima queſtione de malo: nec propterea reſpōdes quomodo Boe tius aut uerum dixerit aut mentitus ſit qui in predicamentis ait bonum malūq; eē inuicē contraria. Dico igitur rurſus & approbo bonum malumq; eē inuicem cōtraria non qui/ dem quēadmodum album & nigrum calidum & frigidum quæ oïa uere qualitates ſunt: ſed quēadmodū ſanum & egrotū: forte ac debile. rarū & dēſum: pulchrum: & turpe: & ſi/ milia huiuſmodi multa nec beatus Thomas id negat: ſed uir eminentiſſimus in pría que ſtione de malo circa ſolōnem ſecundi argumenti monſtrat quomodo bonū & malum & ſi priuationis & habitus oppoſitione aduerſentur inter contraria tñ computari ſolent: idq; ſimplicii auctoritate confirmat: obiectiones igitur noſtræ quæ ob ſolam ueritatis in daginem mutuāq; inter nos charitatē excogitate ſunt nundum mihi uidentur ex toto in/ firmatæ rogo igit̃ obſecroq; ut eo amore quo angelo tuo Politiano uiro noſtræ etatis do ctiſſimo platonici dogmatis ueritatē aperire conatus es: nobis quoq; eodem zelo nodos ac ſyrpos noſtræ imbecilitatis exoluas: ego quidē pluritnis lectonibus & medicandi offi/ cio interim ſum implicitus: tu uero qui totus cōtemplationi uacas & p graduſ quatuor in profundam dei caliginem niti poteſ nullo uel pauciſſimo labore & tenebris lucē uindi/ cabis: bene uale: bene uale noſtri memor: ex fert. xi. Kalen. Iunii. Mcccclxxxxi.

## Reſponſio ſecundarum obiectionum.

## IO. PICVS MIRANDVLA ANTONIO CITADINO SALVTEM.

AVt breuis nimio plus aut certe obſcurior fuit prior epiſtola in ſoluen
dis quæſtionibus tuis ſuper eo libello, quem nuper edidi de ente &
uno: iteras enim eaſdem quæſtiones & de iiſdem eadē dubitas. Equi/
dem nō negabo in primis litteris quædā omiſſa: quibus nihil reſpōſū
eſt: ne in leuibus rebus uerba ꝓdigerem quædā breuiter a me tractata
ut qui philoſopbo homini indicādas res potius crederē ꝗ̄ explicādas
Nunc poſtꝗ̄ a me hoc poſtulas minutula etiā quæq; conſectabimur: & per ſingula capita
tuarum quæſtionū iubeo meminiſſe coꝝ quæ prius ſcripſimus excitaboq; ubi erit opus ad
eorum ꝓfundiorē intelligentiā. Porro qm̄ tu neq; platonicas cōmentatiōes: neq; ob igno
rantiam etiā græce linguæ græcos hactenus peripateticos attigiſti: ducā te per lineas de/
eretaq; latinoꝝ præſertim Thome qui tibi magis familiaris ad platonicorum: de quibus
Thomas
agitur in meo libro ſenſa percipienda. eſt aūt quod te augit in primis. Qua nā ratōe pla
tonici deū ſuper ens collocēt: nam ſi deus inquis uere eſt: certe uere ac ꝓprie ens eſt: & di
Recenſet ea
cit': ꝗ̄ dudū ſedens quiſpiā uere dicit': quia ſedeat. Addis ſi quatenus idea eſt: ens eſt: mul
de quibus ire
to magis quatenus deus eſt: ens fore ut ſit: & dicat'. ꝗ̄ ſi non oēs platonici ideā & deū idē
rum dubitat
eſſe cōcedant ſatis tñ ad me oppugnandū eſſe ais ſi id unus themiſtius nō dixerit. qd' ego
platonicis in cōe aſcripſerim. Illud itē intelligere nō potes: Quō deum dicā unū appel/
lari: cū per hoc nō quid ſit: ſed quō ſit eſſe quæ eſt ſignificamus. nā ſi unus eſt in quis quia
Themiſtius.
unice eſt oīa cur nō ens quoq; appellari debet cū uno eſſe ſit oīa quæ eſt. Non em̄ unus di
citur quia ſolus ſit unus. Quare uocari pariter ens poterit ꝗ̄ꝗ̄ ſolus ens nō ſit. hæc ſunt
primū quibus te extricare nō potes: ſed paucis & quēadmodū ſum pollicitus ex his ēt que
tibi ſunt nota oēm a te dubitationis ſcrupulū amouebo. Noſti aliud eſſe apud Thomam
eſſentiam rei aliud exiſtentiā: exiſtentia rei illud eſt quo res eſt hoc eſt exiſtit: eſſentia illud
Pro clariori
eſt quo res certā ſpeciem adipiſcitur aut equi ſcilicet aut lapidis. aut uirgulti. Quare qd'
intelligentia
eſſentia dicitur etiā a iunioribus quidditas appellat' quia ſcilicet ex eſſentiæ notione: ſci//
hæc prefatur
mus quid nā ſit res. Cum igitur ut Ariſtoteles docet ſecūdo libro analiticoꝝ poſteriorum
alia quæſtio ſit cū percōtamur an uerbi cauſa roſa ſit alia cū ſcire uolumus quid nā ſit ro/
ſa: Prima utiq; quæſtio ad rei exiſtentiā ſpectat. Secūda ad eſſentiā: ſiue ut uerbis utamur
Ariſtoteles
recentiorū ad quidditatē. Rurſus memineris ex ſnīa Tho. omnia citra deū quæ actu ſunt
ex eſſentia & eſſe (ſic enim uocat exiſtentiā) eſſe cōpoſita: deum ipſum neq; compoſitū eſſe
Aliud præſa
ex eſſentia & exiſtentia neq; rurſus eſſentiā eſſe ſed purā ipſamq; exiſtentiā a qua deinceps
tum.
omnis alia rerū creatarum exiſtentia deriuat' creatis ſcilicet eſſentiis cōicata. Adde his di
Tertium.
deſiderio noſtro ſi chymeram dici non poſſe bonam probauerimus adde ꝙ & Auerocm
in hac parte imitati dicere poſſumus ens in potentia non eſſe ens quando in cōmentariis
in quartum metaphiſices librū partitione quintadecima dixerit id quod nō eſt actu nō eē
ens. Ad illud quod iungis ſcilicet chymerā ob id ens eſſe quia licet illa potentia producē
di chymeram in deo ſit nihilominus potentiā dei & chymeræ eſſe aliam & aliā rationem.
Reſpondeo primo negare me poſſe: Dei potentiam & chymeræ producende diuerſas eſſe
ratione. Secundo licet gratis tibi cōcederetur potētias ſcilicet illas eſſe diuerſas adhuc tua
ratio quid ꝓbaret: cum chymera ens nuncupari nequaq̄ poſſit ob potentiam ſe producē
di quæ in deo eſſet: cū tantū abſit potentiam illam nec chymerā nec aliquid intrinſecum
chymeræ enūciari poſſe ut etiā diſtent in infinitum. Addis preterea excluſa potentia dei &

Decimequī/te obiectiōis ſolutio

cogitatione noſtra chymeram nō eſſe malam cū malū priuatio ſit quæ in ſubiecto partici/
pante bonitatem conſiſtit cui reſponſum uelim eadē diſtictiōe qua paulo ante cū chyme/
ra ſubiectum aliquod non reſpiciat ſed abſolute mala ſit licet eā a nobis conceptam. ſ. ip/
ſam notionem chymeræ quā mente gerimus ut aliquid eſſe ita bonam eſſe chymeram ue/
ro ipſam nec aliquid eſſe nec bonam eſſe pronūciare poſſimus. Preterea geſtire uideris nō
improbatum quod attuleris ſolūque ſimpliciū id non dicere reſponſum eſſe. Item ais non
dixiſſe te ſentire Ariſtotelem omne omnino ens uel per ſe uel per accidens eſſe. nec Tho/
mæ aliquid propterea aſcripſiſſe. Verum & ſi tot ab illo quem defendimus hac de re di/
cta ſint ut a me uerba fieri opus nō uideatur propoſuerimq; ſemel ab eo quoquomodo diſ
cuſſa non retractare hec tamen ex ſuperabuudanti pro patruo dixerim Simplicium ſcilicet
qui a te ſepius in iudiciū citatus eſt contra te ſepius teſtimonium tuliſſe ꝙ patruus non ſe/
mel in reſpōſionibus cōminiſcitur. Rurſus ſcire uellem an defendendū ſuſceperis nō om
ne ens aut per accidens aut per ſe eſſe de mente Ariſtotelis. Ille. n. quinto prime philoſo/
phiæ libro ſecat illud ens in ens per ſe & per accidens deinū in ſubſtantiam & accidens ſe
cantur quæ priori partitionis membro cōtinebātur cū illud per ſe in decem partiatur gene
ra quorū unum eſt ſubſtantia reliqua accidentia uellem ego a te nunc libentiſſime doceri
quale nam eſſet illud ens quod nec per ſe nec per accidens eſſet ꝙ ſi forte diceres diuiſio/
nem illā in ens per ſe & per accidēs aſſignationē eſſe cōplexi entis ut in primis obiectioni/
bus prodidiſti reſpōdere non dubitarē te id oſtēdere uere nō poſſe nec aut Ariſtotelis qua

piam ſentētia nec ratione idonea tuā opinionē fulcire cum eo loco Ariſtoteles ens per ſe in decē partiatur genera quorū unū ſit ſubſtātia & nouē accidētia quæ cōplexa entia fore nemo credit quādo aduerſum cōplexa diſtinguātur eoq; loci Auerrois dicat ens per ſe di uidi per dictiōes ſignificātes genera predicamētorū: dictio autē nō eſt cōplexū ens. Sexto quoq; metaphiſice idē Auerrois dicit primā entis diuiſionē eſſe in per ſe & per accidēs pri ma autē eſſe nō poſſet quādo eā diuiſio cōplexi entis anteiret nec apud Thomā reperitur quinto mataphiſice libro diuidi ens complexū ut aſſeruiſti. Credi uero nō poteſt cum ens primo ſit partitū in ens per ſe & per accidēs: illudq; per ſe ſit in decem genera ſubpartitū quæ in cōplexa eſſe oſtēdimus aſſignari eo loci diuiſionē entis cōplexi quādo illud quod diuidit̄ de diuidētibus mēbris predicari neceſſe ſit hæcq; ob id & ſi parū ad negociū perti neant dicta ſint cū nec illud tuū dogma Ariſtotelicorū interpretū placitis nec rationi cō/ ſentaneum primori fronte mihi uideatur quod ſi forte contrariū ꝓbaueris gratiſſimū erit a grauiſſimo philoſopho qualē te profecto exiſtimo dediciſſe nō nihil.

Ceterū dixit ille eatenus malū priuationē eſſe quatenus priuatio formaliter erat negatio: cui aduerſaris inquiens nō conſtare aliā non eſſe affirmationis negationiſq; oppoſitionē aliā priuationis & habitus. nec ꝓpterea ſi malū eſſet priuatio boni malū & nō bonū con uerti neceſſe eſſe quibus reſponſum uelim aliā eſſe priuationis oppoſitionē aliam negatio nis nec illū oppoſitū ꝓtuliſſe ſed ꝓpterea etiānum ſequi ꝙ ſi malū bono priuatiue oppo/ natur malū & nō bonū conuerti neceſſe eſſe. priuatio enim ut magnus ait Albertus libro primo phyſicæ auſcultationis inquantū priuatio de ſe uel per ſe non eſt eo ꝙ de ſe habet nō eſſe quimmo & ab Ariſtotele aſſeueratū eſt in prima philoſophia priuationes eſſe de genere nō entium cū priuatio de ſe ſit alterū extremū contradictionis & ideo cū malū ſit priuatio boni & conſequio nō ens inquantū malū eſt malum etiā & nō bonum conuertū tur malū enim & nihil ut probatū eſt idem ſunt nihil etiā & nō ens idem nō ens itē & nō bonum idem quia ens & bonum idē quapropter rectiſſime dixit patruus negationē eate/ nus eſſe priuationē quatenus priuatio formaliter eſſet nagatio. nā & ſi differant in hoc ꝙ una earum ſcilicet cōtradictio medium nō habet ut ait phyloſophus in libro primo ana/ liticorū poſteriorū alia uno modo habeat cū fiat ſimul cum oppoſito circa idem ſubiectū tamē quantū ad ꝓpoſitū attinet eſſent idē cum priuatio de ſe negatio ſit & nō ens nihilq; ponat queādmodum probat Thomas pluribus in locis potiſſimū in tractatu de quattuor oppoſitis ſi uero nō ens mala ſi mala nō bona ex quibus corrogare potes malū & nō bo/ num oīno conuerti. & ne credas Illuſtres homines defuiſſe qui hoc aſſeruerint Audi Ari/ ſtotelem dicentē bonū dici equaliter enti Adde igitur per locum a contradictionis malū nō enti Audi celebratiſſimū theologum Anſelmum canthuariorū archiepiſcopū libro de caſu diaboli ꝓferentē hec uerba malum nō eſt aliud ꝙ̄ nō bonum ex quibus colligitur cō ſtantiſſime malum & nō bonum ſe mutuo conſequi.

Nulle decimoſeptimo in loco inter te & ipſum controuerſiæ fuiſſent ſi diligentius libellū ipſum de ente & uno animaduertiſſes & quæcunq; in eo perſcripta ſunt cum de gradibus illis deq; ipſa caligine ad quam cōtemplantibus perueniri datur mentio fit ad memoriā reuocaſſes uidiſſes in illis tribus primis gradibus poſſe de deo aliquid enunciari in quar/ to minime ibiq; feneſtram intelligentiæ librorum Dioniſii apertam qua cōmodiſſime po teras de hoc cōmoneri: nam nec negat ille nec negare poſſet hanc loquutionem eſſe uerā

Decimeſexte obiectiōis ſolutio.

Albertuſmagnus

Thomas

Ariſtoteles

Anſelmus

Solutio obiectionum que decimoſeptimo loco cō/ tinebantur.

Dyoniſius

deus eſt deus eo modo quo nos poſſumus deum & concipere & enunciare uidelicet in il/lis primis tribus gradibus conſtituti ſed tantum negat ullum predicatū dei naturam uere poſſe explicare in illo dumtaxat quarto gradu caliginis quod omnes etiā ut mittā ꝑtheo/logos philoſophi recte ſentiētes aſtruerēt cum uero hoc nomen deus quod predicati offi cium gerit in hac ꝓpoſitione deus eſt deus nō modo diuinam eſſentiā & naturā nō expli cet & declaret ſed & ab ipſa in infinitū ſuperet illud de deo affirmari poſſe negauit quar/tum illum gradū caliginis attendēs. Age ergo uerba ipſa examinemus quæ hominis mē/tem teſtabūtur poſtea nōnulla adducemus ut planius uideatur an deus & quomō poſſit a nobis enunciari deinde oſtendemus tuas argumētationes contra eius uerba etiam ut ia cent appræhenſa nihil concludere. Dixerat ille dici uere poſſe deus eſt deus item ex ſentē tia Dyoniſii omni appellatione eſſe maiorē etiā appellatione hac dei quēadmodum in libro de myſtica theologia habebatur dixerat alio in loco cū per hanc dictionem deus id tantū concipis quod ſignificatur per nomen dictionē hanc non habere predicati rationē ſed ſubiecti quādo id eſſet de quo queritur quid nā de eo enunciari poſſet aut deberet nō autē illud quod de alio enūciaretur quare id neq; Simonidi fuiſſe ignotū aut conſulenti eum Tyranno cum itē quereres ſi deus dici deus non poſſet an eſſet aliud a deo querere a te quid conciperes per hanc dictionē deus quā de deo enunciares ſi nihil cōciperes nihil errares: quia nihil diceres. Si aliquid conciperes dicere deum aliud eſſe ab eo quod tu cō/ciperes & conceptū per hanc dictionē deus explicares quoniā ſupra oīe illud eſſet quod a nobis concipi poſſet hec ille. Credebā ego patere tibi ex uerbis iis ueriſſimā dubitationū tuarum ſuper hac re ſolutionē: Tu uero cōtendis a Dyoniſio nō negari deum eſſe deū le/ge oro Dyoniſium capite ultimo libri de myſtica theologia & epiſtolā primā ad Caium & tibi palam fiet omni appellatione deum eſſe maiorē. lege item eundem ſecundo capi/te celeſtis hyerarchiæ & intelliges diuinū hominē nos edocere diuinæ ueritatis ſimilitudi nem ſubſtantiā omnē uitāq; tranſcendere nullam hanc exprimere lucem omneq; ſermo nem omnē mentē atq; rationē abſq; ulla comparatione illius ſimilitudine inferiorem ex quibus mentē patrui putarim te poſſe perpendere ut. ſ. eo modo dici uere non poſſit deus eſt deus ut per hoc nomen deus uicem predicati gerens illud quod per ſubiectum cona/mur concipere declaret nō quin aliquo modo poſſet dici deus eſt deus quēadmodum di citur deus eſt bonus deus eſt ſapiens. & aliæ concedūtur predicationes quibus ſacri codi/ces pleni ſunt in quibus quoquomō de deo aliquid enūtiatur. Sed illius natura nō expli catur cum ab illis conceptibus diſtet in infinitū quēadmodum ſatis aperte quinto capite libri de ente & uno patruus ille meus edocuit qui ſuper iis Dyoniſii uerbis que a Thoma adducūtur ueluti arbitrabaris loquutus non eſt ſed ſuper iis quæ paulo ante ſunt allata. Porro Damaſcenus in primo libro ſentētiaꝝ ſuæ theologiæ ſcribit eſſe quedam affirma/tiue de deo dicta uirtutem ſuperexcellentis negationis habētia uerbi cauſa ſi tenebras in deo dicamus nō tenebras intelligimus ſed lucem nō eſſe. uerū ſuper lucē luceq; eſſe dici/mus cum tenebre abſint quā ſententiā doctiſſimus & deuotiſſimus pariſioꝝ cancellarius pertractās inquit ſic. Igitur quicquid de deo affirmatiue dicimus includit negationē ali/quam & paulopoſt ꝓpterea dicit Dyoniſium deum negare eſſe ens ſed ſuper ens eſſe affir mare Deum eſſe ſapientē ait Egidius primo ſentētiaꝝ libro ſed nō eo modo ſapientē quo nos intelligimus unde dicit hāc eſſe cauſam cur auerois. xii. metaphiſice has que deo atri

Philoſophi theologi

Quo ordi/ne in hac ob ctione diſſol uēda ꝓcedē/dum ſit.

Dyoniſius

Io. gerſon cā cellarius pa/riſien.

Egidius

 

buũtur predicationes ꝓpoſitionibus mathematicis ſimiles eſſe ꝓnunciet quarũ more ea quæ intelligimus ſunt in rebus ſed nõ eo modo quo intelligimus cũ lineã que eſt in materia nõ ea ratione qua eſt in materia intelligamus. Sed quid te multis moror cũ uel paucis ueritatis huiuſce quã aſſerimus te certiorẽ reddere poſſum ut.ſ.cognoſcas quicquid de deo predicamus lõge aliud q̃ cõcipimus & enũciamus ſignificare. Ait ipſemet Ieſus chriſtus dei uirtus & dei ſapientia & ueritas teſte Ioannis euãgelio deus ſpiritus eſt. Ait Dyoniſius libro de myſtica theologia de deo uerba faciens ineffabilẽ deitatẽ contẽplans multaque illi predicata que nos attribuimus remouẽs neq; ſpiritus eſt quantũ ſcire ipſe poſſumus. Vide igit̃ nolle Dyoniſium ſpiritũ eo modo quo nos ſpiritũ ſcire poſſumus de deo enũtiari per quæ ultima uerba legẽtes edocere uerum fore deum ſpiritũ eſſe ut chriſti euãgelio cõſentiret & tamen nõ eo modo ſpiritũ eſſe quo nos ſpiritũ intelligimus ne dei naturã a nobis per abquod nomen exprimi uere poſſe crederemus. Quanta uero ſit Dyoniſii auctoritas quantũ ipſius ſacratiſſima dogmata ab omnibus theologis qui pariſiorũ Gymnaſia coluerunt ſint elata laudibus & celebrata licet putauerim te nõ latuiſſe cũ tamen patruus in reſpõſionibus obiectionũ tuarum innuerit te inter diſputandũ Dyoniſii dicta nõ magnopere libenter admiſiſſe ſcias uelim fidiſſimũ illum Pauli Apoſtoli in chriſti fide diſcipulũ extitiſſe cuius ope deus eum uoluit relictis gentiliũ erroribus ueritatẽ & agnoſcere & ſequi & martirii corona pro chriſti fide donari Gregorium de eius doctrina Martinũq; pontificẽ in ſinodo rome contra hereticos celebrata magna dixiſſe Damaſcenum alioſque cõplures ſummis eum laudibus extuliſſe ab hereticis eius libros occultatos longo tẽpore fideliũ mentes latuiſſe uerbũque fuiſſe Conſtantini philoſophi qui oẽs eius libros memorie cõmendauerat: ꝙ ſi a pluribus patribus qui cũ hereticis & ſacroſancte catholicæ eccleſiæ hoſtibus magna bella pugnarunt Dyoniſius habitus fuiſſet quãto citius eos & facilime (quod & tarde & magnis exanclatis laboribus poſtea ab eiſdem factũ eſt) de hoſtibus fuiſſe triumphum conſequutos.

Chriſtus

Dyoniſius

Cõſtantinus philoſophus

Cum uero probare intẽdis deum dici poſſe deũ ob nominis rationẽ quæ de nomine predicatur dico te fruſtra (mi Antoni) laborare nã non enũcias aliquid de deo ſed de hoc nomine deus quod ut clarius intelligatur latius explicabo: nam querã ego.a.te quid per a qnã pro ratione nonimis deſignaſti cõcipias ſi nihil cõcipis nihil erras (ut uerbis utar patrui) Si aliquid concipis quero iterum ſi concipis tanquã id de quo aliquid poſſit enũtiari. Si hoc modo ſumis etiã non erras quia iterũ illud.a.uicem ſubiecti nõ predicati obtinebit ſi conciperes illud quod de eo enũciatur longe aberrares tum in inſitũ ipe deus maius ſit omni eo quod potes cõcipere quem etiamnũ Platonicus Apuleius in libro de platonis dogmate indictum appellat & innominabilẽ ipiuſq; Platonis hac de re uerba ſunt ab ipſo apuleio latina facta Deum quidẽ inueniſſe haud facile eſt intellexiſſe impoſſibile omnes itaq; de deo affirmationes improprias eſſe dicamus quãdo quodcunq; nõ ſolũ dicere ſed & concipere uellemus ille in infinitũ excedat qniuetiã non modo in hoc ignorationis & miſeriæ terreno carcere retenti ſed nec in ipſa dei fruitione qua perfecte beamur in celis conſtituti comprehẽdere deũ ſed aprehẽdere tantũ ut noſtroꝝ theologoꝝ uerbis utar facultas nobis cõdonabitur. Preterea pugnare inuicẽ has ꝓpoſitiones credis ſcilicet deus eſt ſupra id quod concipi poteſt & aliquid de deo affirmari nõ poteſt. & ais ſi nominis diffinitio ſupra id quod concipi & argumentũ militabit. Sed ſoluitur cum enĩ dicitur

Apuleius

Plato

affirmationes de deo adduci ꝓprias non poſſe intelligi datur predicatū nō reperiri quod dei naturā integre repreſentet hæc uero oratio ſcilicet ſupra id quod concipi poteſt nihil aliud ſignificat q̃ deum concipi nō poſſe & quid ſit deus nō poſſe ſciri. Dicunt igitur hæc uerba non ſolū quid ſit deus: ſed nō poſſe ſciri quid ſit. Vim igitur negandi potius q̃ affirmandi obtinēt. Sed licet tibi dem ut affirment ob id tamē argumentū tuum nō militabit alioquin de aliqua re nobis ignota quā quis ſcire cuperet ac de eius eſſentia nos percūctaretur reſpondere ſciſcitanti poſſumus eſt id quod neſcimus quod nō nouimus quod adhuc mente nō concepimus nec concipere quimus nō uideretur ſatiſfactum petitioni illius: ut poſſet hoc dogmate percepto de re illa affirmatiue aliquid enūtiare ſed negatiue niſi forte quis īueniretur qui poſſet aliis intimare quid eſſet illa res quæ ut penitus hoībus ignota ſupraque captū cogitationū omniū foret ita nec a ſe ipſo aut cognoſci aut cōcipi poſſet

Simonides & Simonides igitur & conſulēs eum Tyrannus nouerāt dei nomen maximū quid repreſentare & tamen unus eorum quid eſſet deus ſcire cupiebat alter ſe ſcire negauit Preterea uteris tali connexione Deus eſt ſupra omne id quod concipi poteſt ergo deus cōcipi non poteſt. alioquin ipſum ſupra ſeipſum foret non igitur amari poteſt nec coli reſpōdeo deū a ſe ipſo tantū ſicuti eſt cōcipi integre poſſe & a nullo alio intellectu. nec propterea ſequi nō poſſe aut amari aut coli: concipimus enim tantā eſſe deitatē omnipotētia preditam in īfinitū creaturas omnipharia uirtute ſuperantē ut eam niſi ex effectibus nō poſſimus cōcipere. & hac admiratione excitati concaleſactiq; in eius amorē exardeſcimus cōcipimus effectus. & eum eſſe ſummū bonū & admiramur & colimus & amamus nam cognitis his

Themiſtius. perfecte que fecit deus ut Themiſtii uerbis utar in admirationē cōmendationeq; ſui omnium animos atq; ora conuertit: legimus itē nos ea que reuelata deitus ſum & gratia eius prediti fide concipimus id quod concipi ad plenū natura nō poſſumus ſuper omnia dūtaxat illum nos amare oportere ut tandē fracto huius carnis enigmate poſſimus eum ſicuti eſt ſummo cum utriuſq; hominis gaudio quæ noſtra eſt felicitas contēplari. Rurſus ad hoc ut aliquid diligamus nō opus eſt a nobis illud pſecte aut uideri aut cognoſci aut cōcipi ſed ſatis eſt ſi eum eſſe uel eſſe tale licet conſuſe & ſubobſcure ſciamus & hoc uel ex fide uel ex effectibus itaq; uel modica cognitione preuia qualiſcūq; ea ſit nobis eſt ſatis ad talem rem amandā poſſumus enim quālibet rem diligere niſi penitus eius cognitione careamus ex his enim q̃ nouit animus diſcit ignota amare ut ait Gregorius Thomas quoq; in prima ſecūde probat aliquid poſſe perfecte amari & ſi perfecte nō cognoſcatur & exēplum de deo inter alia proponit.

Vltime obiectōis ſolutio Poſtremo ais tantam eſſe auri potentiā putaſſe patruum ut uellemus nollemus uel re uel animo ex neceſſitate deum ſecum traheret. Sed nō tantā eſſe auri potentiā mi Antoni ſed impotentiā opinatum non modo ſed certiorem factum eum crediderim ut nec ipſum aut

Io. de bachone. eſſe aut intelligi poſſet aurum ſemoto deo: Et q̄q̄ te ad Iohannē de bachone relegare poſſem cuius in diſſolutione quintæ obiectionis mentionē habuimus tam & ſi quando tu patrui argumenta receſſens quibus aſſeruerat deum nō eſſe & aurum eſſe pugnare inuicē nihil reſpondere uelle dixiſti ne caligare uidereris in re luce clariori monſtrare conſiliū eſt (etiam fortaſſe te iudice) fuiſſe operepreciū ut ea diſſoluenda ſuſciperes ſi ualuiſſes ſin minime applicare ſaltem manus operi uel fateri ingenue eius aſſertiones ueras fuiſſe. Argumenta patrui hec ſunt que mox declarabo fieri nō poteſt ut aliquid ſit ſi nō ſit ipſum eſſe

deus autem eſt ipſum eſſe. fieri igitur nõ poteſt ut aurũ ſit ſi deus nõ ſit preterea ſi deus nõ eſt igitur infinitũ eſt ſi infinitũ eſt nihil eſt quoniã ſi infinitũ eſt finitũ nõ eſt quoniã infi/nitũ ſeipm perimit queãdmodum & alia quæ contradictionẽ claudũt ſi nihil eſt aurũ no eſt. fieri nõ poteſt ut aliquid ſit ſi nõ ſit ipſum eſſe deus autẽ & cetera. Cũ ipſum eſſe quod deus eſt(ut nemo diffitetur)nõ ſit cuius participatu nõ modo omnia ſunt que ſunt: Sed & ab eo dependẽt & momẽtis oĩbus conſeruãtur nõ modo ut oẽs theologi preſertim Tho/mas copioſiſſime docent ſed etiã ut a Platone in timeo aſſeueratũ eſt impoſſibile eſt aurũ eſſe ꝙ ipſius eſſe gratia ipſiuſq; participatione exiſtit. ꝑterea ſi deus non eſt igitur infinitũ eſt. entia omnia preter deũ finita ſunt certiſq; terminis contẽta hancq; quã habent limitatam naturã dei opere & gratia habere poſſidereq; haud dubiũ eſt quãobrem Platonẽ aiũt eius ſectatores deũ in philebo terminũ uocaſſe quia formis quaſi menſuris paſſim diſtri/butis omnia terminaret: Sed & ait ſapiẽtiæ liber omnia in pondere numero & mẽſura ab eo conſtituta. Si igitur deus nõ ſit cuius cauſa omnia entia ſunt finita: nihil erit finitũ igi/tur infinitũ. Si infinitũ eſt nihil eſt quoniã ſi infinitũ eſt finitũ nõ eſt qm̃ infinitũ ſeipſum perimit queãdmodum & alia que contradictionẽ claudunt. cum probatũ ſit unũ aliquod eſſe a quo cuncta eſſe accipiũt & eſſe finitũ eo ſemoto nihil eſt nihilq; finitũ ſi enim infinitum eſt hoc eſt nõ terminatũ finitũq; ab illo primo cuius ope & ſunt & finiũtur cũcta ter/minanturq;. Sequitur infinitũ non eſſe. Iccirco infinitũ ſeipſum perimit. cũ nihil aliud ſit dictu infinitũ eſſe eo ſcilicet modo quo acceptũ eſt ꝙ nihil eſſe nã ſi nec finitũ ſit nec deus extra controuerſiã eſt nihil omnino eſſe. Hæc ſunt Antoni quæ pro patrui aperienda ſententia protuli quæ forte & alia cõtinet dogmata nõ enim omniũ eſt aſſequi quæ ille cõceperat: ſed quod & alios etiã ſub uerboꝝ cortice latuiſſe ſenſus exiſtimẽ illius me hæc uer/ba mouẽt quibus reſponſionẽ terminauit. hæc. ſ. ſatis credo eſſe tibi homini quantũuis ingenioſo ſed in acceſſa deſeramus & teneamus quæ interpretis officio fungẽdo ſcripſimus quæ cũ ſatiſfaciãt meã quoq; claudẽt reſponſionẽ adductis prius quibuſdã quæ & patrui ſententiã roborant & meã in eius uerba quã ante ꝓtulimus interpretationẽ confirmant pariter atq; elucidant. Nam deficiente primo neceſſe eſt omnia illa quæ ab eo ꝓdeunt interire ut ex Ariſtotelis octauo phyſice auſcultationis libro colligitur. Deus autem teſte eodem philoſopho eſt primũ uerum a quo ſunt omnia alia uera ergo ſublato deo oĩa ue/ra perire neceſſariũ eſt: ſed ſi uera tendũt in nihilũ entia pariter ab interitu nõ uindicãtur cũ æquali ambitu comeent. Item amoto illo qui rebus & eſſe cõmunicat & uiuere quis perituras eaſmet res oĩno nõ uideat. Deum autem id rebus rebus ipſis cõdonare ſentẽtia eſt Ariſtotelis primo libro de celo qui addit etiã quibuſdã clarius quibuſdã obſcurius eſſe il/lud cõmunicari. Preterea quicquid regitur ab arte prime cauſe pereunte illa procũbit. Totam uero hanc machinã a prima gubernari regiq; cauſa teſtatur Auerois in ſecũdo prime philoſophiæ libro ſub qua & aurũ contineri cõprehendiq; nemo poteſt ambigere. Plura alia poſſem in mediũ afferre ex ſacris codicibus ut multa de ipſo euangelio multa ex apoſtoli Pauli ſacratiſſimis dogmatis plurima ex aliis ut ex Gregorio qui cuncta dixit in nihilum decidere niſi ab omuipotenti deo conſeruarẽtur. Ab Auguſtino ſuper Geneſim & ex S. Thoma. & a Io. ſcoto in tractatu de primo principio quæ tamẽ conſulto ꝑtereo quãdo ꝓbaſſe id naturalibus rationibus quas expoſcere oĩno uidebaris philoſophorũq; gentiliũ documentis ſat ſit quod tu ꝓbari poſſe ab eo nequaꝗ credidiſti. His igitur omnibus quæ

[Margin notes: Thomas theologi / Plato / Plato / Liber ſapiẽ/tie. / Rõnes ad ꝓpoſitũ oſtendendum / Ariſtoteles / Ariſtoteles / Auerois / Gregorius / Auguſtinus. / Thomas / Io. ſcotus]

preſati ſumus putauerim bonis ingeniis extra cōtrouerſiam futurū omnes patrui opinio/ nes ſatis fuiſſe defenſas etiā ſortaſſe te iudice. hæc tamē ſcripſimus nō ut tecum confligere mus. ſcripſimus etiā inuite quod & Ioannes mainardus noſter & Chriſtophorus ſaxolus Mirandulanus ciuis noſter & medicus atq; tuus olim auditor teſtari poſſent ſcripſimus quoq; citra odiū cuius tibi argumentū maximū eſſe poteſt cum ſi quid honori tuo uel ali/ qua ex parte detrahens chartis traditū iudicaueris tuo illud arbitratu priuſq̄ ad alioꝝ ma nus reſponſio perueniat diſpuncturus dempturuſq; ſim & quidē perlubēter cum te ut ho/ minem diligā ut philoſophū obſeruem ut chriſtianū colam quod ſi mei erga te animi pe riculū facere collibuerit uerbis facta preponderaſſe percipies.

Io. mainar/ dus Chriſtopho rus ſaxolus.

FINIS

Illuſtri principi ac domino ſuo ſingulari Iohāne Frāciſco Antonius fauentinus. S.P.

I Egi miſſas ad me in patrui tui ſcripta deſenſiones: in quibus magnā rerū doctrinā & admirabilē ingenii ſolertiā plane deprǣhēdi: ſumq; inuētionibus tuis mirifice oblectatus nō ſolū ꝓpterea ꝙ uideo bonas artes tutores optimos ac patronos aliquādo habituras: quibus a tene bris ac barbarie uindicētur: uerū etiā eo magis ꝙ de te ſi philoſopha/ ri pergas neſcio quid magnū ac grande mihi facile polliceor uidebit poſteritas me nihil mentitū ſi uixeris: deus modo uitā longiorem preſtet quod ad me attinet equidem nō im probabo: que in patrui defenſionē ſubtiliter quidē & acute ſcripſiſti: neq; enim ſi patruus uixiſſet diſputationē iam ceptā magis ultra protraxiſſem quēadmodum in poſtrema op/ poſitione mea ſum illi plane teſtatus: qui per internūtium reſpōdit ſe quoq; nihil āplius ſcripturū: cauſe igitur iudices ſunto qui legerint: Quod ſi ea que probe meditatus es im/ preſſioribus danda cenſuiſti ſaluo ac integro amici honore id fiat: quēadmodum promi/ ſiſti. Sunt quidem nonnulla in libello uerba: que aliquid habent aculei nec omnino pa/ rum: a quibus facile potes temperare ſi uelis ſenſu rerum nihil in mutato: Quod ſi fece/ ris ut ſpero non erit ingratum: Cauſam meā uideor mihi ſatis abundeq; tutatus & indies facile tutari potuiſſe: Sed diſputationi modus iam eſto: Ceterū Comes illuſtris putes ue/ lim me tuū eſſe ac ſemper fore: quo uti poſſis arbitratu tuo: bene uale ex ferraria dic. xvi. decembris. Mcccclxxxxv.

Io. Franciſcus Picus Mirandula: Antonio fauentino philoſopho inſigni. S.P.

ſ Atiſfactum eſt abunde tuis uotis: Satiſfactum pollicitationibus erga te meis quom uerba cuncta: que uel aliquid aculei geſtare uidebātur de dictatis no/ ſtris ademerim. Parcendū eſt impetui animi: ſicubi ſorte acrius actum eſt q̄ oportuit: Condonandū eſt aliqd iuſte defenſioni: & eo magis condonandū quādo cōe fere uitiū eoꝝ ſit q cōmentatiōibus ſuis uel accuſant aliquē uel ſe ipos aut ami cos excuſant illos ad quos ſcribūt iſectari maledictis: calūniis petere: ꝓbris laceſſere: atq; id genus cetera ꝑpetrare ab officio boni hoīs aliena: a qbus nos (teſtē te cito & iudicē cōſti tuo) oīo abſtinuimus deceēq; ad ſūmū aut circit uerba nō nihil aculeata tuo nutu (ſalus tū

ſetentiis)amouimus: neq; aliud cõſiliũ elucubrande cõmentaciũcule credas uelí: q̃ ut ſi/
ne tui oſtẽſa pieũ patruũ defenderemus: quinimo maluiſſem ſepius nihil iter uós diſcepta
tum'ſuiſſe:ut p̄cluſus mihi ſcribẽdi hac de re ſuiſſet aditus oĩſq; occaſio ſublata. Non. n. po
teſt uel q̃ difficillime põt litterarũ negociũ agi in altercatione poſitũ omni iter ſcribendũ
preſtito honore illis ad quos uerba fiũt alioquin debito: Adde q; uix ſine quodã animi tu/
more: qui magnope uitãdus eſt: id muneris obitur. Quod uero de cauſæ tuæ tutela dicis
hoc ipm de noſtra dicimus. Sed hactenus de cõtrouerſia: ſunto (ut recte ſcripſiſti) qui lege
geriit iudices modo hi docti ſint: & neutræ parti affecti aut ſi amore cuiuſpiã noſtrum te/
neantur ardentius adminus oculis eorum preſtigiũ amor non faciat. Ceterum multũ mi
hi tribuis uel parũ merẽti: magnaq; de me tibi promittis ſi modo pergã philoſophari. Sed
uereor mi Antoni ne ab hoc philoſophiæ ſtudio de quo mentionem facis oĩno tempem
aut forte deſiſtam: dicã tibi de hac re quod ſentio afferri. ſ. nobis hoc negocium nimis affe
ctantibus multũ nocumenti parum emolumẽti. Non hoc ideo dico ut dãnem ut uituperẽ
ueritates plurimas aut ſaltẽ ſimilitudines ueri: quarũ noticiã philoſophãdo cõpamus no
bis. Sed cõem uſum aut (ut ſignificantius dixerim) abuſum culpo: quẽ niſi uitare magnope
nixi fuerimus aſſidueq; & ſumma cum diligentia cogitatus noſtros examinauerimus: Chri
ſtiani animi uenenum cor irrepit ambitio: quæ poſtmodum mortiferam pariat ſuperbiam
unde plerumq; fit ut huius ſapientie in qua quotidie uerſamur amatores: ſapiẽtiam illam
que genita eſt ſed æterna a quo omnis hec fluxa & temporariã deriuata eſt oĩno poſthabe
ant tumidi & elati caduca gloria. Sed uideamus oro unde animo efferamur unde nos ip/
ſos eſtimamus nimis. Nam quantula noſtra cognitio: cũ minimã naturalium rerum ſcien
tiam teneamus & illa ipſa quæ ignoramus quom multa tum maxima uel tacite clament
in uanũ. ſ. & falſo nos ipos doctos aut profiteri aut exiſtimare. Poſſet p̱culdubio uel rudis
hõ & parum peritus uel oĩno neſcius litteraꝝ agricola percũctari plurima etiã ſub aſpectũ
ſub oculos poſita de quibus phũs alioquin maximus reddere certã rõem nequiret. In pci/
piendis uero ſubſtãtiis ipſis a materia ſenſili prorſus abiũctis quouſq; cognitione p̱cedi/
mus quas lippiẽtibus dumtaxat & noctuinis mẽtis oclĩs cernimus. Sed quid de diuinis ſu
mus dicturi ad que non tantum cognoſcẽda: ſed etiam ueſtigãda anhelantes & anxii ce/
cutientes & caligãtes obtutus denſiſſimis pene nubibus obtectos dirigimus: Porro hãc no
ſtrã rerũ noticiã nõne aut a libris aut a p̄cetore p̱cepimus: gl'iari ergo qd opus eſt: didiciſ
ſe nos aliena meditata hauſiſſe quaſi ab narrãte hyſtoriã. Sed hyſtoriam nature: uerum p
diuerſa ſtudia in amarulentis altercationibus poſitam uariaſq; per opiniones agitatam at
q; ob id incertam. Quod ex ipſo nomine opinionis proditur apertiſſime. Si quid uero a
nobis ipis paululũ noticie nãciſcimur quid queſo aliud eſt q̃ incertũ quoddã ſubuolutum
mille inuolucris mille p̱plexum fallaciis: hoc negocium ueluti his qui hec ſtudia uehemẽ
tius q̃ oportunum eſt magni faciunt ſuccenſus: inſectaret niſi hanc materiam ſpeciatim
lõga qõne tractauiſſem peculiariq; libello dedicaſſem. His iõ de cãis me cõuertere ſtatui
ad eos euoluẽdos libros quoꝝ p̱poſitiões p̱fata ſunt & dignitates quoꝝ cõcl'oes & inerra
bili ſylogiſmo colligunt' & mẽtẽ deſecatã (ſi tñ id curauerimus) reddũt. ſed eſto iã finis cõ
flictus litterarii & iã iã ep'le. Sed uide q̃ diſpar effectus fuerit & noſtre & alioꝝ cõtrouerſiæ
finita diſceptatõe ul' uoce ul' ſcriptis agitata: ſepe nũero iter eos aĩos q diſcordes fuere ex/
ercent' odia ſimltates: machinant' frauduléta bella delectatiões honoris & fame hinc in

de ſcaturiũt. Tu uero & Picus noſter eratis ante diſputationẽ cõpatres hoc eſt ſpiritali a ſtricti nodo: Nihilominus ob hoc priſtina nõ eſt aiorũ cõcordia diſſoluta. Ego aũt nec ti/bi dũ patruus uiueret nec tu mihi niſi noie notus eras: fecit hec defenſio ut inter nos ictum ſit quoddã fedus amicitie: quod ut ſtabile ſit dũ uicturi ſumus curato: utq; recte pieq; uiuẽdo poſt hanc mortẽ quã expectamus pſeueret eternũ da operã q̃ rõne potes: idipm quoq; enitar factitare: Interim quo te amore proſequar expiri nõ pigeat: Cumulatius forte ſum p̄ſtiturus quod poſtulaueris q̃ in calce defenſionis ſpopõderim. Nihil.n.tã arduũ quod tui (grauiſſimi profecto philoſophi) propẽſius demerendi cauſa facturus non ſim. Ex arce Miran.iiii.Ian: Mcccclxxxxvi.

Argumẽtum Io.frãciſci Pici Mirandulæ &c.in orationẽ & ep̃las.Ioãnis pici patrui &c.

Ceipe lector & has.Ioannis Pici Mirãdulæ lucubrationes leuioris curæ opera
a quas forte nec ipſe uiuẽs inulgaſſet: nec nos niſi celebratorũ hominũ crebris adhortamentis excitati. Leges primũ orationem elegantiſſimam iuuenili quidẽ alacritate dictatam ſed a doctioribus præ doctrine & eloquẽtie faſtigio ſepius admiratam nec te moueat ſi plurima in eius calce conuiſuntur que & in apologie ſunt inſerta prohe/mio: quando illud foras publicauerit hanc domi ſemper tenuerit: nec niſi amicis communem fecerit: uidebis pleraq; antiquorũ dogmata abſtruſa prius in ænigmatis & fabularũ inuolucris ingenioſiſſime reſerata: cognatumq; illum & robore & delinimentis oratoriis oſtendere q̃ priſcorum ſapientum poetica theologia noſtre theologie Myſteriis ancillaretur: atq; utriuſq; nodis quibuſdã enodatis ad litterarias paleſtras hoies iuitare: in his eñ per id tempus frequentiſſimus fuit quas poſtea quaſi grauiorum ſtudiorum preludia ludi/craſq; pugnas derelinquens ad ea quæ iã emiſſimus queq; ſumus in poſterũ emiſſuri emolienda conuertit animũ: leges & nonnullas epiſtolas (omẽs.n.collegiſſe laborioſiſſimum) alias familiares: tum per etatem teneram: tum prouectiorem ſcriptitatas alias poſtq̃ totũ pectus deo dicauit ſanctiſſimis refertas mõitis exaratas: illas & doctrinã & eloquentiã olere copioſiſſime deprehendes: has & utrũq; affatim ſapere & chriſti amorẽ preter hec uber/rime ſpirare percipies.

## ORATIO IOANNIS PICI MIRAN. CONCORDIAE COMITIS.

Abdala ſar/racenus

Legi Patres Colẽdiſſimi in Arabũ monumẽtis interrogatũ. Abdalã ſarracenũ: quid in hac quaſi Mũdana ſcena/admirãdũ maxĩe ſpectaret. Nihil ſpectari hoie admirabilius reſpõdiſſe. Cui ſentẽtiæ illud Mercu/rii adſtipulatur. Magnũ o aſclepi miraculũ eſt homo. Horũ dictorũ rõnem cogitanti mihi nõ ſatis illa faciebãt: que multa de humanæ naturæ p̄ſtãtia afferũtur a multis: eẽ hoiem creaturaꝝ iternũtiũ/ſupis familiarẽ/regẽ inferio/rũ/ſenſuũ pſpicacia/rõis idagine/itelligẽtiæ lumie/naturæ interp̄tem/Stabilis eui & fluxi tempis interſtitiũ/&(qd pſedicũt) mundi copulã/imo hymeneũ/ab angelis Teſte Dauid de paulo deminutũ. Magna hæc quidẽ/ſed nõ principalia.i.quæ ſummæ admiratõis priuilegiũ ſibi iure uendicẽt. Cur.n.non ipſos angelos & beatiſſimos cæli choros magis admire/mur: Tãdẽ intellexiſſe mihi ſum uiſus cur feliciſſimũ/proideq; dignũ oi admiratõe aial ſit homo. Et quæ ſit demũ illa conditio quã in uniuerſi ſerie ſortitus ſit/ nõ brutis modo: ſed

Mercurius

Hominis dignitas

Perſe

Dauid

aſtris:ſed ultramundanis mētibus inuidioſam. Res ſupra fidem & mira. Quid ni: Nam & propterea magnū miraculum & admirandū profecto aīmal iure homo & dicitur & exiſtimatur. Sed quæ nā ea ſit audite patres & benignis auribus pro ueſtra humanitate hanc mihi operam condonate. Iam ſumus Pater architectus deus: hanc quā uidemus mūdanā domum diuinitatis templū auguſtiſſimum archanæ legibus ſapientiæ fabrefecerat. Sup/celeſtem regionem mentibus decorarat: ethereos globos æternis animis uegetarat excre/mentarias ac feculentas inferioris mundi partes omnigena aīalium turba cōplerat. Sed opere cōſumato/deſiderabat artifex eſſe aliquē qui tāti operis rōnem perpēderet/ pulchry tudinē amaret/magnitudinem admiraretur. Idcirco iam rebus oībus (ut Moſes Timeuſq; teſtātur abſolutis) de producendo hoīe poſtremo cogitauit. Verum nec erat in archetipiſ unde nouā ſobolem effingeret: nec in theſauris: quod nouo filio hereditariū largiretur: nec in ſubſellis totius orbis: ubi uniuerſi cōtemplator iſte ſederet. Iā plena oīa: omnia ſummis/mediis/infimiſq; ordinibus fuerant diſtributa. ſed nō erat paternæ poteſtatis in extrema fætura/quaſi effetā defeciſſe: non erat ſapientiæ. Conſilii inopia in re neceſſaria fluctu/aſſe. Non erat benefici amoris: ut qui in aliis eſſet diuinā liberalitatem laudaturus in ſe il/lam dānare cogeretur. Statuit tādem optimus opifex: ut cui dari nihil ꝓprium poterat cōmune eſſet quicquid priuatū ſingulis fuerat. Igitˀ hoīem accepit indiſcretæ opus imaginis atq; in mūdi poſitum meditullio/ſic eſt alloquutus: Nec certā ſedem: nec propriā faciem nec munus ullum peculiare tibi dedimus o/Adā; ut quam ſedem/quā faciem/quæ mune/ra tute optaueris: ea pro uoto: pro tua ſentētia habeas & poſſideas. Definita cæteris natu/ra intra preſcriptas a nobis leges cohercetur. Tu nullis anguſtiis cohercitus pro tuo arbi/trio: in cuius manu te poſui tibi illam preſinies. Mediū te mundi poſui: ut circūſpiceres inde comodius quicquid eſt in mundo. Nec te celeſtem: neq; terrenum: neq; mortalem: ne/q; īmortalem fecimus: ut tui ipſius quaſi arbitrarius honorariuſq; plaſtes & fictor: i quam malueris tute formā effingas. Poteris in īferiora que ſunt bruta degenerare. Poteris in ſu/periora quæ ſunt diuina ex tui animi ſentētia regenerari. O ſummā dei patris liberalitatē ſummā & admirandā hoīs fœlicitatē. Cui datū id habere quod optat: id eſſe quod uelit. bruta ſimul atq; naſcunˀ id ſecū afferūt (ut ait lucilius) e uulga matris/quod poſſeſſura ſunt: Supmi ſpūs aut ab initio: aut paulo mox id fuerūt: quod ſūt futuri īperpetuas æternitates: Naſcēti hoī omnifaria ſemīa: & omnigenæ uitæ germina indidit pater. Quæ quiſq; excoluerit illa adoleſcent: & fructus ſuos ferēt in illo. Si uegetalia plāta fiet. Si ſenſualia obru/teſcet. Si rōnalia cæleſte euadet aīal. ſi ītellectualia āgelus erit & dei filius: & ſi nulla creaturarū ſorte cōtētus in unitatis centrū ſuæ ſe recepit: unus cū deo ſpūs factus: i ſolitaria patris caligine qui eſt ſup oīa cōſtitutus: oībus āteſtabit. Quis hūc noſtrū chamæleonta nō admiretˀ aut oīo quis aliud qcq̄ admiretˀ magis. Quē nō īmerito Aſclepius atheniēſis uerſipellis huius & ipam trāſformātis naturæ argumēto ꝓptheū in myſteriis ſignificari dixit. hinc ille apđ hebreos & pythagoricos methamorphoſes celebratæ. nā & hebreoꝝ theologia ſecretior nūc Enoch ſanctū in angelū diuinitatis quē uocāt nūc in alia alios numīa reformāt: & pythagorici ſceleſtos hoīes ī bruta deformāt & ſi Empedocli creditˀ ēt īplantas. Quos imitatus Maumeth illud frequēs hēbat ī ore qui a diuīa lege receſſerit brutū euadere & merito qdē. Neq;.u. plātā cortex (ſed ſtupida & nihil ſētiēs nā neq; iumēta coriū ſed bruta aīa & ſēſualis nec cælū orbiclatū corpus: ſed recta rō nec ſe

Moſes
Timeus
Voluntas libera in hoīe
Lucilius
Nota
Aſclepius atheniensis.
Hebrei
Pythagorici
Empedocleſ
Maumeth

Nota

queſtratio corporis: ſed ſpiritalis intelligentia angelũ facit. Si quẽ.n.uideris deditũ ven/ tri humi ſerpentẽ hoĩem/frutex eſt nõ homo quẽ uides: ſi quẽ in fantaſie quaſi calipſus ua nis pſtigiis cecucientẽ & ſubſcalpenti delinitũ illecebra ſenſibus mãcipatũ: brutũ eſt non hõ quẽ uides. Si recta philoſophũ rõne oĩa diſcernentem: hunc uenereris: cæleſte eſt aĩal nõ terrenũ. Si purũ cõtemplatorẽ corporis neſciũ in penetralia mẽtis relegatũ: hic nõ ter renum non cæleſte aĩal: hic auguſtius eſt numẽ humana carne circũueſtitũ. Ecquis hoĩem non admiretur: qui nõ ĩmerito in ſacris litteris Moſaicis & chriſtianis/nũc oĩs carnis: nũc omnis creaturæ appellatiõe deſignatur: quãdo ſe ipm ipſe in oĩs carnis facie: in oĩs creatu ræ ingeniũ effingit fabricat & trãſformat. Idcirco ſcribit Euantes Perſa ubi caldaicã theo/ logiam enarrat non eſſe homini ſuam ullam & natiuam imaginem/extrarias mltas & ad uentitias hinc illud chaldeorum

Moſayce & chriſtiane litteræ. Euãtes pſa. Chaleei. Nota.

ideſt homo uariæ ac multiformis & deſultoriæ naturæ aĩal. Sed quorſum hæc: ut intelliga mus poſtq̃ hac nati ſumus cõditõe: ut id ſimus quod eſſe uolumus. Curare hoc potiſſimũ debere nos ut illud quidẽ in nos non dicatur: cũ in honore eſſemus nõ cognouiſſe ſimiles factos brutis & iumentis inſipiẽtibus. Sed illud potius Aſaph prophetæ: dii eſtis & filii ex celſi oẽs: ne abutentes indulgentiſſima patris liberalitate quã dedit ille liberã optionẽ: e ſalutari noxiam faciamus nobis. Inuadat animũ ſacra quedã ãbitio: ut mediocribus non cõtenti anhelemus ad ſumma: adq; illa (quãdo poſſumus ſi uolumus) cõſequenda totis ui ribus enitamur. Dedignemur terreſtria: Cæleſtia cõtẽnamus: & quicquid mũdi eſt deniq; poſthabentes: ultramũdanã curiã eminẽtiſſime diuinitati pximã aduolemus. Ibi ut ſacra tradũt myſteria: Seraphin Cherubin & Throni primas poſſidẽt/horũ nos iã cedere neſcii & ſecũdarum ĩpatientes & dignitatẽ & gloriã emulemur. Erimus illis cũ uoluerimus nihilo ĩferiores. Sed qua rõne: aut qd tandẽ agẽtes: uideamus quid illi agãt/quã uiuant uitã. Eã ſi & nos uixerimus (poſſumus.n.) illorũ ſortẽ iam equauerimus. Ardet Saraph charitatis igne Fulget Cherub ĩtelligẽtiæ ſplẽdore: Stat Thronus iudicii firmitate. Igit ſi actuoſæ ad dicti uitæ inferiorũ curã recto examine ſuſcepimus/thronorum ſtata ſoliditate firmabimur. Si ab actiõibus feriati ĩ opificio opificẽ/in opifice opificiũ meditãtes ĩ cõtẽplãdi ocio negocia bimur. luce cherubica undiq; coruſcabimus. Si charitate ipm opificem ſolum ardebimus illius igne qui edax eſt in ſaraphicã effigiem repẽte flãmabimur. ſup throno.i. iuſto iudice ſedet deus iudex ſeculorũ. Sup cherub.i. cõtemplatore uolat: atq; eũ quaſi incubando fo/ uet. Spiritus.n. domini fertur ſuper aquas: has inq̃ quæ ſup cælos ſunt: quæ apud Iob do/ minũ laudãt antelucanis hynnis: Qui ſaraph.i. amator eſt in deo eſt/& deus in eo: imo & deus & ipſe unũ ſunt. Magna thronorũ poteſtas quã iudicãdo/ ſumma ſaraphinorum ſublimitas quã amãdo aſſequimur. ſed quo nã pacto uel iudicare qſq̃ uel amare põt inco/ gnita. Amauit Moſes deũ quem uidit & adminiſtrauit iudex in populo: que uidit prius cõ tẽplator in monte. Ergo medius cherub ſua luce & ſaraphico igni nos pparat: & ad thro/ norum iudiciũ pariter illumĩat: hic eſt nodus primarum mentiũ: ordo palladicus/phiæ cõtem/ platiuæ preſes hic nobis & emulandus primo & ambiendus/atq; adeo cõprehendẽdus ẽ/ unde & ad amoris rapiamur faſtigia & ad munera actionũ bene inſtructi paratiq; deſcen/ damus. At uero opepciũ ſi ad exẽplar uitæ cherubicæ uita noſtra formãda ẽ quæ illa & q̃ lis ſit q̃ actiões/ quæ illorum opa preoculis & in nũerato habere. Quod cũ nobis p nos q caro ſumus: & quæ humi ſunt ſapimus: conſequi non liceat: adeamus ãtiquos patres: que

Aſaph propheta.

Seraphin Cherubin Throns

Seraph Cherub Thronus

Iob.

Moſes

de his rebus utpote ſibi domeſticis & cognatis/locupletiſſimam nobis & certam fidem facere poſſunt. Conſulamus Paulum apoſtolum uas electionis: quid ipſe cum ad tertium ſublimatus eſt cælum agentes cherubinorum exercitus uiderit. Reſpondebit utiq; Dionyſio interprete: purgari illos tum illumiari: poſtremo perfici: Ergo & nos cherubicā in terris uitam emulantes: per moralem ſcientiam affectuū impetus coherccntes: per dyaleticam rationis caliginem diſcutientes/quaſi ignorantiæ & uitiorū eluētes ſordes aīam purgemus: ne aut affectus temere debachentur: aut ratio imprudens quādoq; deliret. Tum bene compoſitam ac expiatam animam naturalis philoſophiæ lumine perſundamus: ut poſtremo diuinarū rerum eam cognitione perficiamus: & ne nobis noſtri ſufficiant conſulamus Iacob patriarcham: cuius imago in ſede gloriæ ſculpta coruſcat. Admonebit nos pater ſapientiſſimus in inferno dormiens: mundo in ſuperno uigilans. Sed admonebit per figuram (ita eis oīa contingebant) eſſe ſcalas ab imo ſolo ad cæli ſumma protenſas multorum graduum ſerie diſtinctas: faſtigio dominū inſidere. Contēplatores āgelos per eas uicibus alternantes aſcendere & deſcendere. Quod ſi hoc idem nobis angelicam affectātibus uitam ſactitandi eſt. queſo quis domini ſcalas uel ſordidato pede: uľ male mūdis manibus attinget. Impuro ut habent myſteria: purum attigere nephas. Sed qui hi pedes: quæ manus: profecto pes aīæ illa eſt portio deſpicatiſſima: qua ipſa materiæ tanq̄ terræ ſolo innititur: altrix inq̄ poteſtas & cibaria: fomes libidinis: & uoluptariæ mollitudis magiſtra. Manus aīæ cur iraſcentiā nō dixerimus: quæ appetentiæ ꝓpugnatrix ꝑ ea decertat: & ſub puluere ac ſole pedatrix rapit. Quæ illa ſubumbra dormitans helluetur has manus: hos pedes. i. totā ſenſualē ptē in qua ſedet corpis illecebra: quæ aīam obtorto (ut aiūt) detinet collo ne aſcalis tanq̄ ꝓphani pollutiq; reiciamur morali phīa quaſi uiuo flumine abluamus. At nec ſatis hoc erit ſi p Iacob ſcalā diſcurſantibus angelis comites eſſe uolumus/niſi & a gradu in gradū riteꝓmoueri: & aſcalarū tramite deorbitare nuſq̄ & reciprocos obire excurſus bene apti prius inſtructiq; fuerimus. Quod cū per artē ſermocinalē ſiue rōnariā erimus cōſequuti: iam cherubico ſpiritu aīati p ſcalarū. i. naturæ gradus philoſophantes a cētro ad cētrū oīa peruadētes: nūc unū quaſi oſyrim in multitudinē ui ntanica diſerpētes deſcendemus: nūc multitudinē quaſi oſyridis mēbra in unū ui phebea colligentes aſcendemus: donec in ſinu patris qui ſuper ſcalas eſt tandem quieſcentes: theologia fœlicitate conſumabimur. Precontemur & iuſtum Iob qui fedus iniit cum deo uitæ prius q̄ ipſe ederetur in uitam quid ſummus deus in decē illis centenis millibus qui aſſiſtunt ei potiſſimū deſideret: pacē utiq; reſpōdebit: iuxta id quod apud eū legitur: qui facit pacē in excelſis: & qm̄ ſupremi ordinis monita medius ordo inferioribus interpretatur. Interpretetur nobis Iob theologi uerba Empedocles phūs. Hic duplicē naturam in noſtris animis ſitam/quarum altera ſurſum tollimur ad celeſtia/ altera deorſum trudimur ad inferna/ litem & amicitiam/ſiue bellum & pacem ut ſua teſtātur carmina nobis ſignificat: in quibꝰ ſe lite & diſcordia actū furēti ſilemꝑfugū adiis/in altū iactari cōquerit. Multiplex ꝓfecto patres in nobis diſcordia grauia & inteſtina domi habemus & pluſq̄ ciuilia bella quæ ſi noluerimus ſi illam affectauerimus pacem/quæ in ſublime ita nos tollat ut inter excelſos domini ſtatuamur/ſola in nobis compeſcet prorſus & ſedabit philoſophia. Moralis primum ſi noſter homo ab hoſtibus indutias tantū queſierit/multiplicis bruti effrenes excurſiones & leonis iurgia/iras animoſq; contūdet. Tum ſi rectius conſulentes nobis ꝑpetue

Paulus apoſtolus

Dionyſius

Iacob

ſene. 28. cā.

Pes anime

Manus aīe

Iob

Empedocleſ

Multiplex in nobis diſcordia.

Philoſophia moralis

Dyalectica pacis ſecuritatē deſiderauerimus. Aderit illa & uota noſtra liberaliter implebit. Quippe
Philoſophia quæ ceſa utraq; beſtia quaſi icta porca īmolabile īter carnē & ſpm̄ fœdus ſanctiſſime pacis
naturalis. ſanciet. Sedabit dyalectica rōnis turbas inter orationū pugnātias & ſilogiſmo captiones
Heraclitus. āxie tumultuātis. Sedabit natural' phīa opīonis lites & diſidia: quæ īquietā hic inde aīam
Homerus. uexat diſtrahūt & lacerāt. Sed ita ſedabit: ut mēiniſſe nos iubeat eē naturā iuxta Heracly
Sanctiſſima tū ex bello genitā: ob id ab homero cōtētionē uocitatā. Idcirco in ea uerā qetē & ſolidā pa
theologia cē ſe nobis preſtare nō poſſe eē hoc dominæ ſuæ. i. ſanctiſſime Thologiæ munus & priuile
giū. Ad illā ipſa & uiā mōſtrabit & comes ducet: quæ procul nos uidens ꝓperātes. Venite
inclamabit ad me qui laboraſtis: uenite & ego reficiā uos. uenite ad me & dabo uobis pa/
cē quā mundus & natura uobis dare nō poſſunt. Tā blande uocati: tam benigniter inuita
ti/ alatis pedibus quaſi terreſtres Mercurii/ in beatiſſimæ āplexus matris euolantes/ opta/
ta pace pfruemur: pace ſanctiſſima/ īdiuidua copula/ unianimi/ amicitia/ qua oēs animi in
una mēte quæ eſt ſup omnē mētem: nō cōcordent adeo. Sed ineffabili quodāmodo unū
penitus euadāt. Hæc eſt illa amicitia quā totius philoſophiæ finē eē Pythagorici dicunt.
Amicitia hæc illa Pax quā facit deus in excelſis ſuis: quā angeli in terrā deſcendētes annūciarūt ho
Pythagorici minibus bonæ uolūtatis/ ut p eā ipſi hoīes aſcendētes in cælū angeli fierēt: hanc pacē ami
Pax optāda. cis: hāc noſtro optemus ſeculo/ optemus unicuiq; domui quā ingredimur: optemus aīmæ
noſtræ: ut p eā ipſa dei domus fiat: ut poſtq̄ p moralē & dyalecticā ſuas ſordes excuſſerit:
multiplici philoſophia quaſi aulico apparatu ſe oxornarit: portarū faſtigia Theologici
certis coronarit: deſcēdat rex gloriæ & cū patre ueniens manſiouē faciat apud eā. Quo
tāto hoſpite ſi ſe dignā pſtiterit quæ eſt illius ī mēſa elemētia: deaurato ueſtitu quaſi toga
Precioſa ī cō nuptiali multiplici ſciētiaꝝ circūdata uarietate ſpecioſum hoſpitē: nō ut hoſpitē iam/ Sed
ſpectu dei ut ſpōſum excipiet/ a quo ne unq̄ diſſoluatꝰ diſſolui cupiet a populo ſuo & domū patris ſui
mors ſctōꝝ. immo ſeipſam oblita: in ſe ipſa cupiet mori ut uiuat in ſponſo: in cuius conſpectu precio/
Moſes ſa profecto mors ſanctorum eius: mors inq̄ illa ſi dici mors debet plēitudo uitæ cuius me/
ditationem eſſe ſtudium philoſophiæ dixerunt ſapientes. Citemus & Moſen ipſum: a ſa/
croſancte & ineffabilis intelligentiæ fontana plenitudine: unde angeli ſuo nectare inebri
antur paulo dei minutum. Audiemus uenerandū iudicem nobis in deſerta huius corpo/
Sacerdotes ris ſolitudine habitantibus leges ſic edicētem. Qui polluti adhuc morali indigent cum
theſſali plebe habitent extra tabernaculum ſub diuo quaſi theſſali ſacerdotes interim ſe expian/
tes. Qui mores iam compoſuerunt: in ſanctuarium recepti nondum quidem ſacra actra/
ctent. Sed prius dyaletico famulatu ſeduli leuitæ Philoſophiæ ſacris miniſtrent. Tum ad
ea & ipſi admiſſi: nunc ſuperioris dei regiæ multicolorem. i. ſydereum aulicum ornatum:
nunc cæleſte candelabrum ſeptem luminibus diſtinctum: nunc pellicea elementa/ in phi
loſophiæ ſacerdotio contemplentur: ut poſtremo per Theologicæ ſublimitatis merita in
templi adita recepti/ nullo imaginis intercedēte uelo/ diuinitatis gloria perfruantꝰ. Hæc
nobis profecto Moſes & imperat & imperando admonet: excitat inhortatur: ut per philo/
ſophiam ad futuram cæleſtem gloriam dum poſſumus iter paremus nobis. Verum enim/
uero: nec Moſayca tantum aut Chriſtiana myſteria: ſed priſcorum quoque Theologia ha
rum de quibus diſputaturus acceſſi liberalium artium & emolumenta nobis & dignita/
Grecorū ar/ tem oſtendit. Quid enim aliud ſibi uolunt in græcorum archanis obſeruati initiato/
chana rum gradus. Quibus primo per illas quas diximus quaſi ſebruales artes moralem &

& dialecticam purificatis. Contingebat myſteriorum ſuſceptio: Quæ quid aliud eſſe po/
teſt q̄ ſecretioris per philoſophiam naturæ iterpretatio. Tum demū ita diſpoſitis illa ad
ueniebat εποπτεια. ideſt rerum diuinaꝝ per Theologiæ lumē inſpectio. Quis talibus ſa
cris initiari nō apparet. Quis humana oīa poſthabēs/fortunæ cōtēnens bona/ corporis
negligens/deoꝝ cōuiua adhuc degens interris fieri nō cupiat: & æternitatis nectare ma/
didus mortale aīal īmortalitatis munere donari. quis nō ſocraticis illis furoribus a Pla/
tone in ſedero decātatis/ſic afflari nō uelit/ut allaꝝ pedumq; remigio hinc. i: ex mūdo q
eſt poſitus in maligno ꝓpere aufugiens ad cæleſtē. Hieruſalē cōcitatiſſimo curſu feratur.
Agamur patres agamur ſocraticis furoribus/qui extra mētem ita nos ponāt: ut mentē no
ſtram & nos ponāt in deo: agemur ab illis uniq; ſi quid eſt in nobis: ipſi prius egerimus.
nā ſi & p moralē affectuum uires ita p debitas cōpetentias ad modulos fuerint intētæ: ut
īmota inuicē cōſonent cōcinentia: & p dyalecticā rō ad numerū ſe progrediendo moue/
rit/muſaꝝ pciti furore celeſtē armoniā intimis auribus cōbibemus. Tu muſaꝝ dux Bac/
chus in ſuis myſteriis. i. uiſibilibus naturæ ſignis inuiſibilia dei philoſophantibus nobis
oſtendens inebriabit nos ab ubertate domus dei: in qua tota ſi uti Moſes erimus fideles/
Accedens ſacratiſſima Theologia duplici furore nos animabit. Nā in illius eminentiſſi/
mā ſublimati ſpeculā inde & quæ ſunt quæ erunt quæq; fuerit īſectili metiētes euo/ & pri
meuam pulchritudinē ſuſpiciētes illoꝝ phebei uates huius alati erimus amatores & ineſ
fabili demū charitate quaſi æſtro pciti quaſi Saraphini ardentes extra nos poſiti/ numi/
ne pleni iam nō ipſi nos: ſed illæ erimus ipſe qui fecit nos. Sacra Apollinis noīa ſi quis
eoꝝ ſignificantias & latitantia pſcrutetur miſteria ſatis oſtendunt eſſe deū illum nō mi/
nus phūm q̄ uatem. Quod cū Ammonius ſatis ſit exequutus nō eſt cur ego nūc aliter p
tractem: ſed ſubeant aīum patres tria delphica precepta oppido his neceſſaria: qui non
ficti ſed ueri apollinis qui illuminat oēm aīam uenientem in hunc mundū ſacroſanctum
& auguſtiſſimū templū ingreſſuri ſunt: uidebitis nihil aliud illa nos admonere: q̄ ut tri/
partitam hanc de qua eſt preſens diſputatio phām totis uiribus amplectamur. Illud enim
μηδεν αγαν. i. nequid nimis uirtutū oīum normā & regulam p mediocritatis rōnē de qua
moralis agit recte preſcribit. tum illud γνωθι σεαυτον. i. cognoſce te ipſum ad totius natu/
ræ nos cognitionē/cuius & interſtitium & quaſi Cynus natura eſt hoīs excitit & inhortat
qui enī ſe cognoſcit in ſe oīa cognoſcit/ut Zoroaſter prius deinde Plato in alcibiade ſcri/
pſerunt. Poſtremo hac cognitione p naturalē philoſophiā illuminati iam deo proximi ει
ideſt es dicentes theologica ſalutatione: uerum Apollinē familiariter ꝓindeq; fœliciter
appellabimus. Conſulamus & Pythagorā ſapientiſſimū ob id precipuæ ſapientem qđ ſa
pientis ſe dignū noīe nunq̄ exiſtimauit. Precipiet primo ne ſup modiū ſedeamus. i. rōna
lem ptem qua aīa oīa metitur iudicat & examinat ocioſa deſidia ne remitētes amittamus
Sed dyaletica exercitatione ac regula & dirigamus aſſidue & excitemus. Tum cauenda/
imprimis duo nobis ſignificabit/ne aut aduerſus ſolem emingamus: aut inter ſacrifican/
dum ungues reſecemus. Sed poſtq̄ per moralē & ſuperfluentiū uoluptatū fluxas eminxe
rimus appetentias/& unguium pſegmina quaſi acutas iræ prominētias & animoꝝ acu/
leos reſecuerimus/tum demum ſacris. i. de quibus mentionē fecimus bacchi myſteriis in
tereſſe: & cuius pater ac dux merito ſol dicit noſtræ cōtemplationi uacare icipiamus. Po/
ſtremo ut gallum nutriamus nos admonebit. i. ut diuinam aīæ noſtræ parte diuinarū re/

Socratici fu/
rores

Bacchus

Moſes

Phoebei ua/
tes.

Ammonius

Tria delphi
ca precepta.

Zoroaſter
Plato

Pythagoras
ſapiens

Declaratio
p̄ceptorum
pythagoræ

rum cognitione quaſi ſolido cibo:& cæleſti Ambroſia paſcamus: hic eſt gallus cuius aſpe
ctum leo .i. omnis terrena poteſtas formidat & reueretur: hic ille gallus cui datam eſſe in
Gallus. telligentiam apud Iob legimus. Hoc gallo canente ab errās homo reſipiſcit. hic gallus
Iob. in matutino crepuſculo matutinis aſtris deū laudantibus quotidie cōmodulat᷑. hunc gal
Socrates lum moriens Socrates cū diuinitatem animi ſui diuinitati maioris mundi copulaturum
ſe ſperaret/Eſculapio .i. animaꝝ medico iam extra omne morbi diſcrimē poſitus debere
Chaldei ſe dixit. Recenſeamus & chaldeoꝝ monumēta uidebimus (ſi illis credit᷑) ꝑ eaſdem artes
patere uiā mortalibus ad felicitatē. Scribunt interpretes Chaldei uerbū fuiſſe Zoroaſtris
Interpretes alatā eſſe aīam cunqꝫ ale exciderent ferri illā ꝓceps in corpus: tum illis ſubcreſcētibus ad
chaldei: ſupos reuolare/ꝑcunctantibus eū diſcipulis quo pacto alis bene plumantibus uolucres
zoroaſter aīos ſortirent᷑: irrigetis dixit alas aquis uitæ. Iterū ſciſcitantibus unde has aquas peterēt/
ſic ꝑ parabolā (qui erat hominis mos) illis reſpondit. quatuor amnibus paradiſus dei ab
luitur & irrigatur. Indidem uobis ſalutares aquas hauriatis: nomen ei qui ab aquilone
quod rectū denotat/ei qui ab occaſu quod expiationem
ſignificat/ei qui ab ortu quod lumen ſonat. Ei qui a meridie
quod nos pietatē interpretari poſſumus. Aduertite aīum & diligenter conſiderate patres
quid hæc ſibi uelint zoroaſtris dogmata ꝓfecto nihil aliud niſi ut morali ſciētia quaſi un
dis hibericis oculoꝝ ſordes expiemus dialectica quaſi boreali amuſſi illoꝝ aciē lineemus
ad rectū. Tum in naturali cōtemplatione debile adhuc ueritatis lumē quaſi naſcentis ſo
lis incunabula pati aſſueſcamus: ut tandem ꝑ Theologicā pietatē: & ſacratiſſimū dei cul
Dauid tum quaſi celeſtes aquilæ meridiantis ſolis fulgidiſſimū iubar fortiter ꝑferamus: hæ illæ
Auguſtinus. forſan & a Dauide decantatæ primū: & ab Auguſtino explicate latius matutinæ/meridia
Antiquus pa næ & ueſpertine cognitiones: Hæc eſt illa lux meridialis quæ ſaraphinos ad lineā inflā/
ter abraam. mat: & cherubinos pariter illuminat: hæc illa regio quā uerſus ſemp antiquus pater Ab/
Cabaliſte raam ꝓficiſcebat᷑: hic ille locus ubi imundis ſpiritibus locū nō eſſe: & cabaliſtaꝝ & Mau
Mauri roꝝ dogmata tradiderunt. Et ſi ſecretioꝝ aliquid miſterioꝝ fas eſt uel ſub enigmate i pu/
Hieremias blicum ꝓferre: poſtqꝫ & repens e cælo caſus noſtri hoīs caput uertigine dānauit: & iuxta
Raphael Hieremiā ingreſſa ꝑ feneſtras mors: iecur/pectuſqꝫ male affecit. Raphaelē cœleſtē medi
Gabriel cum aduocemus/qui nos morali & dialectica uti pharmacis ſalutaribus liberet. Tum ad
ualitudinē bonā reſtitutos/iam dei robur Gabriel inhabitabit. Qui nos per naturæ du/
Michael cens miracula/ubiqꝫ dei uirtutē poteſtatēqꝫ indicans. Tandē ſacerdoti ſummo Michaeli
nos tradet. Qui ſubſtipendiis philoſophiæ emeritos: Theologiæ ſacerdotio quaſi coro
na precioſi lapidis inſignet. Hæc ſunt patres colendiſſimi quæ me ad philoſophiæ ſtudi
um nō animarūt modo ſed cōpulerunt Quæ dicturus certe nō erā niſi his reſponderem
qui philoſophiæ ſtudium in principibus preſertim uiris aut his oīno qui mediocri fortūa
uiuunt damnare ſolent. Eſt. n. iam hoc totum phāri (Quæ eſt noſtræ etatis infœlicitas)
in cōtemptū potius & cōtumeliā/qꝫ in honorē & gloriā. Ita inuaſit fere oīum mentes exi
tialis hæc & monſtroſa ꝑſuaſio/aut nihil aut paucis philoſophandū. Quaſi reꝝ cauſas
naturæ uias uniuerſi rōnem dei conſilia/cæloꝝ terreqꝫ myſteria/ pre oculis pre manibus
exploratiſſima hēre. Nihil ſit ꝓrſus niſi uel gratiā inde aucupari aliquā/uel lucrū ſibi qs
cōparere poſſit qn eo deuentū ē ut iā (prohdolor) nō exiſtiment᷑ ſapientes/niſi q mercena
riū faciūt ſtudiū ſapiētiæ/ut ſit uidere pudicā palladē deoꝝ munere inter hoies diuerſan/

tem eiici/explodi/exſibilari.Nõ habere qui amet/qui ſaueat/niſi ipſa quaſi proſtãs & ꝑ/
floratæ uirginitatis accepta mercedula/male paratũ æs in amatoris arculã referat. quæ
oĩa ego nõ ſine ſũmo dolore & indignatiõe in huius tpis nõ principes/ſed phõs dico/qui Nota
ideo nõ eẽ philoſophandũ & credũt & predicãt:q philoſophis nulla merces nulla ſint
premia cõſtituta/quaſi nõ oſtendãt ipſi hoc uno nõie ſe nõ eẽ phõs.Q̃d cũ tota eoꝝ ui/ Nota.
ta ſit uel in quæſtu/uel in ambitione poſita/ipſam p ſe ueritatis cognitionẽ nõ amplectũt
Dabo hoc mihi & me ipm hac ex pte laudare nihil erubeſcã:me nunq̃ alia de cã phãtum
niſi ut phãrer/nec ex ſtudiis meis/ex meis lucubrationibus mercedẽ ullã aut fructũ uel /
ſperaſſe aliũ uel queſiſſe/q̃ animi cultũ/& a me ſemp plurimũ deſideratæ ueritatis cogni/
tionẽ.Cuius ita cupidus ſemp & amãtiſſimus fui : ut relicta oĩ priuataꝝ & publicaꝝ reꝝ
cura:Cõtẽplandi ocio totũ me tradiderim a quo nullæ inuidoꝝ obtractatiões/nulla ho/
ſtiũ ſapiæ maledicta/uel potuerũt ante hac/uel ipoſteꝝ me deterrere poterũt.Docuit me Quid ipm
ipa philoſophia a ꝓpria potius cõſciẽtia q̃ ab externis pẽdere iuditiis.Cogitare que ſemp docuerit phi
nõ tã ne male audiã/q̃ ne qd male uel dicã ipſe uel agã.Equidẽ nõ erã neſcius patres co/ loſophia
lendiſſimi futurã hãc ipam meã diſputationẽ/q̃ uobis oĩbus q bonis artibus ſauetis & au
guſtiſſima ueſtra preſentia illã honeſtare uoluiſtis/gratã atq; iocundã/tã multis aliis gra
uẽ atq; moleſtã.& ſcio nõ deeſſe q inceptũ meũ & dãnarint ante hac/& in preſentia mul Nota.
tis nõibus dãnẽt.Ita cõſueuerũt nõ pauciores ne dicã plures habere oblatratores quæ be/
ne ſancteq; agunt ad uirtutẽ:q̃ quæ inique & pperã ad uitiũ.Sunt aũt qui totũ hoc diſpu
tandi genus/& hanc de litteris publice diſceptandi inſtitutionẽ nõ approbent: ad pom/
pam.potius ingenii & doctrinæ oſtentationẽ q̃ ad cõparandã eruditionẽ eſſe illã aſſeue/ Aetas aucto
rantes.Sunt qui hoc quidẽ exercitationis genus nõ improbẽt:ſed in me nullo mõ ꝓbent: ris.
qd ego hac ætate/quartũ.ſ.& uigeſſimũ mõ natus annũ de ſublimibus xpianæ theologiæ
myſteriis:de altiſſimis philoſophiæ locis/de incognitis diſciplinis in celebratiſſima urbe
in ampliſſimo doctiſſimoꝝ hominũ conſeſſu/in apoſtolico ſenatu diſputationẽ ꝓponere
ſim auſus.Alii hoc mihi dantes qd diſputẽ/id dare nolunt qd de nõgentis diſputem qõ/
nibus/Tam ſupfluo & ambitioſe q̃ ſupra uires id factũ calũniantes:hoꝝ ego obiectamẽ/
tis & manus illico dediſſem ſi ita quã ꝓfiteor philoſophia me edocuiſſet: & nunc illa ita
me docente nõ reſponderem/ſi rixandi iurgãdiq; ꝓpoſito cõſtitutã hãc inter nos diſcepta
tionẽ crederẽ.Quare obtractãdi omne laceſſendiq; ꝓpoſitũ/& quẽ ſcribit Plato a diui/ Plato
no ſemp abeſſe choro a noſtris quoq; mentibus faceſſet liuor.& an diſputendũ a me/an
de tot etiã qõnibus amice incognoſcamus.Primũ quidẽ ad eos qui hũc publice diſputã/
di morẽ calũniãt/multa nõ ſũ dicturus:qñ hæc culpa ſi culpa cenſet/nõ ſolũ uobis oĩbus
doctores excellẽtiſſimi qui ſepius hoc munere nõ ſine ſũma & laude & gloria functi eſtis
Sed Platoni/ſed Ariſtoteli ſed ꝓbatiſſimis omniũ etatũ philoſophis mecũ eſt cõmunis.
Quibus erat certiſſimũ nihil ad cõſequẽdã quã querebãt ueritatis cognitionẽ ſibi eſſe po
tius q̃ ut eſſent in diſputandi exercitatione frequẽtiſſimi.Sicut eni p gymnaſticã corporis
uires firmiores fiunt:ita dubio ꝓcul in hac quaſi litteraria paleſtra aĩ uires & fortiores lõ
ge & uegetiores euadunt.Nec crediderim ego/aut Poetas aliud per decantata Palladis
arma/aut hebreos cũ          ferrũ ſapientũ ſymbolũ eẽ dicunt:ſignificaſſe nobis Poete
q̃ honeſtiſſima hoc genus certamina/adipiſcendæ ſapientiæ oppido q̃ neceſſaria. Quo Hebrei
forte fit ut & Chaldei in eius geneſi qui phũs ſit futurus illud deſiderent/ut Mars & Mer/ Chaldei.

curium Triquetro aſpectu cõſpiciat/quaſi ſi hos cõgreſſus/hæc bella ſubſtuleris/ſomnicu loſa & dormitãs futura ſit oĩs philoſophia. At uero cũ his q me huic ꝓuintiæ ĩparẽ dicũt: difficilior eſt mihi rõ defenſionis. Nã ſi parẽ me dixero/ forſitã in modeſti & de ſe nimia ſentiẽtis ſi ĩparẽ fatebor/temerari & incõſulti notã uideor ſubiturus. Videte quas ĩcidi an guſtias: quo loco ſim cõſtitutus/dũ nõ poſſum ſine culpa de me ꝓmittere: qđ nõ poſſum mox ſine culpa nõ præſtare. Forte & illud. Iob afferre poſſem/ ſpiritũ eẽ ſpiritũ eẽ ĩ oĩbus & cũ Thimotheo audire nemo cõtẽnat adoleſcentiã tuã: ſed ex mea uerius hoc cõſciẽtia dixero/nihil eẽ in nobis magnũ uel ſingulare. Studioſũ me forte & cupidũ bonoꝝ artiũ nõ inficiatus: docti tñ nomẽ mihi nec ſũmo nec arrogo. Quare & qđ tã grande hũcris onus ĩpoſuerĩ nõ fuit ppea ꝙ mihi cõſcius noſtræ ĩfirmitatis nõ eẽm: Sed qđ ſciebã hoc ge nus pugnis .i. litteraris eẽ peculiare qđ in eis lucrũ ẽ uinci. Quo fit ut ĩbecilliſſimus qſqꝫ nõ detractare mõ: ſed appetere ultro eas iure poſſit & debeat: qñquidẽ ſui ſuccũbit bñficiũ a uictore accipit/nõ iniuriã quippe qui p eũ & locupletior domũ .i. doctior & ad futuras pugnas redit inſtructior Hac ſpe aĩatus ego infirmus miles cũ fortiſſimis oĩum ſtrenuiſ/ ſimiſqꝫ tam grauẽ pugnã decernere nihil ſum ueritus. Qđ tñ temere ſit factũ nec ne recti us utiqꝫ de euẽtu pugnæ ꝙ de noſtra ætate põt qs iudicare: reſtat ut tertio loco his rñdeã qui numeroſa ꝓpoſitaꝝ reꝝ multitudine offendunt̃: qſi hoc eoꝝ humeris ſederet onus: & nõ potius hic mihi ſoli q̃tuſcunqꝫ eſt labor eẽt exãclandus. Indecẽs ꝑfecto hoc & mo/ roſum nimis/uelle alienæ induſtriæ modũ ponere. Et ut inquit Cicero in ea re: q̃ eo me/ lior quo maior mediocritatẽ deſiderare. Omnino tã grandibus auſis erat neceſſe/me uel ſuccũbere uel ſati facere. Si ſatiſfacerẽ nõ uideo cur qđ in decẽ p̃ſtare qõnibus eſt lauda/ bile/in nõgentis ẽt preſtitiſſe culpabile exiſtimet̃. Si ſuccũberẽ habebũt ĩpi/ſi me oderũt unde accuſarẽt: Si amãt unde excuſent. Qm̃ in in re tã graui/tã magna/tenui ingenio/ exiguaqꝫ doctrina/adoleſcẽtẽ hoĩem defeciſſe uenia potius dignũ erit q̃ accuſatiõe. Quĩ & iuxta poetã ſi deficiũt uires/audatia certe laus erit in magnis & uoluiſſe ſat ẽ. Quod ſi noſtra ætate multi Gorgiã leontinũ imitati: nõmodo de nõgẽtis: ſed de oĩbus ẽt oĩum artiũ qõnibus ſoliti ſunt nõ ſine laude ꝓponere diſputationẽ cur mihi nõ liceat uel ſine culpa de multis quidẽ: ſed tñ certis & determinatis diſputare. At ſupſluũ inquiunt hoc & ambitioſum. Ego uero nõ ſupfluo mõ ſed neceſſario factũ hoc a me cõtendo: qđ & ſi ĩpi mecũ philoſophandi rationẽ cõſiderarẽt inuiti ẽt fateant̃ plane neceſſe eſt. Qui .n. ſe cui piã ex philoſophoꝝ familis addixerũt. Thome uidelicet aut Scoto qui nũc plurimum in manibus fauentes/poſſunt illi quidem uel in paucarum queſtionum diſcuſſione ſuæ do/ ctrinæ periculum facere. At ego ita me inſtitui/ut in nullius uerba iuratus/me per omnes philoſphiæ magiſtros funderim omnes ſcedas excuterem omnes familias agnoſcerem. Quare cũ mihi de illis oĩbus eẽt dicẽdũ: ne niſi priuati dogmatis defenſor reliqua poſt habuiſſem illi uiderer obſtrictus. Nõ potuerũt ẽt ſi pauca de ſingulis ꝓponerent̃/non eẽ plurima quæ ſimul de oĩbus afferebant̃. Nec id in me quiſq̃ dãnet qđ me quocũqꝫ ferat tempeſtas deferar hoſpes. Fuit enĩ cũ ab antiquis oĩbus hoc obſeruatũ: ut omne ſcripto rũ genus euoluentes/nullas quas poſſent cõmẽtationes illectas p̃terirent. Tum maxime ab Ariſtotele qui eam ob cãm αναγνωστησ .i. lector a Platone nũcupabant̃: & ꝑfecto an/ guſtæ eſt mẽtis intra unã ſe porticũ aut achademiã cõtinuiſſe. Nec põt ex oĩbus ſibi recte ꝓpriã ſelegiſſe/qui oẽs prius familiariter nõ agnouerit. Adde ꝙ in una quaqꝫ familia eſt

Iob

Thimoteus

Cicero

Gorgias le/ ontinus

Antiquoꝝ obſeruatio Ariſtoteles Plato

 

aliquid inſigne qđ nõ ſit ei cõmune cũ cæteris. Atq; ut a noſtris ad quos poſtremo philo Ioannes ſco
ſophia peruenit nunc exordiar. Eſt in Ioãne Scoto uegetũ quiddã atq; diſcuſſum. In Tho tus.
ma ſolidum & equabile. In egidio Terſum & exactũ. In franciſco acre & acutum. In al/ Thomas
berto priſcũ/amplũ/& grande. In Henrico ut mihi uiſuũ eſt ſemp̄ ſublime & uenerandũ Egidius
Eſt apud arabes in auerroe firmũ & in cõcuſum. In auẽpace. In Alpharabio graue & me/ Franciſcus
ditatũ. In Auicenna diuinũ atq; Platonicum. Eſt apud grecos in uniuerſum quidẽ nitida Albertus
imprimis & caſta philoſophia. Apud Simplicium locuplex & copioſa. Apud Themiſtiũ Henricus
elegans/& cõpendiaria. Apud Alexandrũ conſtans & docta. Apud Theophraſtrum gra Auerrois
uiter eleborata. Apud Ammoniũ enodis & gratioſa. Et ſi ad Platonicos te cõuerteris/ut Auempace
paucos ꝑcenſeam. In porphirio reꝝ copia & multiiuga religione delectaberis. In Iambli Alphara
co ſecretiorẽ philoſophiã & barbaroꝝ myſteria ueneraberis. In Plotino priuũ quicq̃ nõ bius
eſt quod admireris: qui ſe undiq; prebet admirandũ. quẽ de diuinis diuine: de humanis Auicenna
longe ſupra hominẽ docta ſermonis obliquitate loquentẽ ſudantes Platonici uix intel/ Simplicius
ligunt. Pretereo magis nouitios Proculũ aſiatica fertilitate luxuriantẽ: & qui ab eo fluxe/ Themiſtius
runt Hermiam: Damaſcum: Olimpiodoꝝ & complures alios: in quibus omnibus illud Alexander
τοθειον. i. diuinũ peculiare Platonicoꝝ ſymbolũ elucet ſemp̄. Accedit quod ſi qua eſt ſe/ theolphra/
cta quæ ueriora inceſſat dogmata & bonas cauſas ingenii calumnia ludificet᷑: ea ueritatẽ ſtus
firmat nõ iſirmat: & uelut motu quaſſatã flammã excitat nõ extinguit. Hac ego rõne mo Ammonius
tus nõ unius modo (ut quibuſdã placebat) Sed omnigenæ doctrinæ placita in mediũ af/ Porphirius
ferre uolui: ut hac cõplurium ſectaꝝ collatione: ac multifariæ diſcuſſionæ philoſophiæ: Iamblicus
illæ ueritatis ſulgor cuius Plato meminit in epiſtolis: animis noſtris quaſi ſol oriens ex Plotinus
alto clarius illuceſceret. Quid erat ſi latinoꝝ tantũ: Alberti. ſ. Thomæ Scoti: egidii: Frã Proclus
ciſci: Henriciq; philoſophia: omiſſis grecoꝝ arabũq; philoſophis tractabat᷑. Quãdo oĩs Hermias
ſapientia a barbaris ad græcos/a græcis ad nos manauit. Ita noſtrates ſemp̄ in philoſo/ Damaſcus
phandi rõne ꝑegrinis inuentis ſtare/& aliena excoluiſſe ſibi duxerũt ſatis. Quid erat cũ Olimpiodo
pipatheticis egiſſe de naturalibus/niſi & Platonicoꝝ accerſebat᷑ achademia/quoꝝ doctri rus
na & de diuinis ſemper inter oẽs Philoſophias/ Teſte Auguſtino habita eſt ſanctiſſima Plato
& a me nũc primũ/quod ſciã (Verbo abſit inuidia) poſt multa ſecula ſub diſputandi exa/
men eſt in publicũ allata. Quid erat & alioꝝ quot quot erãt tractaſſe opiniones ſi quaſi Peripatetici
ad ſapientũ ſympoſiũ a Symboli accidentes/nihil nos qđ eſſet noſtrũ/noſtro ꝑtũ & ela/ Platonici
boratũ ingenio/afferebamus. Profecto in generoſum eſt (ut ait Seneca) ſapere ſolũ ex cõ/ Augnſtinus.
mẽtario: & quaſi maioꝝ inuenta noſtræ induſtriæ uiã precluſerint: quaſi in nobis effæta Seneca
ſit uis naturæ: nihil ex ſe parere/qđ ueritatẽ ſi nõ demonſtret/ſaltẽ innuat uel de longin
quo. Quod ſi in agro colonus/in uxore maritus odit ſterilitatẽ: certe tanto magis in fe/
cundam aĩam oderit illi cõplicita & aſſociata diuina mens: quãto inde nobilior longe ꝑ Mercurius
les deſideratur. Propterea nõ cõtentus ego preter communes doctrinas: multa de Mercurii triſmegiſtus
triſmegiſti priſca Theologia/multa de caldeoꝝ de pythagoræ diſciplinis multa de ſecre Ariſtotelis
tioribus hebreoꝝ addiſſe myſteriis: plurima quoq; per nos inuenta & meditata/de natu/ Platoniſq;
ralibus & diuinis rebus diſputanda ꝓpoſuimus. Propoſuimus primo Platonis Ariſtote cõcordia
liſq; concordiã a multis ante hac creditã/a nemine ſatis ꝓbatam. Boetius apud latinos Boetius
id ſe facturum pollicitus nõ inuenitur feciſſe unq̃. quod ſemp̄ facere uoluit. Simplicius Simplicius

apud græcos idem ꝓfeſſus/utinam id tam præſtaret q̄ pollicet̄.Scribit & Auguſtinus in
Auguſtinus
Achademicis nõ defuiſſe plures q̄ ſubtiliſſimis ſuis diſputatiõibus idem ꝓbare conati ſint
Ioannes grã maticus
Platonis .ſ.& ariſto. eandẽ eẽ philoſophiã.Ioannes itẽ grãmaticus cũ dicat apud eos tm̃
diſſidere Platonẽ ab Ariſtotele qui Platonis dicta nõ intelligunt/ꝓbandũ tamẽ poſteris
hoc reliquit.Addidimus aũt & plures locos:in quibus Scoti & Thomæ plures In quibus
Auerrois & Auicennæ ſententias quæ diſcordes exiſtimant̄ cõcordes eſſe nos aſſeuera/
mus.Secundo loco quæ in philoſophia cum Ariſtotelica tum Platonica excogitauimus
Duo & ſep/tuaginta dogmata phiſica & methaphiſica
nos/tũ duo & ſeptuaginta noua dogmata phyſica & methaphiſica collocauimus:quæ ſi
quis teneat poterit niſi fallor qđ mihi erit mox manifeſtum/quãcunq; de rebus natura/
libus diuiniſq; ꝓpoſitã queſtionẽ lõge alia diſſoluere rõnem q̄ per eam edoceamur:quæ
& legitur ĩ ſcolis & ab huius eui doctoribus colitur philoſophiã.Nec tam admirari quis
debet patres me imprimis annis/in tenera etate ꝑ quã uix licuit(ut iactant quidam)alio/
rum legere cõmentationes nouã afferre uelle philoſophiam/q̄ uel laudare illã ſi defen/
ditur/uel damnare ſi reprobat̄:& deniq; cum noſtra inuenta hæc/noſtraſq; ſint litteras
Noua ꝑ nu/meros philo ſophãdi in/ſtitutio
iudicaturi/nõ auctoris annos:ſed illoꝝ merita potius uel demerita numerare.Eſt autem
& preter illam:alia quã nos attulimus noua per numeros philoſophandi inſtitutio anti
qua illa quidem & a Priſcis theologis a/Pythagora preſertĩ ab Aglaopheno:A philolao
a Platone prioribuſq; Platonicis obſeruata.Sed que hac tempeſtate ut preclara alia po/
Plato
ſterioꝝ incuria ſic exoleuit:ut uix ueſtigia ipſius ulla reperiantur.Scribit Plato in epimo/
nide inter omnes liberales artes & ſcientias cõtemplatrices precipuam maximeq; diuinã
Ariſtoteles
eſſe ſcientiam numerandi.Querens itẽ cur homo animal ſapientiſſimũ.Reſpondet q̄a
Abumaſar
numerare nouit.Cuius ſententiæ & Ariſtoteles meminit in ꝓblematis.Scribit Abumaſar
Auenzoar
uerbum fuiſſe Auenzoar Babilonii/eum omnia noſſe qui nouerat numerare:Quæ uera
eſſe nullo modo poſſunt ſi ꝑ numerandi artẽ/eam artem intellexerũt cuius nunc merca/
tores imprimis ſunt ꝑitiſſimi.qđ & Plato teſtat̄ exerta nos admonens uoce/ne diuinam
Magica the/oremata
hanc arithmeticã/mercatoriã eſſe arithmeticam intelligamus.Illam ergo arithmeticam
quæ ita extollit̄.Cum mihi uidear poſt multas lucubrationes exploratã habere huiuſce
Duplex ma/gia
rei ꝑiculum facturus/ad quatuor &.lxx.queſtiones que inter phyſicas & diuinas princi/
pales exiſtimant̄:reſponſuꝝ ꝑ numeros publice meſum pollicitus.Propoſuimus & ma/
gica theoremata:in quibus duplicem eſſe magiam ſignificauimus:quaꝝ altera demonũ
tota opere & auctoritate conſtat res medius fidius execranda/& portentoſa:Altera nihil
eſt aliud cum bene exploratur q̄ naturalis philoſophie abſoluta cõſumatio.Vtriuſq; cum
meminerint greci illam magie nullo modo nomine dignantes γοητειαν nũcupant.Hãc
propria peculiariq; appellatione μαγειαν quaſi perfectam/ſummamq; ſapientiam uocãt:
Porphirius
Idem enim ut ait Porphyrius perſarum lingua magus ſonat quod apud nos diuinorum
Magus quid ſignificet lin gua pſarum
interpres & cultor:Magna aũt/immo maxima patres inter has artes diſparilitas & diſſi/
militudo.Illam non modo chriſtiana religio:ſed omnes leges/omnis bene inſtituta res
pu.damnat & execratur:hanc omnes ſapientes/omnes cæleſtiũ & diuinarum rerum ſtu/
dioſe nationes approbant & amplectuntur:Illa artium fraudulentiſſima:hæc altior ſan
ctiorq; philoſophia:illa irrita & uana:hæc firma/fidelis:& ſolida.Illam quiſquis coluit
ſemper diſſimulauit:quot in auctoris eſſet ignominiam & contumeliam.ex hac ſumma

litterarum claritas gloriaq; antiquitus/& pene ſemper petita. Illius nemo uniq̄ ſtudioſus fuit uir philoſophus & cupidus diſcendi bonas artes: Ad hanc Pythagoras Empedocles Democritus/Plato diſcendam nauigare: Hanc prædicarunt reuerſi/& in Archanis præcipuam habuerunt. Illa ut nullis rationibus/ita nec certis probatur auctoribus: Hæc clariſſimis quaſi parentibus honeſtata/duos præcipue habet auctores Xamolſidem quem imitatus eſt Abbaris hyperboreus/& Zoroaſtrē nō quem ſorte creditis: ſed illum oromaſi filium. Vtriuſq;/magia quid ſit platonem ſi percontemur reſpondebit in alcibiade. Zoroaſtris magiā non eſſe aliud q̄ diuinorū ſcientiam/qua filios perſarū reges erudiebant: ut ad exemplar mundanæ. reip. ſuā ipſi regere. re. p. edocerent. Reſpōdebit in carmide magiam Xamolſidis eſſe animi medicinā, per quā ſcilicet animo tēperantia/ut per illā corpori ſanitas comparatur. horū ueſtigiis poſtea perſtiterunt Carondas/Damigeron/Apollonius Hoſtanes & dardanus. Perſtitit Homerus quē ut omnes alias ſapientias: ita hanc quoque ſub ſui ulixis erorribus diſſimulaſſe in poetica noſtra Theologia aliquando probabimus: Perſtiterunt Eudoxus & Hermippus. Perſtiterunt fere omnes qui pythagorica platonicaque myſteria ſunt perſcrutati. Ex iunioribus autem qui eam olſecerint tres reperio: Alchindum Arabem. Rogerium Baconem & Guilielmum pariſien. Meminit & Plotinus: ubi naturæ miniſtrū eſſe & non artificem magnum demonſtrat: Hanc magiā ꝓbat aſſeueratque uir ſapientiſſimus: alteram ita abhorrens: ut cum ad malorum demonum ſacra uocaretur: rectius eſſe dixerit ad ſe illos q̄ ſe ad illos accedere: & merito quidem. Vt enim illa obnoxiuū mancipatumq; improbis poteſtatibus hominem reddit. Ita hæc illarum principem & dominum. Illa deniq; nec artis nec ſcientiæ ſibi poteſt nomen uendicare. Hæc altiſſimis plena miſteriis: profundiſſimā rerum ſecretiſſimarum contemplationē & demum totius naturæ cognitionē complectitur. Hæc inter ſparſas dei beneficio & inter ſeminatas mundo uirtutes quaſi de latebris euocans in lucē. Non tam facit miranda q̄ facienti naturæ ſedula famulatur. Hæc uniuerſi conſenſum: quem ſignificantius græci: συμπαθειαν dicunt introrſum perſcrutatius rimata: & mutuam: naturarum cognitionem habens perſpectam: natiuas adibens unicuiq; rei & ſuas illecebras: quæ magnorum ιυγγεσ. nominantur in mundi receſſibus: in naturæ gremio impromptuariis arcaniſq; dei latitantia miracula: quaſi ipſa ſit artiſex promit in publicum: & ſicut agricola ulmos uitibus/ita magnus terram cælo ideſt inferiora ſuperiorum dotibus uirtutibuſque maritat. Quo fit ut q̄ illa prodigioſa & noxia/tam hæc diuina & ſalutaris appareat. Ob hoc præcipuæ quot illa hominem dei hoſtibus mancipans/auocat a deo: hæc in eam operum dei admirationem excitat q̄ propenſa charitas/fides/ac ſpes/ certiſſime conſequuntur. Neque enim ad religionem/ad dei cultum quicq̄ promouet/magis/q̄ aſſidua contēplatio mirabilium dei: quæ ut per hanc de qua agimus naturalem magiā bene explorauerimus: in opiſicis cultum amoremq; ardentius animati: Illud canere compellemur. Pleni ſunt cæli/plena eſt omnis terra Maieſtate gloriæ tuæ. Et hæc ſatis de magia: de qua hæc diximus quod ſio eſſe plures qui ſicut canes ignotos ſemper adlatrant/ita & ipſi ſepe dānant oderuntq; quæ non intelligunt. Venio nunc ad ea quæ ex antiquis hebreorum myſteriis eruta/ad ſacroſanctam & catholicā fidem confirmandam attuli. quæ ne ſorte ab his quibus ſunt ignota cōmentitiæ nugæ aut fabulæ circunlatorū exiſtiment: uollo intelligant omnes/quæ & qualia ſint/unde petita/quibus & q̄ claris auctoribus confirmata/

Xamolſides
Abbaris hiperboreus
Zoroaſter
Plato
Carondas
Damigeron
Apollonius
Hoſtanes
Dardanus
Homerus
Eudoxus
Hermippus
Alchindus arabs
Rogerius bachon
Guilielmus pariſienſis
Plotinus

Nota

Cabale doctrina est de qua loquitur.

& q̄ repoſita/q̄ diuina/q̄ noſtris hominibus ad propugnandā religionē contra hebreo rum importunas calūnias ſint neceſſaria. Scribunt non mō celebres hebreorū doctores

Doctores hebreorum

ſed ex noſtris quoq; Heſdras/Hilarius & Origenes: Moſen nō legē mō/quā quinq; exaratā libris poſteris reliquit: ſed ſecretiorē quoq; & uerā legis enarrationē in mōte diuinitus accepiſſe p̄ceptū aūt ei a deo ut legē quidē populo publicaret: legis interpretationem nec traderet litteris/nec inuulgaret. Sed ipſe ieſu naue tm̄/tum ille aliis deinceps ſuccedētibus ſacerdotū primoribus/magna ſilētii religiōe reuelaret. Satis erat per ſimplicē hiſtoriā nunc dei potentiā/nunc in ip̄bos iram/in bonos clementiā/in oēs iuſtitiā agnoſcere: & per diuina ſalutariaq; p̄cepta ad bene beateq; uiuendū/& cultū uere religionis inſtitui. At myſteria ſecretiora/& ſub cortice legis/rudiq; uerboꝝ prætextu latitantia/altiſſimæ diuinitatis archana/plebi palā facere: quid erat aliud q̄ dare ſanctū canibus: & inter porcos ſpargere Margaritas. Ergo hæc clam uulgo habere perfectis cōmunicāda: inter quos tantū ſapientiā loqui ſe ait Paulus/nō humani conſilii ſed diuini p̄cepti fuit. Quē morem ātiqui Philoſophi ſanctiſſime obſeruarūt. Pythagoras nihil ſcripſit niſi paucula quædā quæ damæ filiæ moriēs cōmēdauit. Egiptiorū templis inſculptæ ſphinges hoc admo/

Pythagoras

nebant ut miſtica dogmata per enigmatū nodos a p̄phana multitudine inuiolata cuſtodirent. Plato Dioni quædā de ſupræmis ſcribēs ſubſtantiis: per enigmata inquit dicēdū

Plato

eſt. ne ſi epiſtola forte ad aliorū peruenerit manus: quæ tibi ſcribimus ab aliis intelligantur. Ariſtoteles libros Methaphiſice in quibus agit de diuinis/editos eſſe & nō editos dicebat. quid plura Ieſum xp̄m uitæ magiſtrū aſſerit Origenes/multa reuelaſſe diſcipulis/quæ

Ariſtoteles

illi ne uulgo fierēt comunia/ſcribere noluerunt. Quod maxime confirmat Dyoniſius a

Ieſus xp̄us

reopagita: qui ſecretiora myſteria a noſtre religionis auctoribus.

Origenes

Dionyſius

ideſt ex aīo in aīum/ſine litteris medio intercedēte uerbo ait fuiſſe trāſfuſa: hoc eodē penitus mō cum ex dei p̄cepto uera illa legis interpretatio. Moiſi deitus tradita reuelaretur dicta eſt Cabala/qđ idē eſt apud hebreos qđ apud nos receptio. Ob id. ſ. q; illā doctrinam nō per litterarū monumēta: ſed ordinariis reuelationū ſucceſſionibus alter ab altero quaſi hereditario iure reciperet. uerū poſtq̄ hebrei a babilonica captiuitate reſtituti per Cyrū & ſub zorobabel īſtaurato templo ad reparādā legē aīum appulerūt. Eſdras tūc eccleſiæ præfectus poſt emēdatū Moſeos librū cum plane cognoſceret per exilia/ſedes/fugas/captiuitatē gētis iſraeliticæ inſtitutū a maioribus mortē tradēdæ per manus doctrinæ ſeruari nō poſſe. Futurūq; ut ſibi diuinitus indulta celeſtis doctrinæ arcana perirēt/quoꝝ commētariis nō intercedētibus durare diu memoria nō poterat/cōſtituit ut cōuocatis qui tūc ſupererāt ſapiētibus afferret unuſquiſq; in mediū/quæ de myſteriis legis memoriter tene

Cabala

bat: adhibitiſq; notariis in. lxx. uolumina (Tot. n. fere in ſinedrio ſapiētes) Redigerentur Qua de re ne mihi ſoli credatis patres/Audite Eſdrā ipſum ſic loquentē: exactis. xl. diebus loquutus eſt altiſſimus dicēs. Priora quæ ſcripſiſti impalā pone: legāt digni & īdigni nouiſſimos aūt. lxx. libros cōſeruabis ut tradas eos ſapiētibus de populo tuo. In his. n. eſt uena intellectus & ſapiētie fons/& ſciētiæ flumē/atq; ita feci. Hæc eſdras ad uerbū. hi ſūt

Eſdras

libri ſciētiæ Cabalæ in his libris merito Eſdras uenā intellectus. i. ineffabilē: de ſuper ſubſtantiali deitate Theologiā ſapientiæ fontem ideſt de intelligibilibus angeliciſq; formis exactam methaphiſicā & ſcientiæ flumē ideſt de rebus naturalibus firmiſſimam Philoſo/

 

phiam eſſe/clara imprimis uoce ꝓnunciauit. Hi libri Syxtus quartus pontifex Maximus qui hunc ſub quo uiuimus fœliciter Innocentiū octanum Proxime anteceſſit: maxima cura ſtodioq; curauit ut in publicam fidei noſtræ utilitatem latinis litteris mandarētur. Iam que cum ille deceſſit tres ex illis peruenerant ad latinos. hi libri apud hebreos hac tempeſtate tanta religione coluntur: ut neminem liceat niſi annos. xl. natū illos attingere. hos ego libros non mediocri impenſa mihi cum cōparaſſem: ſumma diligentia indefeſſis laboribus cum perlegiſſem/uidi in illis (Teſtis eſt deus) Religionē non tam Moſaicam ꝙ chriſtianam Ibi trinitatis myſteriū/Ibi uerbi incarnatio/ibi meſſie diuinitas/Ibi de peccato originali/de illius per xp̄m expiatione/de cæleſti Hyeruſalem/de cauſa demonum/de ordinibus angelorum de purgatoriis de inferorū pænis. Eadē legi quæ apud Paulum & Dyoniſium apud Hieronimū & Auguſtinum quotidie legimus. In his uero qua ſpectant ad phiam Pythagorā prorſus audias & Platonē quorum decreta ita ſunt fidei xp̄ianæ affinia/ut Auguſtinus noſter immenſas deo gratias agat quod ad eius manus peruenerint libri platonicorum. In plenū nulla eſt ferme de re nobis cum hebreis controuerſia/de qua ex libris cabaliſtarum ita redargui conuinciq; nō poſſint: ut ne angulus quidem reliquus ſit in quem ſe condant. Cuius rei teſtē grauiſſimum habeo Antoniū cronicum uirum cruditiſſimum qui ſuis auribus cum apud eum eſſem in cōuiuio audiuit Dactylū hebreū peritum huius ſciæ in xp̄ianorum prorſus de trinitate ſniam pedibus manibusq; deſcendere. Sed ut ad meæ redeā diſputationis capita percenſenda: Attulimus & noſtrā de interpræ/tandis Orphei Zoroaſtriſq; carminibus ſniam. Orpheus apud græcos ferme integer. Zoroaſter apud eos mancus/apud caldeos abſolutior legitur. Ambo priſcæ ſapiētiæ crediti patres & auctores: Nam ut taceā de Zoroaſtre cuius freqūes apud Platonicos nō ſine ſumma ſemper ueneratione eſt mentio. Scribit Iamblicus calcideus habuiſſe Pythagorā: Orphycam Theologiam tamꝙ exemplar/ad quā ipſe ſuam fingeret formaretq; philoſophiam Quin idcirco tm̄ dicta pythagoræ ſacra nuncupari dicunt ꝙ ab Orphei fluxerint inſtitutis. Inde ſecreta de numeris doctrina/& quicquid magnum ſublimeque habuit græca philoſophia/ut a primo fonte manauit. Sed (qui erat ueterum mos theolo gorum) ita. Orpheus ſuorum dogmatum myſteria ſabularum intexit inuolucris/& poetico uelamento diſſimulauit. ut ſi quis legat illius hymnos/nihil ſubeſſe credat præter fabellas nugaſque meraciſſimas. Quod uolui dixiſſe ut cognoſcatur quis mihi labor quæ fuerit difficultas: ex affectatis enigmatum ſyrpis/ex fabularum latebris latitantes eruere ſecretæ philoſophiæ ſenſus/nulla præſertim in re tam graui/tam abſcondita in explorataque adiuto aliorum interpratum opera & diligentia. Et tamen oblatrarunt canes mei minutula quædam & leuia ad numeri oſtentationē me accumulaſſe: quaſi nō omnes quæ ambigue maxime controuerſeq; ſunt quæſtiones: in quibus pricipales digladiant achademiæ: quaſi non multa attulerim his ipſis qui & mea carpunt & ſe credunt phōrum principes: & incognita prorſus & intentata: Quin ego tantū abſum ab ea culpa ut curauerim in ꝙ paucifſima potuit capita cogere diſputationem. Quam ſi (ut conſueuerunt alii) partiri ipſe in ſua membra & lācinare uoluiſſem: in innumerum ꝓfecto numerum excreuiſſet. Et ut taceam de cæteris: quis eſt qui neſciat unū dogma ex nongentis quod ſcilicet de cōciliāda eſt Platonis Ariſtoteliſq; phia: potuiſſe me citra oēm affectate numeroſitatis ſuſpitionem in ſexcenta ne dicam plura capita deduxiſſe. locos ſcilicet omnes in quibus diſſidere alii:

Sextus quartus
Inno. viii.
Auguſtinus
Antonius cronicus.
Dactylus hebreus
Zoroaſter
Orpheus
Iamblicus calcideus
Pythagoras

conuenire ego illos exiſtimo particulatim enumerantē. Sed certæ(dicam enim q̄ꝙ neq; modeſte/neq; ex ingenio meo)dicā tamen:quia dicere me inuidi cogunt/Cogūt obtrectatores uolui hoc mō cōgreſſu fidē facere/nō tam qđ multa ſcirē:ꝙ qđ ſcirē quæ multi neſciunt.Qđ ut uobis re ipſa patres colēdiſſimi iā palā fiat ut deſideriū ueſtrū doctores excellētiſſimi quos paratos accinctoſq; expectare pugnā nō ſine magna uoluptate cōſpicio mea lōgius orō nō remoret/qđ fœlix fauſtūq; ſit q̄ſi citāte claſſico iā cōſeramus manus.

FINIS.

Ioannes picus Miran.Io. Franciſco ex fratre nepoti.S.in eo qui eſt uera ſalus.

DEſcendēti tibi a plurimas ſtatim ad malū oblatas occaſiōes quæ te ꝑturbēt/& arrepto bñ uiuēdi ꝓpoſito aduerſent nō eſt fili q; admireris ſed neq; q; doleas/aut expaueſcas.Quātū illud potius eēt miraculū ſi tibi uni iter mortales ſine ſudore uia pateret ad cælū quaſi primū& falax mūdus/& malus demō eē deſineret/aut quaſi tu ī carne adhuc nō eſſes quæ cōcupiſcit aduerſus ſpm:& niſi ſaluti noſtræ uigiles perſpexerimus/circeis æbrios poculis in ꝓdigioſas brutoꝝ ſpēs illecebroſas deformat. ſed & gaudēdū tibi eē affirmat Iacobus ſcribēs.gaudere fratres cū ī tētatiōes uarias īcideritis nec immerito qđ:quæ.n.ſpes gloriæ/ſi nulla ſit ſpes uictoriæ aut uictoriæ locus quis eſſe pōt

Iacobus

ubi pugna non eſt uocat ad coronā qui ꝓuocat ad pugnā atq; ad eā ꝑſertim ī qua nemo uincit pōt inuitus:neq; aliis nobis/ut uincamus/uiribus opus eſt/ꝙ ut uincere ipſi uelimus.Magna xpiani;fœlicitas:qñ & in eius arbitrio poſita ē uictoria:& oī uicētis uoto/oīq; expectatiōe maiora futura ſunt p̄mia.Dic quæſo fili cariſſime eſt ne aliquid in hac uita ex his quoꝝ libido terrenas agitat mētes pro quo adipiſcēdo nō multi prius ſubeundi labores multa indigna & miſera tollerāda ſint:bene auctū fecū putat mercator ſi ꝓt decēnē nauigationē/poſt mille īcomoda/mile uitæ diſcrimina rē ſibi cōparauerit paulo uberiorē:de militia ſæculi nihil eſt qđ ad te ſcribā cuius miſerias ipſa ſatis te docuit/& docet experiētia:In principiū gratia ꝓmerenda/in æqualiū amicitiis cōciliandis ī honoribus ambiendis quæ moles moleſtiaꝝ:q̄tum anxietatis:q̄tū ſit ſollicitudinis ex te ego diſcere potius poſſum/ꝙ te docere:qui meis libris meo ociolo cōtentus/a pueris uſq; intra fortunā uiuere didici/& q̄tū poſſum apud me habitās nihil extra me ipſum ſuſpiro uel ambio.Ergo terrena hæc caduca/incerta/uilia/& cum brutis quoq; nobis cōia ſudantes etiā & anhelantes uix cōſequemur:ad cœleſtia atq; diuina/quæ nec oculus uidit/neq; auris audiuit/neq; cor cogitauit ſonniculoſi & dormientes/& ꝓpe modū inuiti a diis trahemus. quaſi ſine nobis aut deus regnare/aut cæleſtes illi ciues beati eſſe nō poſſint.Profecto ſi terrena fœlicitas ocioſis nobis cōpararet poſſet aliquis laborē detrectans male mundo ſeruire ꝙ deo. ſed ſi nihilminus ꝙ in uia dei imo longe magis in peccatorum uia fatigamur unde illa uox dannatorū: Laſſati ſumus in uia iniquitatis/nō pōt nō extreme eſſe demenrie ibi nolle potius laborare ubi a labore itur ad mercedē/ꝙ ubi a labore itur ad ſupplicium.

Chriſtiani magna fœlicitas.

Memorāda ſententia

Mitto q̄ta ſit illa pax q̄taq; fœlicitas aī nil cōſcire ſibi nulla palleſcere culpa:quæ procul dubio uoluptatibus oībus quæ poſſideri uel optari poſſint in uita longe ꝑponderat: quid eñ optabile in uoluptatibus mūdi:quæ dū quærunt fatigāt/cū acquirunt īfatuāt/cū āmit

tuntur excruciant/Dubitas fili impiorum mentes perpetuis curis nō agitari.uerbū eſt dei qui nec falli pōt nec fallere cor impii quaſi mare ferues quod quieſcere nō pōt. nihil eñ illis eſt tutū/nihil peccatū/oïa metū oïa curas/intentāt oïa mortē.his ne igiť iuidebimus. hos emulabimur.& obliti ꝓprie dignitatis obliti patriæ patriſq; cæleſtis/horū nos ipſi cū liberi Scimus nati/ultro mācipia faciemus:& una cum illis miſere uiuentes moriētes mi/ſerius miſerrime tandē eternis ignibus affligamur.O cœcas hominum mentes/o pectora cœca/quis nō uideat uel luce clarius hæc omnia eſſe,ipſa ueritate ueriora:nec tñ facimus quæ facienda eſſe cognoſcimus/ſed heremus adhuc/nequicꝙ ceno cupiētes a uellere plā tam.Occurrerēt tibi filii ne dubita in his præſertim locis in quibus habitas innumera ſingulis horis impedimēta quæ te a ꝓpoſito ſancte beneq; uiuendi deterreant & niſi caueas agant in ꝑces.Sed inter omnia exitialis illa eſt peſtis uerſari inter eos dies & noctes quo/rum uita nō ſolū omni ex parte illecebra eſt peccati:ſed tota in expugnāda uirtute poſita ſub imperatore diabolo:ſub uexillis mortis ſub ſtipēdiis gehenæ militat aduerſus cœlum aduerſus dominū & aduerſus chriſtū eius.Tu aūt clama cum propheta dirūpamus uin/cula eorū & proiiciamus a nobis iugū ipſorum.hi ſunt enim quos tradidit deus in paſſiones ignominie:& in reprobū ſenſum ut faciant ea quæ nō coueniunt plenos omni iniquitate:plenos inuidia homicidiis cōtentione:dolo:malignitate:detractores deo odibiles: contumelioſos:ſuperbos elatos:inuentores malorū:inſipiētes:icompoſitos:ſine affectione:ſine fœdere:ſine miſericordia.Qui cum iuſticiā dei quotidie uideant:nō intelligunt: tamē quoniā qui tali agunt digni ſunt morte non ſolū qui ea faciunt:ſed etiā qui conſentiunt facientibus.Tu igitur fili noli illis placere quibus ipſa diſplicet uirtus:Sed illud a/poſtoli tibi ſemper Sit ante oculos:oportet deo magis placere,ꝙ hominibus:& illud :Si hominibus placerē chriſti ſeruus nō eſſem:inuadat te ſancta quædā ambitio:& dedigne/ris eos tibi uitæ eſſe magiſtros qui te potius præceptore indigeant longe enim decentius/ut ipſi tecū beneuiuendo homines eſſe incipiāt:ꝙ ut tu uelis per ommiſſionē boni propoſiti cum illis turpiter obruteſcere.Tenet me Deū teſtor:aliquando extaſis quaſi & ſtupor quidam cum mecū incipio ſtudia hominū:aut:ut dixerim ſignificantius:meras inſanias neſcio an cogitare potius ꝙ dolere.mirari an deplorare.Magna eñ profecto inſania euāgelio non credere:cuius ueritatē ſanguis martirū clamat:apoſtolice reſonāt uoces :pro/digia probant:ratio confirmat:mundus teſtať:elementa loquunť: Demones confitētur Sed longe maior inſania:ſi de euangelii ueritate nō dubitas uiuere tamē quaſi de eius falſitate non dubitares.Nam ſi illa ſunt uera difficilimū eſſe diuitem ingredi regnū cœlorū quid cumulandis quotidie diuitiis inhiamus:& ſi illud eſt uerū:quærendā gloriam non quæ ex hominibus:ſed quæ ex deo eſt:cur de iudiciis hominū ſemper pēdemus:Deo pla/cere nemo eſt qui curet:& ſi firma in nobis eſt fides futurum aliquādo ut dominus dicat: Ite maledicti in ignē æternū:& rurſus:uenite benedicti poſſidete regnū paratū uobis a cōſtitutione mūdi:cur nihil minus aut timemus ꝙ gehenā:aut ſeparamus ꝙ regnū Dei qd poſſumus aliud dicere ꝙ multos eſſe noïe xpianos:Sed re pauciſſimos.Tu uero fili cōtende ītrare per anguſtā portā:nec qd multi agāt attēde:ſed quid agēdū ipſa tibi naturæ lex ipſa ratio:ipſe deus oſtēde:Neq; eñ aut minor tua erit gloria:Si fœlix eris cū paucis :aut leuior pœna Si miſer eris cū multis:Erūt aūt duo ꝑcipue ꝑſentiſſima tibi remedia aduerſus mūdū & ſathanā:qbus qſi duabus alis de lachrymaꝝ ualle toleris in altū elemoſina

Propheta

Apoſtolus

Nota

Duo reme// dia ſaluberri ma.

ſcilicet atq; oratio. quid enim poſſumus ſine auxilio dei: aut quõ ille auxiliabit̃ nõ inuocatus: Sed & inuocantẽ te certe nõ audiet qui inuocantẽ prius pauperẽ non exaudiſti. Neque enim decet ut te deus hominẽ non cõtennat. qui prius homo hominẽ cõtẽpſiſti. Scriptum eſt in qua mẽſura menſi fueritis remetiet̃ uobis: & alibi: beati miſericordes qm̃ miſericordiã conſequent̃. Cum aũt te ad orationẽ inuito/nõ ad eam inuito/quæ in multiloquio eſt/ſed quæ in ſecreto mẽtis receſſu/in penetralibus animi ipſo affectu loquit̃ deo & in lucidiſſima contẽplationis tenebra mentẽ patri nõ præſentat modo/ſed unit in effabilibus quibuſdã modis/quos ſoli norunt experti/nec curo q̃ lõga ſit oratio tua/ſed q̃ efficax q̃ ſit ardens interrupta potius ſuſpiriis/q̃ perpetua quadã ſerie dictionum numeroq; diffuſa/ſi tua tibi ſalus eſt cordi/ſi tutus a diaboli laqueis/a mundi ꝓcellis/ab inimicorũ inſidiis/Si deo gratus/Si fœlix tandẽ eſſe deſideras/fac nulla prætereat dies/qua uel ſemel Deum tuũ per orationẽ non adeas/& ꝓſtratus ante eũ humili piæ mentis affectu illud nõ de ſummis labris/ſed de imis uiſceribus clames cum ꝓpheta. Delicta iuuentutis meæ & ignorantias meas ne memineris/ſed ſecundũ miſericordiã tuam memẽto mei ꝓpter bonitatẽ tuam domine. Suggeret tibi cũ ſpiritus qui interpellat pro nobis tũ ipſa neceſſitas ſingulis horis quid petas a deo tuo: ſuggeret & ſacra lectio/quã ut omiſſis iam fabulis nugiſq; poetarũ ſemper habeas in manibus etiã atq; etiã rogo Nihil deo gratius. nihil tibi utilius facere potes q̃ ſi non ceſſaueris litteras ſacras nocturna uerſare manu uerſare diurna. Latet eñi in illis cæleſtis uis quædã uiua & efficax quæ legentis animũ Si modo illas pure humiliterq; tractauerit in diuinũ amorẽ mirabili quadã poteſtate transformat Sed epiſtolæ iam fines exceſſi trahẽte me ipſa materia & mira quadã charitate: qua te cũ ſemper tum ex ea præſertim hora ſum ꝓſecutus quæ ſanctiſſimi tui ꝓpoſiti factus ſum certior. Illud poſtremo te admonitũ uelim/de quo hic etiã cum mecũ eras/tecum ſæpe locutus ſum/ut duo hæc nunq̃ obliuiſcaris: & filiũ dei pro te eſſe mortuũ/ & te quoq; etiam ſi diu uixeris breui eſſe moriturũ. his quaſi geminis ſtimulis/altero quidẽ timoris/amoris altero/urge equum tuũ per breue ſtadiũ momentaneæ uitæ ad præmia fœlicitatis æternæ/ quando nullũ alium finẽ præſinire nobis aut debemus aut poſſumus q̃ ut perpetua utriuſq; hominis pace infinito bono ſine ſine fruamur.

Oratio

Nota

Vale & deum time. fer. xv. Maii. Mcccclxxxxii.

Ioannes Picus Miran. Philipo Beroaldo. S.

ACcepi abſte doctiſſime Beroalde & epiſtolã cum amabilẽ tũ eruditã & uerſus plurimos ipſam etiã dubio produl annquitatem ꝓuocantes gratiſſimũ id mihi munus fuit. Quare per te bono ĩ negotio bonas horas ſum otiatus & uoluptari nulla in re uel iocundius poterã uł honeſtius. Agã uero hominẽ opido q̃ ingratũ ſi tua quæ ſunt optĩa remunerari meis uellẽ quæ ſunt peſſima & catullianis ſalibus ſuffeni uenena permutare Sũ eñ in poematis illo nihilo melior/niſi hoc p̃ſtẽ/q; me ſuffenũ eẽ agnoſco & qd manticæ ĩ tergo ſit uideo. Tu tñ hoc flagitas ut. ſ. de noſtris ad te aliqd ſcriptiõibꝰ dedã, atq; ita flagitas: ut quaſi poſtules/uidearisq; repulſam equo aĩo nõ

laturus: Quare tibi uel cum diſpendio ſi qua eſt apud te de me exiſtimationis ſatiſfaciē dum. Habeas igitur duas epiſtolas alterā ad Laurentiū medicē alterā ad Hermolaū de genere dicendi phōrum. Quibus & uerſiculos quoſdā addidi. qui per hos dies ēt agen/ ti alia mihi exciderunt. Tu hæc ita leges/ ut memineris inhumanioribus his ſtudiis me tu multuaria cura/ & ſubciſiuis eſſe tēporibus/ ut qui philoſophis operā primariā & ut dicit̃ ſerioſas addiderim lucernas Apud quos ut id profecerim qđ tu apud rhetores & poetas Quos inter (loquor ex aīo) nō uideo cur tibi primas. iure nō uēdices. Politianus tuus eſt totus/ amat te ut qui maxime. De me polliceri tibi nihil nō potes quod ego poſſim. Vale.

## Ioannes Picus Miran. Laurentio medici. S. P. D.

LEgi Laurēti Medice Rythmos tuos: quos tibi uernaculę muſæ p æta tē tenerā ſuggeſſerūt. agnoui muſaꝝ & gratiaꝝ legitimā fæturā æta/ tis re opus nō agnoui. Quis. n. in tuis rhitmis & numeroſa uerſuū iūctura ſaltātes ad numeꝝ gratias nō pſenſerit. Quis ī canoro dicē di genere & modulato canētes muſas nō audiat. Quis ī lepore nō affectato: Hilari argutia: mellitis ſalibus: aptis illecebris/ miro can/ dore. In prudenti diſpoſitione ingrauiſſimis ſenſibus ex penetralibus philoſophiæ erutis adoleſcētē hominē qs agnoſcat. Scio ꝑfecto me nō eē in hoc albo: nec eū qui huc aſcēdā idest ad iudiciū reꝝ: Sed uellē dici poſſe extra ſuſpitionē adulationis: qđ de illis ſentio. dicerē ꝑfecto nō eē ueterū ſcriptoꝝ quē in hoc genere dicendi longo interuallo nō ante/ ceſſeris: Quod ne putes dictū ab gratiā afferā tibi huiuſce ſenſus rōnes meas. Sunt apud uos duo precipue celebrati poete florentinæ linguæ/ Franciſcus petrarcha/ & Dantes ali gerius: de quibus illud in uniuerſum ſim prefatus/ eē ex eruditis/ qui res in Frāciſco/ uer/ ba in Dante ſyderent. In te qui mentē habeat & aures/ neutrū deſideraturū: in quo nō ſit uidere an res in oratione/ an uerba ſententiis magis illuſtrent̃. Sed expēdamus uelut in libnli particulatim unuſcuiuſq; merita. Franciſcus quidē ſi reuiuiſcat/ qđ attinet ad ſen/ ſus qs dubitat ultro herbā tibi datuꝝ a deo tu & acutus ſemp/ grauis/ & ſubtilis: ille uero de medio plurimū aripiens ſnīas colorat uerbis & quæ ſunt gregaria egregia facit gene/ re dicendi in quo uideamus/ quid tibi ille. quid tu illi pſtes in quibuſdā dulcior appuerit Sed mihi illius dulcedo/ ut ita dixerim dulciter accida & ſuauiter auſtera. Ille fuſus & eq̃/ biliter deliniens. Tu maieſtate/ & quadā uiuaci luce orationis aīos pſtringēs. In illo am bitioſa & nimia in te neglecta potius q̃ affectata diligentia ille tener & mollis: tu maſcu/ lus & toroſus. Ille uolubilis & canorus tu pſſus plenus/ firmus & modulatus. Ille forte le pidior/ tu certe amplior & erectior. Ille fucatior. Sed tu neruoſior. In illo eſt qđ amputes. in te nihil redundas & nihil curtū. Sed forte audaculus qui tollēdū aliquid de illo dixe/ rim. Ita eſt certe ita multis uidet̃ quoꝝ iudicio cōfido. Nā meo nihil cū ſæpe ſit uidere pec cātē illū qđ aſiatici peccabāt idest inſercientē uerba quaſi rimas expleat adhibentēq; uo ces plenas & cōcinnas/ nō ut exornēt/ ſed ut ſubſtineāt quaſi tibicines carmen ne claudi/ cet. In te omnia uerba nō minus in re neceſſaria q̃ in ornatu grata ita ut qui ex te demat mutilet: qui ex illo/ tondat & repurget. Quod & ſi demus qđ nunq̃ dabo) lepidiora eſſe quæ ille ſcripſit & cōpotiora tuis: facile id fuit preſtare hominem: cui non eſſet cum ipſis

ſenſibus labor & pugna. At tuæ illæ acres ſubtiles: et (ut uno dixerim uerbo) laurentianæ ſententiæ uix dici poteſt/ut calmiſtros reſpuant/& iſtos ſucos nõ libenter admittãt quas ille trãctandas ſi habuiſſet quem mollẽ legimus nitidũ & iocũdum legeremus: equidem ſpinoſum/ſqualidum & ingratũ. cum ſit uidere illũ: quotiens aliquid tale aggredit᷑ acu/tum inplicitum uel nodoſum tam ſtillo cadere ꝗ̃ ſenſu ſurgit/Cum uero illam ſuam uer/borum oſtentat ſuppellectilẽ: ſua unguenta/cincinnos/& flores admoneret ſepe ſi adeſ/ſet caſtritius quod admonuit in graccho: ne falleremur rotundato ſono: & uetſuum cur/ſu: Sed inſpiceremus quid nã ſubeſſet: que ſedes: quod ſirmamẽtũ: quis ſundus uerbis. qđ ſi ſacias illic uideas epicuri qñq; uacuum: ita aut nullum ſubeſſe ſenſum: aut frigidũ & le uem. Qua parte quãuis eſt maxima: etiam illi ſi nõ preſtes: non uideo omnino cur pre/ſtet ille tibi dicendi gratia. Cum & uerba apud te eſſe non poſſint illuſtriora: & colloca/tio illorum ita ſit apta. ut nec coherere melius nec fluere rotundius nec cadere numero/ſius: ullo modo poſſint. Sed iam Dantem tecum penſiculemus: de quo fortaſſe plures cõ trouerſiam ſint ſacturi ſunt enim multi: qui in ſcriptorũ collatione non tam expendant merita ꝗ̃ annos numerẽt: iubentq; alios ut priſcos legant: cũ reuerentia coætaneos ipi le gere nõ poſſunt ſine inuidia. Primas certe: quod ad ſtillũ ſpectat denegaturũ tibi neminẽ puto: ita eſt Dantes nonnunꝗ̃ horridis aſper: & ſtrigoſus. ut multum rudis & impolitus: hoc eius etiam aurarii fatentur. Sed in ætatem & ſeculũ illud id qđ ſit ita: culpã reiiciunt oĩno tu oratione cultior: & nõ ille grandior. At ſenſibus inquient grãdior & ſublimior. Queſo quid mirum in phĩca re illum philoſophari ipa natura ad hoc cogẽte: atq; ultro ſuppeditante ſentẽtias. Si de deo: de anima: de beatis agitur: affert que Thomas que Au guſtinus de his ſcripſerunt. & fuit ille in his tractandis metidantiſq; tam frequens ꝗ̃ aſſi/duus: tu in obeundis maximis negociis publicis & priuatis: Nõ fuit tam preclare in Dan te hoc feciſſe: ꝙ nõ feciſſe turpe fuerat. At fuit dubio ꝓcul ſummi ingenii opus. quod ipſe ꝑſtas phĩca facere que ſũt amatoria: & que ſunt ſua ſeueritate auſterula: ſupinducta uene re facere amabilia. Ita in tuis uerſibus amantiũ luſibus philoſophorũ ſeria ſunt admixta ut & illa hinc dignitatem: & hæc illinc hylaritatem gratiãq; lucriſecerit: ut ambo hac co/pula: & retinuerint quod erat ꝓpriam: & mutuo ſe ſibi ita participauerint: ut habeãt utra q; ſingulatim que prius erant ſimul amborum. Sed nõ eſt hoc tam admirandũ: ꝙ illud quod me maxime mouit: ita hæc a te inuecta ut nõ inuecta: ſed de materie ipſius: de qua agis: eruta gremio: & ex illa ipſa: ut ita dixerim te irrigante ſolum eſſloreſcere uideant᷑ ut appareant natiua non aduentitia: neceſſaria nõ cõportata: genuina oĩo nõ inſititia. hoc eſt quod admirari ſatis nõ poſſum: quo mihi uideris Dantem exſuperaſſe Nã & ſi ille ſub limis uolat materiæ alis attollit᷑ tu repugnante illa & deorſum trahente tolleris in altũ alis ingenii: atq; ita tolleris ut a materia nõ diſcedas: ſed illam tecũ ſimul attollas tantũ de ipa tu quantũ de Dante ipa fuit bene merita. Iam uidere licet quid te inter Franciſcũ/q; & dantem interſit de quibus hoc addiderim Franciſcũ qñq; nõ reſpondere pollicitis/habentẽ qđ allectet in prima ſpecie/ſed ulterius nõ ſatiſſaciat. dantem habere qđ in oc/curſu qñq; offendit: Sed iuuet magis intima pu adentem. Tua non minus habent in receſ ſu qđ detineat/ꝙ habeãt in prima fronte qđ capiat. Adde ꝙ illi ſuas poeſes in ſeceſſibus in umbra/in ſũma ſtudioꝝ tranqllitate/& tu tuas inter tumultus/curiæ ſtrepitus fori cla/mores/maximas curas turbulentiſſimas tempeſtates/occupatiſſimus ceciniſti. Illis erant

Nota

Auguſtinus & Thomas

tnuſæ ordinarium negotium & principale: tibi ludus & a curis quedã relaxatio. Illis ſum ma defatigatio/ tibi defatigato otium: Deniq; eo animũ remittens pertigiſti quo illi om/ nes animi neruos cõtendentes/ fortaſſe non pertingerũt/ Sed quid dicã de mea paraphra ſi: meã enim cur nõ appellem. uel huius que mea eſt appellationis iure. Demum cur non meã/ quã & ſi ueneror ut tuã amo tamen ut meã. Admiror ꝑfecto illã/ & te in illa ex qua cõiicio quantũ ego aberam a uera laude tuoꝝ uerſuum in quibus/ que erant maxĩa queq; maxime illuſtria quibus ſum noctuinis oculis nõ introſpexeram. uide deinde per te reue lata qui id ſolus & poteras & debebas: debebas tibi & nobis/ ne multa & te gloria/ & nos uoluptate fraudares: Lego (deũ teſtor) maxime laurenti eam/ non tam ad delectationem q̃ ad doctrinã. Quot enim ibi ex Ariſtotele/ auditu. ſ. phyſico: ex libris de anima: de mo/ ribus/ de celo/ ex problematis/ q̄ ex Platonis prothagora ex repu. ex legibus/ ex ſympoſio que omnia q̄q̄ alias apud illos legi/ lego tamen apud te ut noua/ ut meliora & in neſcio quã a te faciem transformata ut tua uideant̃ eſſe & nõ illoꝝ/ & legens diſcere mihi aliqd uidear. Quod maximo eſt inditio hæc te ſapere non tam ex cõmentario q̃ ex te ipſo. So/ lent enim plurimi maiore in litteris σοφιστεια q̃ opera cum qd ſcripturi ſunt philoſophos habere uelut pragmaticos eis dogmata quedam ſuggerentes/ que ingerant ſuis libellis ut uideant̃ philoſohpi. Sed facile hos deprehendas. Nam uideas illa/ nec recte diſpoſita nec coherentia & ab ipſis nõ explicata/ ſed implicata: Atq; homines alioquin eloquẽtes in illis dicendis apparent infantiſſimi. At te quis non uideat ea non tenere precario/ ſed ut in que ius habeas & poteſtatem pro arbitrio uerſare agere & tractare hec tu (proh felix ingenium) in eſtu reip. in actuoſa uita/ es aſſequutus quæ nos philoſophoꝝ non diſcipuli ſed inquilini in umbratili uita/ & ſellularia ſequimur potius q̃ cõſequamur. Sed quid di/ cam de paraphraſeos tue ſuauiſſimo ſtilo is mihi uidetur penitus qui Cæſaris in Roma/ na lingua eſt enim oratio non manu facta/ non bracteata/ nõ torta/ ſed ſuo ingenio ere/ cta candida & quadrata/ nec temere excurrens ſed pedem ſeruans/ nec luxurians/ nec ie/ iuna/ nec laſciuiens/ nec ingrata/ dulciter grauis/ grauiter amabilis/ uerba electa/ & non captata illuſtria nõ fucata/ neceſſaria non queſita/ nõ explicãtia rẽ/ ſed ipſis oculis ſubii/ cientia. pretereo q̃ tuæ perſone ſemper memineris q̃ ſint ubiq; tue illius prudentiæ inſper ſa paſſim ſemina atq; ueſtigia hæc ego & cũ multis/ & alius quiſq̃ longe potiora/ Sed duo precipua preter hæc uidi/ que uideant forte non multi q̄q̄ oculatiores. primũ eſt illud/ ut illa ſuas diuitias diſſimulet/ ut inuidiã fugiat/ flores in ſinu habeat/ nõ oſtentet/ nõ exſur/ gat in plantas/ ſed ſubſidat ingenua ut minor appareat alterum quid ſit non uideo/ neq; enim tam ſolers/ ſed uideo eſſe neſcio quid ut dicam ſignatiſſime laurentianum. Quod ſi quis uideat Laurentii dotes ingenium. Preſtantiam Laurentium totũ uideat graphi/ ce effigiatum. Sed hæc nimis fortaſſe multa/ quæ dixi etiam inuitus ipſa me tranſuerſum/ ut dicunt̃ trahente in uerba animi ſententia. Illud non preteribo inhortari te quãto poſ ſum opere maximo/ ut aliquod quandoq; a moderanda rep. otiolum ſuffuratus abſolue/ de paraphraſi impartiaris/ tibi quidem & linguæ patriæ ad honorem ciuibus tuis & no/ bis omnibus futuræ ad uſum & uoluptatem.

Ariſtoteles. Plato. Nota. Cæſar

Florentiæ idibus Iuliis. M. quadringenteſimo octuageſimo quarto.

## Ioannes Picus Mirandulanus Hermolao Barbaro ſuo. S.

Ego quidē mi Hermolae nec poſſum aut tacere quæ de te ſentio aut nō ſentire ea que de illo debeant͏̃. in quo oĩa ueluti ſingula ſũma reperiant͏̃. Sed utinā eſſet is meæ mentis captus ut ꝑ meritis tuis de te ſentirem: utinā ea dicendi uis: ut exprimere aliquando poſſem quod ſemp ſentio. Scio que de te concepi infinitū ſubſidere infra faſtigia doctrinæ tuæ. Scias & tu quecūq; loquimur longe eē minora iis que concipimus. tam deeſſe ſcias animo uerba: q̄ rebus animus deeſt: & tñ ita me audere credis ut ſperē poſſe imitari tua quoꝝ nec magnitudinē æſtimare poſſum. Admirari te poſſunt oēs imitari tam pauci poſſunt q̄ nemo reprehendere: Et utinam ea mihi fælicitas ut quæ ſcribam Hermolaū meū aliqua ex parte imaginent͏̃. Ipſe enim ut taceam cætera ſtilus tuus/cui tu adeo paꝝ faues mirū quantū me afficit quantū me delectat: Ita eſt doctus grauis: cōpoſitus: eruditus: excuſus: Ingenioſus: In quo nihil expoſitum/nihil ſit triuiale/ ſeu uerba ſeu ſentētias ſpectes: legimus ſæpe ego & noſter Politianus quaſcūq; habemus tuas aut ad alios aut ad nos epiſtolas: Ita ſemp prioribus certant ſequentia: & nouæ ſertiliter inter legendū efflorеſcunt gratiæ: ut ppetua quadā acclamatione interſpirandi locū nō habeamus. Sed mirum dictu q̄ perſuadeas: & legentis animū quocunq; uellis/impellas. Expertus ſum ego/cum ſemp alias tum hac ꝓxima tua ad me epiſtola: In qua dū barbaros hos philoſophos inſectaris: quos dicis haberi uulgo ſordidos: rudes: īcultos. quos nec uixiſſe uiuentes nedum extincti uiuant. Et ſi nunc uiuant uiuere in pænā & cōtumeliā Ita porro ſum cōmotus ita me puduit piguitq; ſtudioꝝ meorū. Iam enim ſexenniū apud illos uerſor. ut nō minus me feciſſe uelim q̄ in tam nihili facienda re tam laborioſe cōtendiſſe. perdiderī ego inq̄ apud Thomā: Ioānē ſcotū: apud Albertū: apud Aueroē meliores annos: tantas uigilias: quibus potuerim in bonis litteris fortaſſe nō nihil eſſe: Cogitabā mecum ut me cōſolarer ſi qui ex illis nunc reuiuiſcunt: habituri ne quicq̄ ſint quo ſuā cauſam argumentoſi alioquin hoīes ratione aliqua tueant͏̃. demū ſuccurrit ex ipſis quēpiam paulo facundiorem ſuā barbariā q̄ poterit minime barbare/hunc in modū fortaſſe defenſurum. Viximas celebres o Hermolae & poſt hac uiuemus/nō in ſcholis grāmaticorum & pedagogiis: Sed in philoſophoꝝ coronis: in cōuentibus ſapientū: ubi nō de matre andromaches nō de niobes filiis: atq; id genus leuibus nugis: Sed de humanaꝝ diuinarum que reꝝ rationibus agit͏̃ & diſputat͏̃. In quibus metitandis inquirendis & enodandis/ita ſubtiles: acuti: acreſq; ſuimus: ut anxi quādoq; nimium & moroſi fuiſſe forte uideamur: ſi modo eſſe moroſus quiſq̄ aut curioſus nimio plus in indaganda ueritate pōt/ atq; in his quidē ſi quis nos arguat hebetudinis & tarditatis: age amabo quicūq; is eſt pedē cōferat experiet͏̃ habuiſſe barbaros nō in lingua/Sed in pectore Mercuriū/nō defuiſſe illis ſapiētiā: ſi defuit eloquētia: quā cū ſapiētia nō cōiunxiſſe/tm̄ fortaſſe abeſt a culpa ut cōiunxiſſe ſit nephas. Quis enī cincinnos. Quis fucū in ꝓba uirgine nō damnet. & deteſtetur. Tanta eſt inter oratoris munus & philoſophi pugnātia ut pugnare magis inuicē nō poſſint. Nam qd͏̃ aliud rhetoris officiū q̄ mentiri decipere: circūuenire: præſtigiari. Eſt enī ueſtrum/ut dicitis/poſſe ꝑ arbitrio in candida nigrū uertere: in nigra candidum. poſſe quæcunq; uultis tollere: abiicere: amplificare: extenuare dicēdo demū res ipſas magicis qua/

Thomas
Io. ſcotus
Albertus
Auerrois

Vixumus

ſi/quod uos iactatis uiribus eloquentiæ in quam libuerit faciem habitūq; transformare/ ut non qualia ſunt ſuopte ingenio/ ſed qualia uolueritis/non fiant quidē/ſed cū nō ſint eſſe tamē audientibus appareant hoc totum:eſt nequicq̄ aliud q̄ merum mendaciū: mera impoſtura:merū præſtigium: Cum a natura rei ſemp uel augendo excedat/uel minuēdo deficiat.& fallacem uerboꝝ cōcentū:ueluti laruas & ſimulachra prætendens auditorum mentes blandiendo ludificet. Erit ne huic cū philoſopho affinitas:cuius ſtudiū omne in cognoſcenda & demōſtranda cæteris ueritate uerſatᷣ Adde ꝙ nobis nulla erit fides lautitias uocū & ueneres affectantibus quaſi rebus parū fidētes/nec uero nixi/trahere in ſententiā his lenociniis hoīes queramus. Eſt ob hanc cām legere res ſacras ruſtice potius q̄ eleganter ſcriptas:ꝙ nihil ſit magis dedecēs & noxium in omni materia in qua de uero cognoſcendo agitur qua uniuerſum iſtud dicendi genus elaboratū. Hoc forenſiū eſt queſtionū/nō naturaliū atq; cæleſtium. Nō eſt coꝝ qui in achademia Sed qui in re pub. illa uerſantᷣ/in qua quæ fiunt/quæq; dicuntᷣ populari trutina examinantᷣ. apud quā flores fructibus longe preponderāt. Nō neſcis illud nō oīa omnibus pari filio couenīūt. Eſt elegans res(fatemur hoc)facundia/plena illecebræ & uoluptatis:Sed in philoſopho nec decora nec grata. Quis mellem inceſſum/argutas manus. ludibundos oculos in hiſtrione & ſaltatore nō ꝓbet in ciue in philoſophos quis nō improbet arguat abominetur. Si puellam uiderimus moribus lepidam atq; dicaculam laudabimus ex oſculabimur. hæc in matrona damnabimus & pſequamur/nō ergo nos:ſed illi inepri qui ad pedes ueſtæ agant bacchanalia. Qui grauitatē phicarum rerū & caſtitatem ludiens ueluti & calamiſtris dehoneſtēt ꝑfecto qđ Sineſius de adoleſcente: de oratione dici cōmode ꝑoteſt/comatā orationē ſemp cinedā: Quare nos noſtram malumus capillis hirtam: globoſam inexpeditāq̄ cū impuritatis uel nota/uel ſuſpitionē belle comatā. Et ut nihil ſint reliqua hoc eſt uerisſimū nihil eē diuerſum magis ab inſtituto philoſophi quacūq; in re/q̄ ꝙ luxū aut faſtum aliqua ex parte ſapit: Sicionios calceos habiles aptoſq; ad pedē dicebat Socrates: Sed Socrati nō couenire omnīo nō eadē rō ciuilis habitus & philoſophici ſic uti neq; menſæ neq; ſermonis: Vtiᷣ his phūs dumtxat ad neceſſitatē utiᷣ ciuilis homo etiā ad gratiam. Quā & hic ſi neglexerit nō ciuilis:& ille ſi affectauerit:non erit phūs. Si poſſet pythagoras uiuere ſine cibo/holeribus etiā parceretᷣ:Si ſua ſenſa aſpectu:aut demū minore q̄ ſermonis opera explicare:oīno nō loqueretᷣ. tm̄ abeſt: ut linguā poliat & exornet: qđ uel ob id cauendum nobis ne illectus cute medicata lector demoretᷣ ad eā:ad medullam & ſanguinem nō uadat:quē ſubeſſe ſæpe ceruſato ori infectū uidiuimus: Vidimus inq̄ꝫ in hiſce omnibus quibus ꝑpterea in uſu uenit. cū nihil ſit intus nō inane & uanū: detinere lectorem in prima facie modulatu uario/atq; concentu: Qđ ſi fecerit phūs: clamabit Muſonius non phūs loqui. ſed tibicinem canere. Non ergo nobis uitio detur id non feciſſe. quod feciſſe uitiū erat. Quærimus nos quid nam ſcribamus. non quærimus quomodo immo quomodo quærimus/ut. ſ. ſine pompa & flore ullo orationis. Quam nolumus ut delectabilis/uenuſta & faceta ſit. Sed ut utilis. grauis/ & reuerenda. ut maieſtatem potius ex horrere/q̄ꝫ gratiam ex mollitudine conſequatur non expectamus theatri plauſum ꝙ aures demulſerit equabilis clauſula uel numeroſa. ꝙ hoc ſit ſalſum. illud ſit lepidum. Sed expectamus paucorum potius præ admiratione ſilentium introſpicietium penitius aliquid/aut de naturæ adytis erutū aut de celi aula ad hoīes aductum. tum uel aliquid

Sineſius

Socrates

Pythagoras

Muſonius

ita argutum ut defendendi:ita deſenſum ut arguendi non ſit locus. Admirētur preterea nos ſagaces in inquirendo: Circunſpectos in explorando: ſubtiles in contemplando: in iudicando graues: implicitos inuinciendo faciles in enodando: Admirētur in nobis breuitatem ſtili ſætam rerum multarum atq; magnarum: ſub expoſitis uerbis remotiſſimas ſententiat plenas queſtionum/plenas ſolutionū: Quam apti ſumus q̄ bene inſtructi/ambiguitates tollere: ſcrupos diluere: inuoluta euoluere: flexianimis ſyllogiſmis & infirma re falſa: & uera confirmare his titulis o Hermolae uindicaturos poſt hac ad obliuione memoriam noſtram nō dubitamus. q; ſi uulgo ut dicis/habemur ſordidi: rudes inculti: hoc nobis ad gloriam eſt non ad contumeliam/uulgo nō ſcripſimus/ſed tibi/& tui ſimilibus. Nec aliter q̄ priſci ſuis enigmatis & fabularū in uolucris arcebant idiotas homines a myſteriis: & nos conſueuimus absterrere illos a noſtris dapibus quas non polluere non poſſent/amariori paulum cortice uerborum. Solent & qui theſauros occultare uolunt: ſi nō dat̄ ſeponere: quiſquiliis integre uel ruderibus ut prætereūtes non deprehendāt niſi quos ipſi dignos eo munere iudicauerint. Simile philoſophorum ſtudium celare res ſuas populum: a quo cum non probari modo/ſed nec intelligi illos deceat/non poteſt non dedecere habere aliquid quæ ipi ſcribunt: theatrale: plauſibile: populare. Quod demum multitudinis iudicio accommodare ſe uideatur. Sed uis effingam ideam ſermonis noſtri Ea eſt ipſiſſima quæ ſilenorum noſtri alcibiadis. Erant enim horum ſimulachra hiſpido ore/tetro/& aſpernabili. Sed intus plena gemmarum: ſupellectilis raræ & præcioſæ: Ita extrinſecus ſi aſpexeris/ferā uideas: ſi introſpexeris/numen agnoſcas At inquies nō ferunt aures: nunc aſperam nunc hiulcam: ſemper inconſonam texturam. Non ferūt barbara nomina ipſo etiam pene timende ſono. O delicate cum accedis cohraulas & citharedos pone te in auribus Cum uero philoſophos auoca a ſenſibus redeas ad te ipſum in animi penatralia mentiſq; receſſus. Aſſume illas thianei aures: quibus cum oīno nō erat in corpore nō terreſtrem Marſiam: Sed appollinem celeſtē diuina cithara uniuerſi melos ineffabilibus temperantem modis exaudiebat. his auribus philoſophorū uerba ſi delibaueris/mella tibi ad neſtoris inuidiam eſſe uidebuntur. Sed hec ſinamus nimio plus aſſurgētia. ꝑfecto faſtidire ī philoſopho ſubtiliſſime diſputāte minus cōcinnā eloquutionem nō tam delicati ſtomachi eſt q̄ inſolentis: Neq; eſt aliter/ac ſi quē in ſocrate de moribus docente offendat. aut laxus calceus aut toga diſſidens & ſectum praue ſtomachet̄ ob unguem.

Tullius

Nō deſiderat Tullius eloquentiam in philoſopho: Sed ut rebus & doctrina ſatiſſacit. Sciebat tam prudens: q̄ eruditus homo noſtrum eſſe componere mentem potius q̄ dictionem. Curare ne quid aberret ratio/nō oratio. Attinere ad nos εν διαθεσει λογον

Plato

nō attinere τον εν προφορα laudabile in nobis habere muſas in aīo & nō in labris neq̄ in illo uel per irā ſonet aſperius. uel per libidinē eneruatius: deniq; ne qua ſit diſcors a genuina ipa: qua tēperatus ē modulabiliter harmonia. Quā Plato Cū ītelligeret theatrali iſta & poetarum ſepe corrūpi a re. p. ſua poetas oēs eliminauit. gubernandā autē philoſophis reliquit. mox certe ſi per laſciuā diſſerendi poetas fuerint imitati exilio cōdemnādis At inſtabit Lucretius & ſi nō egeant per ſe philoſophiæ cōmētationes amenitate dicēdi

Lucretius

per eius tamē adhibitionē diſſimulandā eſſe ipſarum rerum auſteritatē: Sicut abſyntia ꝑ ſe pellunt morbos/melle tamen illiniuntur/ut puerorum ætas improuida ludiſicet̄. hoc forte tibi faciendum erat o lucreti: Si pueris ſcribebas tua: Si uulgo: faciendum utique tibi

qui non abſynthia modo:ſed meraciſſima toxica propinares.Sed longe alia nobis habē/
da ratio:qui uulgus:ut ante diximus non allectare quærimus ſed abſterrere.Nec tetra ab
ſynthia:Sed nectar propinamus/Sed contendet Lactantius ſatis conſtare in auditorum
animos uel ſeniorum influere potentius ueritatem & ui ſua inſtructam :& luce orationis Lactantius
ornatam.Si fuiſſes o firmiane tam frequens in ſacris litteris ꝙ infictis litibus fuiſti:& hoc
non dixiſſes/& noſtra nō minus bene ſortaſſe confirmaſſes:ꝙ deſtruxeras aliena dicquæ/
ſo quid mouet fortius & perſuadet ꝙ ſacrarum lectio litterarum:Non mouent non per/
ſuadent.Sed cogunt agitant/uim inferunt.legis rudia uerba & agreſtia:ſed uiua:ſed ani/
mata:flammea/aculeata/ad imum ſpiritum penetrantia:hominem totum poteſtate mi//
rabili traſformantia periclis orationibus elaboratis & luculentis nihil ſe commoueri in/ Pericles
quit Alcibiades.Sed Socratis uerbis nudis & ſimplicibus.Addit etiam ſi ſint inepta:rapi Alcibiades
in furorē extra ſe poni & uelit nolit/faciendum ei/ꝙ ille præceperat.Sed quid perdo uer/
ba in re confeſſa . ſi non deſipit auditor/a fucato ſermone quid ſperat aliud ꝙ inſidias.
tribus maxime perſuadetur:uita dicentis:ueritate rei.ſobrietate orationis:hæc ſunt lactā/ Socrates.
ti quæ philoſopho fidem conciliabunt ſi bonus fuerit ſi ueridicus : ſi id genus dicendi
appetens:quod non ex amenis muſarum ſyluis ſed ex horrendo fluxerit antro:in quo di/ Tribus maxi
xit hæreclitus latitare ueritatem.At dicet quiſpiam:Age amice examinemus hæc depoſi// me pſuaderi
ta contentione.Reuerēdum quidam atque diuinum per ſe eſt ſapientia:nec exotico quo/
ꝙ eget ornatu:Sed quæ inuidia & hunc accedere. Quis negat quæ per ſe decēt. ſi ador/
nentur fieri decentiora:ego amice hoc impleriſque nego:a deo multa ſunt quorum ſplen Heraclitus.
dorem ſiquid adiunxeris elimines & non illuſtres :ita ſunt ſcilicet in ſua natura optimo
ſtatu ut demutari ab illo niſi in peius non poſſint.Marmorea domus picturam non reci/
pit .Si opus albarium ſuper induxeris demas de dignitate de pulchritudine : Non aliter
& ſapientia & quæ tractantur a philoſophis tectorio non clareſcunt ſed offuſcantur.
Quid plura : Nō ne uulgatū bonas formas ceruſſa deuenuſtari.in uniuerſum quicquid
pulchri ſuper imponas:celat quod : inuenit:quod affert ſecum illud oſtentat
Quare ſi quod prius fuerat aduentitio præſtat:Iacturam fecerit illud quicquid eſt non
lucrum ob eam cauſam nudam ſe præbet philoſophia:undique cōſpicuam:tota ſub ocu/
los:ſub iudicium uenire geſtit.Scit ſe habere unde tota undique placeat. Quantum de
ea ueles: tantum de forma ueles tantum de laude minuas ſinceram & impermixtam ſe
haberi uult quicquid admiſceas infeceris:adulteraueris aliam feceris.Stat puncto inſe//
ctuli & in diuiduo.Qua ꝓpter nec ludendum tropis/nec uerbis aut nimis luxuriandū
aut tranſlatis laſciuiendum/aut factitiis audendū in re tam ſeria:tanti diſcriminis in qua
demere:addere:demutare aliquid ſit flagitium At inquies age damus hoc uobis ut non
ſit ueſtrum ornate loqui: Sed ueſtrum eſt certe : quod nec præſtatis/ut latine ſaltem / ut
ſi non floridis(ſuis tamen uerbis res explicitis. Non exigo a uobis orationem comp//
tam/ſed nolo ſordidam nolo unguentatam/ſed nec hircoſam. Non ſit electa : ſed
nec neglecta.Non quærimus ut delectet: Sed quærimur ꝙ offendat. Bene habet iam
ſcilicet ad nos deficis. Sed amabo incognoſcamus quid iſthæc ſit latinitas/quam ſo//
lam dicitis debere philoſophos & non perſoluere. Si dicendo incurrat exempli cauſa a
ſole hominem produci .cauſari hominem noſtrates dicent.Clamabis actutum hoc non

eſt latinum : huc uſque uere . non eſt romane dictum : hoc uero uerius/igitur non recte.
peccat argumentũ: dicet Arabs eandem rem: dicet egyptius nõ dicet latine/ſed tamen re
cte. Aut enim nomina rerũ arbitrio conſtant/aut natura. Si fortuito poſitu: ut ſcilicet cõ/
munione hominũ in eadem ſententiã cõueniente: quo ſanxerint unũquodq; nomine ap
pellari: ita apud eos recte appellet᷑. Quid prohibet hoſce philoſophos quos nuncupa/
tis barbaros/conſpiraſſe in unã dicendi normã: apud eos nõ ſecus ſanctum/hac habean/
tur apud uos Romana: illam cur rectã non appelletis: appelletis ueſtrã: nulla eſt ratio.
Si/hæc impoſitio nominũ tota eſt arbitraria. Quod ſi dignari illã Romani nominis ap
pellatione nõ uultis/Gallicã uocetis/Britanicã Hiſpanã: uel quod uulgares dicere ſolẽt
pariſienſem. Cum ad uos loquent᷑/continget eos pleraq; rideri/pleraq; non intelligi: idẽ
accidet uobis apud eos loquentibus αναχαρσισ παρααθηναιοισ σολοικιζει·αθηναιοι δε παρα
σκυθαισ ideſt anacharſis apud athenienſes ſolœciſmũ facit athenienſes apud ſcytas. q; ſi
nominũ rectitudo pẽdet ex natura rerũ debemus ut ne rhetores an philoſophos/qui re/
rũm omniũ naturam ſoli perſpectã habent & exploratã de hac rectitudine cõſulere. forte
quæ aures reſpuunt/ut pote aſperula : acceptat ratio/utpote rebus cognatiora. Sed quid
oportuit nouare eos linguã/& ſi nati erant inter latinos nõ latine loqui. non poterãt illi
o Hermolae dum legebãt in cælo fatorũ leges & ordinẽ uniuerſi/legebãt in elemẽtis næ
ſcendi uices & obeundi: ſimpliciũ uires mixtorũ temperaturas. Non poterant inquã eodẽ
tempore in Cicerone in Plinio: in Apuleio Romanæ linguæ ꝓprietates leges obſeruan/
tias annotare. Quærebant quid abhorrẽs: Quid receptũ in natura: quid a Romanis in
terea/non curabant uerũ enim uero iam te loco meliore ſtatuo: do tibi eloquentiã & ſa/
pientiã mutuo nexu inuicẽ conſpiraſſe. Abiunxerũt philoſophi ſapientiã ab eloquẽtia ab
iunxerunt iſtorici: rhetores. poetæ: quod defle philoſtratus eloquentiã a ſapiẽtia . hos tu
Philoſtratus uicturos celebri fama minime dubitas: illos nõ niſi in penã & cõtumeliã uide quid agas:
Cicero Indiſertam mauult Cicero prudentiã ꝙ̃ ſtultã loquacitatẽ Nõ quærimus in pecunia: qua
moneta percuſſa ſit ſed qua materia cõſtet. Nec eſt qui purũ aurum non malit habere ſub
nota teutonũ: ꝙ̃ ſub Romano ſymbolo factitiũ· peccant qui diſſidiũ cordis & lingue fa/
ciunt: ſed qui excordes toti ſunt lingua. nõ ne ſunt mera/ut Cato ait/mortuaria gloſſaria
Cato uiuere ſine lingua poſſumus/forte non cõmode: Sed ſine corde nullo modo poſſumus.
Non eſt humanus qui ſit inſolens politioris litteraturæ: Non eſt homo qui ſit expers phi
loſophiæ: ꝓdeſſe põt infantiſſima ſapientia: inſipiens eloquẽtia/uti gladius infurẽtis ma
nu/non obeſſe maxime nõ poteſt. Ergo inquies & ſtatuæ non a figura: ſed a materia com
Cherillus mendantur: & ſi cherilus eadem quæ Homerus/& de eiſdem Meuius ac Virgilius ceciniſ
Homerus ſent futurum erat: ut æque illi atq; iſti inter poetas reciperent᷑. Non ne uides diſparilitatẽ
Meuius ſimilitudinis. Illud & nos aſſeueramus a ſpecie rem eſtimari non ex ſubiecto . Eſt enim a
Vergilius ſpecie res id quod eſt: Sed alia ſpem quiſpiam inter philoſophos/alia inter poetas recipi/
Lucretius endus. Scribat Lucretius de natura. de deo: de prouidentia : ſcribat de eiſdem ex noſtris
Scotus quiſpiam: Scribat Ioannes ſcotus & quidẽ carmine ut ſit ineptior . dicet Lucretius rerum
principia atomos & uacuum: deũ corporeum: rerũ noſtrarum inſcium temere omnia ſor
tuito occurſu corpuſculorum ferri. Sed hæc latine dicet & eleganter. Dicet Ioannes quæ
natura cõſtãt/ſua materia ſpecieq; cõſtitui/eſſe deũ ſeparatã mentẽ/cognoſcentẽ oĩa/oĩ/

bus conſulentem:Nec ꝓpterea q̃ uniuerſa etiã infima uideat ac moderet̃ e ſua pace mini
mum dimoueri:Sed quod dici ſolet κατιορτα ωηκατιεραι At dicet inſulſe:ruditer:nõ latinis
uerbis.Quæſo quis in dubiũ reuocet uter poeta melior:uter philoſophus.Extra omnem
eſt cõtrouerſiã tam rectius Scotum philoſophari:q̃ ille loquitur ornatius.Sed uide quid
differant:huic os inſipidũ illi mens decipiens:hic grãmaticorũ ne poetarũ dicam decre/
ta neſcit:ille dei atq; naturæ:hic infantiſſimus dicendo/ſentit ea:quæ laudari dicendo ſa
tis nõ poſſunt/ille fando eloquẽtiſſimus eloquit̃ neſanda.Hæc illi fortaſſe afferẽt Her/
molae cariſſime in defenſionẽ ſuæ barbariæ aut qua ſunt ſubtilitate multo ſortaſſe melio
ra.Quoꝝ ſñiæ nec ego plane accedo nec ingenuo cuiq̃ & liberali accedendũ puto:Sed
exercui me libenter in hac materia tanquã infami:ut qui Quartanã laudant:cum ut in/
genium periclitarer/tum hoc cõſilio ut ueluti glaucus ille apud Platonẽ iniuſticiã laudat
non ex iudicio:ſed ut ad laudes iuſticiæ Socratẽ extimulet:ita ego ut eloquẽtiæ cãm a te
agi audiã in eum licẽtius repugnãte pauliſper ſenſu atq; natura inuectus ſum:ſi uel negli
gendã uel poſthabendã barbaris exiſtimarẽ:nõ ab illis ad eam quod nuper feci:ad græ/
cas litteras:ad tuũ nunquã ſatis laudatũ themiſtiũ/pene totus defeciſſem quãuis dicã li/
bere quod ſentio mouẽt mihi ſtomachũ grãmatiſtæ quidã:qui cum duas tenuerint uoca/
bulorũ origenes ſe oſtẽtant:ita uenditãt:ita circũferunt iactabũdi/ut præ ſe ipſis pro nihi
lo habẽdos philoſophos arbitrent̃:Nolumus inquiũt haſce uoſtras philoſophias & qđ
mirũ:nec phalermũ canes.Sed nos hac fini epiſtolã claudamus.Si decus aliqđ nomẽq;
ſibi ꝓmouerunt barbari illi ſola rerum cognitione nõ eſſe facile dictu.Quem locum.
Quid laudũ tu tibi uendices qui ſis inter philoſophos eloquentiſſimus:inter eloquẽtes/
ut dicam grece φιλοσοφωτατοσ Florentiæ.iii.nonas Iunias.Mcccclxxxv.

Salue pater dilectiſſime.de Apollino thianeo nihil ſentio magis
q̃ quod tu ſentis ſuper qua re ſcribã ad te plura/cum erit ocium
& quæ tibi erũt fortaſſe nõ ingrata.de diuerſitate trãſlationis no
ſtræ a littera hebraica ĩ tertio capite libri geneſeos ubi de eua igi
tur & ſerpẽte/ſic equidẽ cenſeo:eſt in hebreo.Quẽadmodũ ſcri
bis ipſum cõteret caput tuũ referturq; ad ſemen Eue de quo dixe
rat inimicitias ponã inter ſemẽ tuum & ſemen illius.lxx.uero &
Hieronymus tranſtulerunt ipſa cõteret Capud tuũ utrobiq; aũt
idẽ ſenſus:Nam qđ dicit̃ ipſum cõteret nõ tam ipſam Eue perſo
nã q̃ Eue poſtentatẽ reſpicit.Cum id dicat̃ factura:qđ in ſemi/
ne ſuo factura eſt/Sed cur maluerint ipſa uertere q̃ ipſum.hoc fuiſſe arbitror in cauſa ut
ſignificarent cum ex Eua non feminæ ſolũ ſed mares eſſent propagandi quod de ſemine
dicebatur ad femineũ ſolum ſemen referendũ.hæc ſunt quæ ſuper hac re in præſentia in
mentem ueniunt.Concordiã Platonis & Ariſtotelis aſſidue molior do illi quotidie iuſtũ
matutinum poſt meridianas horas/amicis/ualitudini/interdum poetis & orratoribus:&
ſi qua ſunt ſtudia operæ leuioris:noctem ſibi cum ſomno ſacræ litteræ partiuntur:tu ſac
quæſo ne tua diutius deſiderem.Saluta Beroaldum.Politianus tuus eſt totus:ualꝺe & de
um ora pro me Floren.die uigeſima Marcii.Mcccclxxxx.

Reuerendo in chriſto patri fratri Baptiſtæ Mantuano ordinis Carmelitarum poetæ phi
loſopho & theologo inſigni &c. Filius Ioannes Miran.

Ioannes Picus Miran. Alto manutio: S.

MItto homerũ: quẽ deſiderabas: ſerius tamẽ ꝗ̃ ut tu uoluiſti & ego de/
bebã. Ita mi alte diſtringor occupatiõe ut neq; interſpirãdi ſit locus/
Addixi me (qđ & tu noſti) iam dudũ litteris in ſamulatũ. Ille pro ſuo
imperio/Ita ſeuere legẽdi dictandi exigũt penſum ut uix ualitudinẽ
redimã. Tu qđ te ſcribis facturũ: accinge ad philoſophiã: ſed hac le/
ge ut memineris nullã eſſe philoſophiam: quæ a myſteriorũ ueritate
nos auocet: philoſophia ueritatem quærit. Theologia inuenit religio poſſidet uale Florẽ.
die undecimo Februa. Mcccc. nonageſimo anno gratie.

Ioannes Picus Miran. Hermolao barbaro patriarche aquil. S.

AVdio te patriarchã aquilciẽſem electũ. Gratulor illis hominibus pa/
ſtorẽ optimũ: toti ecclíæ militẽ ſtrenuiſſimũ: tibi tuæ uirtutis illuſtrã/
dæ amplificandæq; occaſionẽ datã: tria fere uiuendi genera: Ciuile:
comtẽplatiuũ: religioſum: in illo prudentiũ/in ſecundo doctrinã in
tertio quaſi faſtigio totius uitæ ꝑter duo illa ẽt ſanctitatẽ exigimus. te
ante hac & tua ciuitas in repub. gerenda magniſq; eorum tractandis
rebus diligentiſſimũ prudentiſſimumq; ſunt experti. & ſtudioſi omnes quaſi patronũ ac
uindicem bonarũ artium amant & ad mirantur. quod erat reliquuum hoc te facturum &
proculdubio ſcimus ita ſerio gaudemus ut ſcilicet non minus tibi imposterũ eccleſia de/
beat ꝗ̃ & tua ciuitas & litteræ hactenus debuerunt.

Ioanne Picus Miran. Hermolao ſuo. S.

QVid eſſe hoc dicam mi Hermolae ꝗ me quotidie nouis oneras offici
is: quaſi tu mihi aliquid debeas: cui ego iampridẽ omnia debeo: ue/
nit ſuperioribus diebus huc Antonius frater in patriã ſe recipiẽs. Ro
go quid Hermolaus agit/hoc ĩquit ille agit. Te amat/laudat/in cæ
lum fert/apud me/apud alios/apud ipſum pontificem/atq; hoc ita
aſſidue ita ualide agit quaſi nihil habeat præterea quod agat. Scri//
bunt item ad me aliquando quos iſtic habeo amici unus præcipue Coſmus pactius uir ut
ſemel laudes eius complectar dignus quẽ tu unice ames. Is uero quotiens ſcribit/totiens
de tuis in me officis ſcribit/de amore de mira quadã animi propenſione ut ſentias ut lo/
quaris de me ſemper honorificentiſſime o inauditam hanc tuã humanitatem qui nunꝗ̃
ſatis tibi eſſe in homines dictionis putas & ſi talis erga me es quo me ſacias magis tuum
magiſque obliges actum ut dicunt/agis. Aut plus debere/aut amare magis non poſſum.
Sed ita homo es/alios omnes prudentia moribus doctrina/humanitate etiam te ipſum
uincis. uale & me iam quæſo lauda modice dum tamen ames immodice. Salutat te
Politianus in te amando & laudando ſemper uerus ſemper immodicus. Flore. die ul/
tima. Iulii. Mccclxxxx.

## Ioannes Picus Miran. Hieronymo. S.

NIſi angelus noſter ad te ſcriberet/ego plura ad te ſcripſiſſem ſed nolo
picas meas illius muſis obſtrepere/& uoluptatē tuā importunus ego
interturbare. Quod ſi beneficiū intulit/qui abſtinuit iniuria quā in
ferre potuit hanc litterarū breuitatē nō potes mihi pro bñficio nō im
putare/quod eris pulcherrime remuneraturus ſi pro breuiſſimis lon/
giſſimas mihi ipſe reddideris. Nihil enim nobis tuis littereris gratius
quibus quæſo ne me defraudes/alioquin ſi ſilueris/par pari reponam. Namque ego tunc
maxime non ſilebo ſic enim te perbelle retaliauerim. Vale & Hermolaum noſtrum deli
tias Romane linguæ meo nomine plurimum ſalutato.

## Ioannes Picus Miran. Io. Franciſco pico nepoti. S.

q

Vod hactenus tuis litteris non reſponderim hoc fuit in cauſa incide/
rūt in manus meas libri quidā hebraici in quibus iam perpetuā heb/
domadā aſſiduus fui dies & noctes: ita ut pene me exoculauerint. Eſt
enim hic ad .xx. dies diſceſſurus: qui huc libros attulit ſiculus quidā
hebreus quare dum me ab illis extricauerim ne litterā quidē a me ex/
pectes neqꝫ enim poſſum momentum ab illis diſcedere ne forte illi diſcedāt prius ꝙ ego
eos oēs excuſerim. Cum ab hac cura liber fuero obruam te litteris ꝙ ꝙ ſcis animū me habe
re occupatiſſimū Si quid aūt tu unq̄ꝫ mea cauſa es facturus da operā qua ratione potes ne
meū iſtuc aduentū Barri princeps deſideret: ſtudia enim omnia interturbarē mea quibus
noſti tu ꝙ ſim deditus ꝙqꝫ nihil præter ea curē: haud ſatis aūt mihi conſtat utrū mihi mo
leſtius illi an mibi diſplicere. Vale & deum time & te quotidie cogita eſſe moriturum Fer
rarie. xxx. Maii. Mcccc. nonageſimo ſecundo.

## Ioannes Picus Miran. Marſilio ficino. S.

q

Vi ab amicis quod cupiunt pluribus cōtendunt iniuriā faciunt amici
cie quaſi ipſa nō poſſit quod pōt illecebra orationis. Quare agam te
cum ſimpliciter/ut ea exigit quæ mihi tecū iampridē intercedit beni/
uolentia: eſt hoc tempore ad mea ſtudia plurimū neceſſarius Iambli
cus Platonicus/hunc ſi ad me miſereris/perpetuo me tibi officio de/
uinxeris erit hic ad dies uiginti aut ſummum ad menſem/poſt/illico per tabellarium re/
mittetur. Tu interim & bibliotheca mea & rebus omnibus utere atqꝫ tuis. Vale.

## Ioannes Picus Miran. Angelo Politiano. S.

n

Ec urbanius unq̄ꝫ nec Hilarius acceptos ſe amores mei prædicant ꝙ
his proximis diebus apud te/& ꝙ amice quidē confoſſi ſunt cum ſibi
gratulant̄ maxime/tum tibi plurimum debēt. Quis enim nollit ab
iſto enſe mori: dolent tamen indulgentius id factum eſſe ꝙ oporte//
bat/atque in eo ſunt ut dubitent amore ipſo in amores te cecutiētem
factum meos: Ac ita demū dubitant/ut iudicio tuo alioquin grauiſſimo in ſua cauſa haud
ſatis cōfidant. Confidūt tñ & iam ſe ſe uinculis aſſerūt: domi eſſe neſciunt/libertatē & pu/

blicũ ſecure poſtulāt Sed quid de epitecti tui feſtiuitate dicā.o rem iocoſam & riſu dignā
catoniano:uix erat in limine cum pandens ſinus en inquit obelos/en ſagittas/ ſi neſcitis
grecæ.En me ſi ex ueſtris quiſq̃ audax fuerit paratū referre.Quis cachinnis temperaſſet
cum ſtoicus homo tam lepide iocaret̃:abſtinuimus profecto telis/& q̄ in terminatus erat
repoſiturū ſe ſe iniuriā/& q̄ ita cutis occalluerat ut tam leues ictus non admitteret.Qua
igitur ueneratione debuimus/ſenem excepimus.Qui/ut demū apud nos cōcedit philo/
ſophari cœpit de moribus/Et id quidē latine non tam ob id q̄ apud latinos erat(Nam &
erant in eo conſeſſu/qui greca nouerāt)q̃ q̄ latine ipſe beneficio tuo luculentius ſaperet/
Sed nec operā perdidit/quando quidē non prius loqui deſiit q̃ nos ex peripateticis ſtoi/
cos fecerit/Et apathian illā omnes approbauerimus/ut iam uidere ſit pauloāte delicatos
homines iam factos omniū tollerantiſſimos qui laceſſiri quidē poſſumus ab aliis/ Ledi
a nobis tantū/qui fato reluctemur nunq̃/& quæ noſtra non ſunt ſic fieri demū uelimus/
ut deus uult/& eos nec culpemus unq̃ nec accuſemus nihil doleamus/nihil expoſtule//
mus ſeruire uinci neſciamus.Re nō oratione philoſophemur & qui nouitii ſumus nos ip
ſos ut aduerſarios obſeruemus.Aliorū de nobis opinionē atq̧ id generis alia quæ exter/
na ſūt negligamus potius q̃ reiiciamus.Ad diē curemus ut hoſpitiū uiatores : habeamus
ea deniq̧ non habeamur.Silentiū amemus ne quicq̃ euomat̃ non cōcoctū. Et nobis ali
raro/& nos aliis nunquā riſum pariamus.Et ut uno cōplectar uerbo epitectum totum/&
ſubſtinere aduerſa/& abſtinere uoluptatibus abunde didicerimus.uide q̃ ſingulatim ad
epitectum tuū effinxerimus uitā noſtram.uide q̃ & cito ne hac quoq̧ parte ſtoici nō eſſe/
mus:qui nos admonitos uolunt tam diu deſicere hominē/q̃diu nō proficit.Id quod q̃q̃
in ceteris admiratus ſum in me tamen uno uel maxime. Qui cū ſemper in lyceo uel aca
demia:nunq̃ in porticu ſim uerſatus:ita uictus ſum oratione ſenis/ut in eius ſententiam
non pedibus modo ſed manibus quoq̧ & toto corpore diſceſſerim.Indicē gregorii libro
rum:qui mecum hic diuerſant̃ cum manuelis epiſtola/quod tue littere poſtulāt ad te mit
to.Indicem tuorū itidem deſiderio Laurentio iuniori meo nomine ſalutē dicito/ad quē
ſcripturus eram/ſed pudor deterruit ne uideat hominem litteris compellare. Vale.

## Ioannes Picus Miran.Thomæ medio.S.

Quod fabellā tuam & eam feſtiuā quidē atq̧ concinnā meo no
mini nuncupaueris:indicio mihi fuit & doctrinæ tuæ & ſingu/
laris in me beniuolētiæ:grauis utraq̧ cauſa quæ me ad te amā
dum urgeat & impellat:utra neſcio magis:ut enim in amore(
quod in prouerbio eſt)Mutuū non reddidiſſe flagitium eſt: ita
laudatiſſimū hominē & ſi non prouoceris/non amaſſe:aut ru/
ſtici eſt ingenii:aut ſane improbi. Vide igitur q̃ me geminis(
ut aiunt)funibus ad amiciciā non uocas modo:ſed trahis/quā
do nec in ea eſt fabella quicq̃:quod doctrinā:qđ ingeniū non
oleat.Nec de me bene mereri magis præclare poteras:q̃ egre/
giæ fabellæ dicatura meo nomini tā amici tā liberaliter conſulere.cuius argumentū tm̄
abeſt:ut uel negligā:uel accuſem:ut etiā ſūmo opere probē.Mea em̄ ſemper fuit ſentētia

cui neq; ex doctis queq̃ reclamaturũ puto: Acrioris eſſe ingenii iocularia hæc/ & fabellas ſcribere: modo id(quod pſtitiſti ipſe q̃ cumulatiſſime)erudite & elegãter fiat/q̃ de grauiſſimis rebus uel ornate diſſeruiſſe. Quippe cũ opoſius lõge ex limo/q̃ ex ære/Auro ue decoram effinxiſſe ſtatuã arbitremur: cur non itidẽ erit de humili q̃ de ſublimi materia inſigne aliquid dictitaſſe: & pluris certe negocii: & iccirco etiã laudabilius: illorũ operi argumẽti dignitas lenocinatur: Hi quicquid dignũ afferũt: id totũ de ſcriptoris penu depromitur Nihil ipſa materia/uelut aſymbola conferẽte: Illis natura ſedulo opitulat᷑: Hi aduerſus naturã certe contendũt: Quod & ſi ita ſit nõ ibo tamẽ inficias inter has quas dixi humiliores materias: aliis alias mirũ in modũ preſtare & eſſe etiã id generis nõnullas/ita iacẽtes/ita inſipidas/ut nulla ui/aut maieſtate uerborum attolli ſatis/ & ſcite condiri poſſint: Quod uitii his nunq̃ ineſſe põt: que uenuſta iocoꝝ urbanitate reſarciũtur: At uero ſummis ſubſelliis cõſtituẽdas eas duco: quæ cũ saliũ lepore admixtũ habẽt ætatũ pſonarũq; graphicã exſcriptionẽ: ↄ & habẽt ea oĩa: quæ comicoꝝ ſunt: & tu in ea quã ad me dediſti fabella pulcherrime imitatus es: q̃tum ibi argutiarũ: que ſalium opportuna: & ingenioſa pmixtio: ut delectat: ut lepida: ut abſoluta eſt undiq;: & ſi qua materiæ humilitate ſordiduiſcula & debilior appuerit/orõnis luce/& dignitate ſe ipam erigẽs/& nitorẽ/ac neruos aſſumẽs: ea eſt pfecto(ut paucis dicã)quæ a ſe litteratiſſimo hoĩe pfectã liqdo demõſtret. uerũ inter cætera oĩa illa mihi pcipue cordi eſt/morũ/etatũ/pſonarũq;/exquiſita/& cõmoda adnotatio: in qua unã prudentiã tuã: eãq; nõ mediocrẽ/uelut e ſpecula lõge pſpicio. Videres uellẽ quẽ mihi cachinũ moueat octogenarius ãtiſtes: qui ut cũq; cetera ſuccedãt hoc tamẽ continue ſaxũ uoluit/ut alicũde pecuniã corrodat: quod uitiũ ſenibus cognatũ & familiare/ſemp fuit. Quid dicã de paraſito noſtro/qui a parciſſimo ſene/cœnã ſaliarem diſſimulãs/extorquet. Qui ipm/ut ita dicã ſingulariſſime pumicẽ emũgit. Nullum eſt mi Thoma in ea fabella uerbũ/quod nõ ſibi quoddã peculiare palmariũ uẽdicet. ſed neq; merũ eſt/referre quecũq; olfeci/neq; his ſum naribus quæ olfecerint oĩa. hoc tibi cõſtet/rem aut gratam magis/aut iucundã mihi cõtigiſſe nunq̃/ & iſpam igitur intra hos lares & te ipm intra animũ recepi: habes mi Thoma quod(& ſi tu petis) petendũ erat a me/mutua eſt inter nos amicicia/quã ipſe(ut te uirũ decebat preſtantiſſimũ) a muſis auſpiratus es. Reliquũ eſt/ut quotiẽs uel re mea/quãtulacũq; eſt/uel opera indigueris/de mea in te uoluntate ꝑiculũ facias. Neq; enim(ſi qua dabitur occaſio)ullum erga te officii genus pretermittã quod ipſe aduerſum me in amiciciæ ueſtibulo feciſti prior. Vale.

Io. Picus Miran. Concordiæ comes ſuo Nicolao leoniceno. S.

i Am ſæpius & pluribus tecũ per litteras collocutus fuiſſem Nicolae ſuauiſſime ſi ubi nã eſſes mihi aut nũcio/aut litteris/aut rumore/notum fuiſſet. Ego uero id anxie a multis percũctatus fui/dubiũ ab oĩbus reſpõſum accæpi/Tãdem ſupioribus diebus in manus meas inciderũt Antonii fauentini grauiſſimi philoſophi ad Thomã frignanũ litteræ/ex illis te eſſe Florẽtiæ/quod mihi tũc gratiſſimum fuit/accepi/hoc ſimulac intellexi litteras per tabellariũ ad te Florentiã dedi. Vanũ fuit iter neq; eni illic te repperit/Dolui ſummopere/hodie Thomas ſignificauit te Florẽtia diſceſſiſſe & Bononiæ eſſe: illico has ad te deferri iuſſi. In quibus quidẽ neq; meã inte

beniuolentiã neq; ſingularẽ amorẽ pluribus aperire nitar/neq; enĩ de noſtra inte uolũta te tibi uel pauxilulũ quidẽ ſub dubitandũ/niſi me & egregiæ uirtutis tue & tuo℞ in me of ſicio℞/quod meũ nõ eſt/oblitũ exiſtimares. Non potui autẽ nõ mirari ſũmopere ꝙ cũ ex urbis tumultibus te eripuiſti q̃ſiturus ſedẽ in qua uiuere & trãquille poſſes & iocũde/ hoc oppidulũ noſtrũ aut certe oblitus ſis/aut certe cõtempſeris/uiſus es Nicolae diffidere aut uoluntati meæ/aut facultati ut uero hæc tuis meritis minor/ Ita illa tua maior opinione/ gratũ mihi erit ſi me tui cõſilii admonueris/gratiſſimũ oĩm ſi meos lares tibi cões nõ de/ dignaberis mecũ ociaturus dũ cæteri cũ marte negociabunť: Reliquũ Io. grãmatici ad te mitto quod ꝑ multos dies nõ inuentũ nũc repertũ eſt/Tuus ſum & te expecto. Vale Mirã dulæ die. xx. Iulii. Mcccclxxxii. Cura oĩni diligentia ſi me amas habere indicẽ oĩm librorũ qui in bibliotheca Sancti Dominici reperiunť/Mitte uel tecum affer. Vale iterum. Villã exædificaui ſuburbanã amœnã ſatis pro loci & religionis condictione/ Carmẽ lon gum de ipſa cõpoſui/& tibi domus ſuauis/& carmẽ erit nõ iniocundũ/iterũ Vale.

Ioannes Picus Miran. Angelo Politiano ſuo. S.

q Vod ꝓximis litteris tuis me tãtopere laudaris. debeo tibi tãtũ quantũ ab eo abſum/ut merito lauder. Id enĩ debeť cuiq; quod gratis dat/nõ quod ꝑſol/ uit. Quare & ipe id totũ tibi debeo quod de me ſcribis. cũ in me tale ſit ni/ hil. Cũ id mihi ipe nullo pacto deberes. id totũ tue fuit hũanitatis. & ſingu/ laris in me beniuolẽtiæ. De cetero ſi me examinaris nihil ĩuenies niſi tenue/hũile/& ãgu/ ſtum. Nouicii ſumus/atq; tirũculi/qui ex inſcitiæ tenebris pedẽ modo mouimus/ꝓmoui/ mus fere nihil. Benigne nobiſcũ agiť ſi ĩter ſtudioſo℞ ordines referamur. habet docti no men/quiddã aliud/quod ſit tibi: & tui ſĩilibus peculiare mihi tã grãdia nõ conueniũt. Cũ eo℞ que. In litterarũ ſtudiis ſint ꝓ̃cipua/ nihil nõ ſolũ exploratũ habeã/ ſed nec adhuc ẽt niſi ꝑtranſennã uiderim. Conabor quidẽ(id quod nũc ago)talis eſſe/aliquãdo qualẽ nũc me ꝓ̃dicas & eſſe aut iudicas. aut certe uelles. Interea imitabor te ãgele/qui te grecis excu/ ſas/ꝙ ſis latinus/latinis ꝙ greciſſes. Simili & ego utar perfugio/ut poetis rhetoribuſq; me approbẽ ꝓpterea ꝙ philoſophari dicar: philoſophis ꝙ rhetoriſſem & muſas colã/q̃q̃ mi/ hi lõge aliter accidit atq; tibi. Quippe ego dũ geminis(ut aiunt)ſellis ſedere uolo utraq; excludor fitq; demũ(ut dicã paucis)ut nec poeta/nec rhetor ſim/neq; philoſophus. Tu ita utrũq; imples/ut utrũ magis/haud ſatis cõſtet/qui & grecã & noſtrã mineruã ita pulchre amplectaris quaſi cignus utriuſq; lingue/ut que inſciticia ſit que genuina nõ facile diſcer ni poſſit. Nã ut de latinis taceã(de his enĩ cui e primo loco ceſſeris)qs credat(ut de Adria/ no ille)romanũ hoĩem tã grece loq. Iurabat emanuel noſter dũ tuas legeret nõ eſſe tã at/ ticas athenas ipas. Is es mi ãgele(faceſſat adulatio)cui ex noſtris unus aut alť/ ne dicã ne mo cõferendus ſit. Quod ſi plures eſſent tales/nõ haberẽt hæc ſecula cur ĩuiderẽt ãtiqui tati. Incũbe quæſo/& litteras q̃tum potes a ſitu recipe/ne nitor ille Romanæ lingue ĩiuria tẽpo℞ penitus obſoleſcat excude ſemꝑ aliqd nouũ quod rem latinã adiuuet & illuſtret. Et que domi habes fac tandẽ excãt. In cõmunẽ ſtudioſo℞ utilitatẽ. Ego quidẽ ut te ipſum ita tua omnia amo atq; deſidero. tũ eo magis ꝙ te mihi exẽplar ꝓpoſui ad quod effingar & ſi is es. Quem ut ſequi omnes debẽt ita cõſequi pauci poſſunt. Vale.

Ioannes Picus Miran. Paulo corteſio ſuo. S.

b Ene cogitas Paule. Mittamus crebro epiſtolas/ ut qui locorum interuallis diuidimur/epiſtolarũ certe uiciſſitudine cõiungamur leuare ſolet abſentũ deſiderium/Si quam domi illius/aut ſtatuã fortaſſe habeas aut imaginẽ. Mihi uero inter imaginem & epiſtolã hoc intereſſe uidetur/hæc mentẽ/corpus illa effigiat/illa extrema tantũ deliniat/hæc intima etiã plane exprimit & effingit. illa amici quaſi tunicã & amictũ hæc uerum nobis amicũ repreſentat. illa carnis colores figurãq; quod poteſt emulatur: hæc cogitationes: conſilia/dolores/gaudia/curas/omẽs deniq; affectus. Et quę ipſe ſibi uix quiſq; preſens loquit̃ ſecreta animi/ad amicũ abſentẽ Fideliſſime trãſmittit hæc deniq; uiuum & efficax/illa emortuũ & mutũ ſimulachrum eſt. Miſitemus has igitur inuicẽ animorum imagines/tu quidẽ quas potes aureas & argẽteas ego uel æreas uel teſtaceas. Sic enĩ extra omnẽ erimus iniuriã locorum & tẽporum. Sicut/nec ipſa animi uis/aut loci intercapedines/aut temporum moras nouit/At uero illud quantũ eſt quod ego tibi debeo Paule officioſiſſime/quĩ me ad hoc officium prior uocaſti tali preſertim epiſtola/ quę me adeo tenuit & oblectauit ut multos iã dies/nulla me magis lectiõe meminerim oblectari. Eſt enĩ plena facundiæ/plena gratiarũ/plena amoris & beniuolẽtiæ. expectabas fortaſſe ut dicerẽ plena meatũ laudũ: Equidẽ eram & hoc dicturus/Non enim adeo ferreus/aut ſi hoc mauis dici/adeo ſum philoſophus ut amicorum laudatiõibus nõ oblecter. Quæ ſi ſunt uere/me ipſum mihi/ſi falſæ/illorum mihi amorẽ/uoluntatẽq; cõmendant. facile igitur impetrabo a mea philoſophia/ut tuas epiſtolas & crebro legã & cum uoluptate/ etiã qua parte me laudant/Sed nõ illud tam facile/ut in rependẽdo officio hoc litterarum/ſatis ciuilis appaream/aut nõ ingratus: Ita enim imperioſa domina me diſtringit/ ita penſum exigit quottidie/ita deniq; totũ me occupat ut uix quicq̃ de me mihi etiã ipſi/reliquum ſit. Sed qua tu es humanitate & epiſtolas etiã malas cum ſcribemus/& ſilentiũ equi boni cõſules cum tacebimus. Politianus comunes delitiæ te ſalutat. Vale.

Ioannes Picus Miran. Troilo maluetio. S.

l Ibellus tuus de ſortibus tanta me affecit uoluptate/quanta ſolet is affici. Cui optima ſors cõtigerit. Ago tibi ingẽtes gratias/ ꝙ me tuarũ lucubrationũ feceris participẽ/taliũ preſertim: In quibus. & diſputandi ſubtilitas/ & multiplex uariarũ rerum cognitio facile apparet. Quorũ alterũ ingenii. alterum diligẽtiæ laudẽ habet: Nugas noſtras/quas deſideras propediem ad te dabo. Incertũ .n. utrũ indignius illarũ te lectione occupatiſſimũ iuriſconſultũ detineri/an deſyderio amiciſſimum hominẽ diu ſuſpendi. Vale & me ama Fer. xxix. Maii. Mcccclxxxxii.

Ioannes Picus Miran. Taddeo ugolino. S.

g Ratiſſimas habui litteras tuas/plenas amoris/fidei & charitatis/nõ ob id tãtum/ꝙ tu mei memineris/ſed quod in illis me amice amones/ut ego ipẽ mei ideſt bonorum ſtudiorum/& quam dedi expectationis ſubſtinendæ meminerim/ equidẽ infirmitatis meæ conſcius. nihil uel mediocre de me polliceri auſim.

Sed ille a quo omne bonũ pater luminũ clemẽtiſſimus/ ut ante hac dedit unde de nobis aliquid ſperarẽt homines. ita dabit in poſterũ: ut tam bene conceptã opinionẽ fruſtra nõ habeamus. Romam ꝑpero ubi de noſtris ſtudiis periculũ/uel cum periculo faciemus. Si quid ꝑſecerimus/dei eſt munus: illi laudes & gratiæ. ſi quid defecerimus: noſtra eſt imbecillitas/nobis imputato. Cæterũ ego ſum tuus/ut qui ob tuã & uitæ & morũ integritatem Vix Hieronymo noſtro in te amando primas conceſſerim. Vale.

## Ioannes Picus Miran. Thomæ medio. S.

ſOlidius nunq̃ me oblectatũ memini q̃ nuper: dum tuam epyrotã legerẽ. fabellã ꝑculdubio facetiſſimã: cum argumenti feſtiuitate: tum ſtili eruditione priſcas etiã comedias prouocantẽ. Quid enĩ has nouitias dicã/ineptas plane & infacetas: quæ auctoꝝ infantiã facile declarant. digna ꝑfecto fuit: quæ Hermolao barbaro/Neſcio an tuo. q̃ meo magis/nominatim dicaretur: Cui uni omnes litteratos tantũ debere exiſtimo: quantũ uix debẽt ãtiquitati: Quod me ea minime fraudaris. feciſti pro tua in me. ante hac perſpectiſſima beniuolẽtia: Nec eſt quicq̃ apud me tãti: quod ſi tibi quaſi mutuum miſiſſẽ: relatã abunde gratiã putẽ: Comediæ nouæ: quã mihi polliceris: iam expectãs inhio. Neq; eſt quicq̃ quod ea magis optẽ. præter unũ ad nos aduentũ tuũ: Quẽ niſi ad decẽ dies hinc mihi abſcendendũ foret: ut ex ſita noſtro te cognouiſſe arbitror/efflagitãdo certe abſte impetraſſem: eſt enĩ ex his coniicere quæ ſcripſiſti: Quid ſit futurũ amænitatis in cõſuetudine: Quid in ipſo cõuictu: quid in uiuis uocibus quæ ꝑfecto latitantẽ habent energiã: quæ altius animũ uoluptet/afficiatq; miris modis: quod oĩbus ſcriptionibus lõge preponderãt: Sed quãdo hoc nõ licet interim a me comediæ materiã non expectes. Malo utrũq; e tuo penu promas/ut Thomã mediũ/ nõ medium/ſed totũ fabella ſapiat. Vereor enĩ ne obſequẽdo tibi. hebetudo ingenii mihi iacturam faceret. Ex eo quod de noſtro admitteret/ab opifice opus degeneraret. Apud me nihil eſt nõ expoſitũ: inſulſum: fatuum: plebeium. At deſiderãt hæ comediæ neſcio quid ſecretiorũ rerum: ſalſum: mordax: elegans acutũ: tibi tuiq; ingenii amenitatibus peculiare. Quare rem matura mihi futurã q̃ gratiſſimã: ut quando te corã frui non licet: fruar hac ratione uel abſente. Quod ſi ut dixi antea/tam citus hinc mihi diſceſſus non fuiſſet. profecto aliquod dies & genium ſimul & ingenium excoluiſſemus. Vale.

## Ioannes Picus Miran. Marſilio ficino. S.

nOn poteras opportunius maumettẽ tuum latinũ repetere q̃ hoc tẽpore quo me ꝑpediem maumettẽ ipſum patria lingua loquentẽ auditurũ ſpero/poſtq̃ enim hebraicæ linguæ perpetuũ meſſem/dies/noctesq; inuigilaui. ad arabicæ ſtudiũ & chaldaicæ/totus me contuli nihil in eis ueritus me profecturum minuſq; in hebraica profecerim/in qua poſſum/nondũ quidẽ cum laude: Sed citra culpã epiſtolã dictare. Vide quid poſſit ĩpetus animi. Vide quid labor & diligẽtia etiã ubi ſint uires infirmiuſculæ. animarũ autẽ/me atq; adeo. agentẽ alia ui compulerũt ad arabũ litteras chaldeorũq; perdiſcendas libri quidam utriuſq; linguæ/ qui profecto nõ temere aut

fortuito/ſed dei cõſilio.& meis ſtudiis benefauẽtis numinis ad meas manus peruenerũt. Audi inſcriptiones:uadimonium deſeres Chaldaici hi libri ſunt. Si libri ſunt & non theſauri/in primis Ezre Zoroaſtris & melchiar magorũ oracula/in quibus & illa quoq;:quæ apud grecos mẽdoſa & mutila circunſerũtur legũtur integra & abſoluta. Tum eſt in illa chaldeoꝝ ſapientũ breuis quidẽ & ſalebroſa:ſed plena miſteriis interptatio. Eſt itidẽ & libellus de dogmatis chaldaice theologiæ tum perſaꝝ/grecoꝝ/ & chaldeoꝝ in illa diuina & locupletiſſima enarratione. Vide marſili quæ inſperata mihi bona irrepſerunt inſinũ. Cur nõ ego & Cornu copiæ iã mihi nactus uidear. Sed quid de arabicis:In quibus & maumet toletini epiſtolæ & abulgalẽ. qui Aueroem audiuit(& quod te magis tãget)adelãdi cuiuſdã: qui ſub ãmonio Plotini magiſtro in egypto philoſophatus eſt/ multæ ſunt queſtiones. Deus bone q̃ pythagorice/q̃ plenæ priſcoꝝ dogmatũ.& ſecretioris diſcipline inuaſit ſtatim animũ efficax uotũ poſſe hæc per me/ abſq; interprete euoluere & perſcrutari atq; hoc nũc ago:hoc ĩdeffeſſus aſſiduuſq; ſaxũ uoluo. hic eſt Marſili meus cupido:hi mei ignes:qui nõ fluxã & uanã/ſed firmã mihi nõ pollicẽtur iã/ſed preſtãt uoluptatẽ. Veram imaginẽ futuræ gloriæ que reuelabit͛ in nobis:ſed redeo ad tuas litteras. Tuus Maumettes Peruſiæ eſt:quo cũ rediero(abſum.n.ob peſtis ſuſpitionẽ)ibit ad te cõtinuo. de Plotino ꝙ ſcribis haud ſatis intelligo:hoc ſcio nõ excidiſſe mihi Plotinũ/quẽ non in manibus habendũ modo/ Sed & diſcendũ adeo mihi & ſemp cenſui/& nũc quoq; cẽſeo. Si tu qcq̃ de me uel apud mithridatẽ/uel apud petrum leonẽ conqueſtus es/nõ poteſt nõ iniuria id a te factum in me/qui tibi/& tuis rebus iniurius nunq̃ ulla ex parte ſui. Quid tamẽ illud ſit adhuc neſcio/uolẽs neſcio. pythagorus ſum/apud quos nihil ſanctius amicicia quã/ſi quid eſt quod ĩter nos uel labefactare poſſit/uel minuere(ut dicũt)abeat in zephyros: Vale & me ama qui tuus ſum æque atq; olim fui ex fratta.

Ioannes Picus Miran. Hieronymo donato.S.

i Am diu quæ mea eſt negligẽtia.ad te nihil ſcripſi:ea una fuit in cauſa ſilẽtii huiuſce noſtri/Patiar me hoc crimĩe a te cenſeri. negligẽtia ſcilicet: Alioquĩ nec obliuioſum uirum nec amiciciarũ deſertorem: Quas mihi aduerſus id ingenii amicos: Quo eſt donatus non tẽporarias/ſed perpetuas omnino ſtatuo.

Ioannes Picus Miran. Hermolao ſuo.S.

d Edi ad te litteras ſupioribus diebus per ſitã noſtrũ/Neſcio an delatæ fuerint Cõmentaria quæ petebas.in Ariſtotilẽ cur nõ acceperis/ex eodẽ te ĩtellexiſſe nõ dubito. Venient cum primũ ego ad bibliothecã meã rediero:qui alienas huc in pſentia exploraturus ueni: Nec eſt cur uiæ me pœnitcat/ adeo multa hic reperi cũ græca/tũ latina/ad hũaniores litteras.eruditãq; philoſophiã facictia. Quĩ & hac ipſa die/qua hæc dabãt/incidit ĩ manus Apuleii fragmentũ de interptatione:opus eſt eruditũ.& quod Apuleii plane eſſe cognoſcas: ſed mutilũ mãcũq;. Scirẽ abſte libẽter ĩſtic ne aut uſq̃ quod ſcias ĩteger habeat͛: Quãq̃ cũ tua edideris.quæ habes ſub icude/nõ erit ãplius cur Apuleiũ deſideremus. De ſtudiis meis ego qd ad te ſcribã nihil habeo/niſi

aſſiduū me in Hermolao eſſe mearūq; noctiū maximā ptē. In tuo themiſtio uigilare. Diuerti nup ab Ariſtotele in achademiā. Sed nō trāſſuga. ut inquit ille/ uerū explorator. Videor tamē (dicā tibi Hermolae quod ſentio) duo ī Platone agnoſcere: Et Homericā illā eloquēdi facultatē ſupra ꝓſam orationē ſe ſe attollentē/ & ſenſuū/ ſi quis eos altius introſpiciat cū Ariſtotele oīno cōmunionem: ita ut ſi uerba ſpectes/ nihil pugnātius/ ſi res nihil cōcordius. q̄ ſi quādo dabitur. id quod uotoꝝ meoꝝ ſumma eſt/ tecū ad dies aliquot philoſophari/ agemus de hiis corā latius & ſenſus huius mei periculū aliquod faciemus. Vale cui noſtri decus. Flo. Mccccl xxxxiiii. die. vi. decembris.

Ioannes Picus Miran. fratri Baptiſtæ Mantuano Carmelitæ. S. &c.

ſ Alue pater optime olim ad te nō ſcripſi ſed interim legi que tu ſcripſiſti diuina. ſ. atq; ſanctiſſima illa tua pœmata: in quibus ea rerū maieſtas is ſplēdor eſt eloquētiæ ut certatim in illis palmā ſibi uendicare uerba atq; ſentētiæ uideātur: fœlix qui uelis optima eadē poſſis/ fœlices nos quibus nō ſolū legere que ſcripſiſti ſed etiam te amare te uidere te alloqui datū eſt. Diues hic mihi materia & quæ nō epiſtolā ſed iuſtū uolumē impleat ſi euagari me in laudādis tuis pœmatis uel imbecillitas noſtra ſineret uel pudor tuus. Hoc unū dixero delectari me adeo lectiōe tuoꝝ carminū ut fere quottidie cū me uel tediū uel fatigatio ceperit in illā quaſi in hortum ſolitus ſim ſecedere. Vnde animo tāta ſemper oboritur uoluptas ut nihil cupiat magis q̄ iterum fatigari ut iterū recreetur. philoſtratū de Appollini uita ſi ſatis illo es uſus deſidero & Zachariæ philoſophi: quē te nactū Rome dixiſti exēplar cura ut aliquādo habeā/ prætereaq; indicē bibliothecæ ueſtræ Bononienſis ſi tuo id comodo fieri poteſt. Vale.

Ioannes Picus Miran. C. F. S.

q Veſitū diu apud me fuit tecū ne ſilētio an litteris agendū foret. Que res ut/ pote auſam utrinq; habēs/ cū nūc in hāc nūc in illā partē a me iudicaret᷑ in cauſa fuit cur in hoc uſq; tēpus tecū ſiluerim. Videbat᷑. n. preauribus ꝑſertim occupatiſſimi/ leuioribus his nugis obſtrepuiſſe nō minus impudēs q̄ importunū: & erat quod ad te ſcriberē te dignū penitus nihil. Rurſus ſi hominē qua tu es dignitate inſignē de me optime meritū quādo corā nō poſſem per litteras nō uenerarer ab officio ꝓculdubio deficiebā. His cū diu fluctuaſſet animus uicit tandē pudorē pietas perſuaſitq; audaculi & temerarii ſubeundā potius notā q̄ obliuioni hoīs uel negligētis. Accipe igit᷑. C. P. qua me excipiebas ſemper cū iſtic erā hilari & porrecta fronte litteras meas ineptas illas quidē & incōpoſitas ſed ſidei erga te meæ ſed deditiſſimæ tibi ꝓfecto uoluntatis grauiſſimū teſtimoniū. Quibus hoc unū tibi ī primis ſignificari uolo nihil eſſe quod magis cupiā/ q̄ dari mihi occaſionē aliquā qua teſtem dilucide apud te reliquā meā in te fidem pietatem & obſeruantiā. His enim ſi de nobis periculum aliquando feceris ita me inter eos qui tibi dediti ſunt ſuperiorem eſſe cognoſces: ut tu cæteros tui ordinis antiſtites uirtute doctrina & ſanctimonia mirum in modum antecellis.

Ioannes Picus Miran. Baldaſſari mulliauacce. S.

m Iraberis & quidē nō iniuria reſpōſum a me litteris tuis uel longe ſerius q̄ tu fortaſſe deſiderabas & ipſe litteræ tuæ merito poſtulabāt: id cur ita euenerit paucis accipe. Iturus erat ad uos iiſdem ferme diebus quibus tuas accepi uir ſane probus ſed mihi ātea ignotus negociari ſeſe aiebat Mediolani oportunam mihi profectionem duxi qua fieret ut per fidum nunciū & quod ī primis optabā ſine mora litteræ meæ tibi redderētur. Sed auſtrū perculi: nam cū ille in menſem diſceſſum suum perendināndo diſtuliſſet diſceſſit tandem: ſed me penitus ignaro. Mihi uero cū iam ſpe certi nuncii factus eſſem negligentior litterarū obliuio pene ſurrepſerat. Nunc demū cum tua ad me epiſtola in manus incidiſſet uelut obdormientē illico excitauit admonuitq; temporis ſine officio pretermiſſi: Dolui (deum teſtor) non mediocriter & nūc quoq; doleo nec ideo hæc dicta uelim ut me excuſem ſed ut acuſem potius: facile patiar negligentiæ dānari me & inq̄ malueris pœnam abſte uocari. Nūc ad litteras tuas. Accepi & ex litteris ipſis & ex libris græcis quorū tu mihi copiā tam liberaliter tam amice feciſti uoluptatem non mediocrem. nō tam ꝙ eorū uſus ad mea ſtudia plurimū faceret q̄ ꝙ perpetuæ inter nos futuræ neceſſitudinis fundamēta iecerimus. Quā nnam pluris facio q̄ aut Sunandii aut Ptolomei uniuerſam bibliothecam: Tantū enim abeſt nt litteratorū hominum amicitias negligā: nt nihil mihi aut curæ aut cordi ſit magis. Scio autē quē tu inter litteratos homines tibi locū uendices: Quādo quidem doctrinæ eruditionis humanitatis tuæ euidentiſſimū mihi argumentū fuit epiſtola tua. Quare ni te amem plurimū dedidicerim profecto me & faciam longe aliter q̄ conſueuerim. Amo igitur unice q̄uis te nunq̄ uiderim/Amo ita ex animo ut ex animo magis paucos amem: ut demū accedere ad familiaritatē quidem poſſit noſtram ad amorē nō poſſit. Et ſi quid id eſt quod poſſit accedet illud om̄e aduētu hue tuo. Quem & litteris tuis tu te ultro pollicitus es: & nos ita ardenter petimus ut impatiēter deſideramus. Ioannē grāmaticū in phyſica & Ariſtotelis methaphiſica ſi mihi compararis perpetuo me tibi officio deuinxeris. Nam & apud me nō ſunt & ſum eorum magna in expectatione. Vale.

Ioannes Picus Miran. Iacobo feltrino. S.

l Itteræ tuæ ſi quādo alias nūc me maxime oblectarūt: quibus eam de me exiſtimationem apud te eſſe cognoui: qua ne fingi quidem uoto melior poſſit. Vnum illud me perturbauit ꝙ cum in iis que ad te ſcripſi nihil notaueris: ſuſpitionem feciſti ne cūcta nota digna exiſtimaueris. Tunc enī uel placuiſſe plurima credidiſſem cum diſplicuiſſe aliqua ſignificaſſes. Quo fit ut ne teſtimonio tuo alioquin probatiſſimo in mea cauſa ſatis confidā. Amas enim noſtra omnia perinde atque nos: & cū ex innata ingenii tui facilitate cunctos tollas id tibi præcipue in rebus noſtris accidit: qui id omne quod in nobis eſt ex tuo fonte manauit. Equidē emulari te/tuis perſtare ueſtigiis/nec deſiſto nec deſinam: Vtinam te aliquādo conſequar. Sed hoc doleo ꝙ locorū intercapedine fiat quominus te altiſſimos philoſophiæ locos nt ſoles grauiter ꝑtractantem coram audiam. Quod & ſi eadē quæ dicis per epiſtolas ueſtras mitti poſſunt id quod impetratum abſte maxime uelim: habet tamen neſcio quid uiua uox quod magis afficiat afformetq; diſcipulum. Vale.

### Ioannes Picus Miran. Hieroymo Donato. S.

Cepi litteras tuas & ſuaues profecto & eruditas quibus non aliter oblecta/
a tus ſum atq; olim tua conſuetudine eũ patauii eſſem quotiẽs ea mihi fruẽdi
occaſio offerebatur cuius quidem & cupidus & appetẽtiſſimus præter tuam
etiã opinionẽ ſemper fui. Neque enim latebat me q̃ dulce q̃ amœnum eſſet
Donati ingenium q̃ bõis omĩbus diſciplinis omni demũ uirtute exuberans undique atq;
refertũ. Sed ita eſt profecto mi Hieronyme: ita mihi perſæpe cõtingit facultas & libera &
expedita eius quã maxime rem cupimus adipiſcẽdæ inertes nos facit & negligentes dum
enim id quod hodie pretermittimus & cras fieri perq̃ commode ſperamus: fit demũ ut ex
hac ſupina dilatione noſtra conniuẽtibus nobis effluat ãnus. Sed quãdo res ita recidit fe/
ciſti tu quidem per pulchre qui me nũc etiã ad hoc officii genus obdormientẽ tuis litteris
excitaſti. Quo utar aduerſum te ſæpius impoſterũ & te ut itidẽ facias rogatũ maxime ue
lim. Quod attinet ad tua carmina fuerunt illa quidẽ dũ eſſem patauii apud me cõplures
dies. meminique me libelli amœnitate & lepidiſſima uerſuum compoſitiõe delectatũ plu
rimũ. Sed niſi fallor anteq̃ illinc abſceſſerim Ramuſio reddita ſunt de cæteris que aut in
me aut mea ſunt ita conſtitutũ habeas ut uel eis pro tuis uſurus ſis: uel certe & mihi & ami
citiæ noſtræ facturus iniuriam. Vale.

### Ioannes Picus Miran. Angelo. S

Vm tenues muſas meas quibus dum per etatẽ licuit de amoribus meis ioca
c tus ſum in libellos quinque digeſſerim: mitto ad te illorũ primũ miſurus re
liquos ſi in hoc uno amicũ experiar te nõ aſſentatorem. Ea enĩ lege ad te ue
niunt ut caſtigentur: & uapulent: ut erratorum penas & ungue & obeliſcis
luant. Adhibe igitur te illis æquũ iudicẽ nõ iniquũ hoc eſt ſeuerũ non indulgentẽ. Nã que
maior iniquitas q̃ amicũ fallere de te ſibi oĩa promittentẽ: nõ eo uſq; igenio delicato ſum
ut alienas lituras faſtidiã: non adeo mihi bellus uideor ut cẽſorẽ uel negligã uel accuſem
Quin forte nec tu nec quiſpiam crederet q̃ hæc mea mihi nõ ſatiſfaciant: quã in iis etiam
quæ magis placent ne ſim ut inquit ille Suffenus/ timeam. Nimirũ omnes fallimur nec ui
demus manticã quæ in tergo eſt. Quare operam tuam in re honeſta & liberali amiciſſi/
mo homini ne deneges: tam multo preſertim ſtudio: tam ex aĩo eã efflagitanti. Quod ſi
is eſſem a quo in eiuſmodi te tibi gratia referri poſſet/ nõ tacerem græcum ilud Liſippum
appellis & appellem liſippi alterna opera uiciſſim uti ſolitum. Vale.

### Ioannes Picus Miran. Angelo Politiano. S.

Vm ſuperioribus annis Florẽtiæ eſſem amatorias elegias quattuor apud te
c reliqui: quas ut ſit: exercẽdi igenii gratia per id tp̃s pene puer effinxerã: Erãt
illæ quidẽ inſulſæ. Ineruditæ & leues quæ auctoris ætatẽ & iſcitiã facile p̄ſe
ferrẽt. Tu tamẽ illas nõ pro rei merito ſed pro tua benignitate uel indulgẽter approbaſti.
Et ob id ipſum ut fidẽ faceres q; approbaſſes exẽplaria petiiſti, p̄ſecto ñ ignarus ea eẽ aĩmis
adoleſcentũ ad uirtutẽ acerrima icitabula ut laudis cupiditate illecti: quã libauerit gl'iolã

mox deguſtare altus enitantur. Vt enim deſperatione uires & iacēt protinus & ſrigent. Ita ſpe attolli atque inflāmari nemo eſt qui dubitet. Sed iam ætatis patrociniū tollitur & qui/bus antea ſubſignabatur erroribus nunc uitio mihi uertetur ꝙ nō eos iā maturior ānis aut repurgauerim melius aut deleuerim. Quæ igitur apud te carmia ex noſtris ſunt ſi me a/mas aut remittas ad me aut laceres aut igni tradas. Ea oīa elaborata magis & complura alia quæ poſtq̄ iſtinc abſceſſi mihi per ociū exciderūt/ breui tuæ limæ demādabūtur. Inte rim quæ ſine amici intertrimēto uiuere nō poſſunt/capitali dānētur calculo. Præterea epi/tectum tuum: & quæ de homero in hanc uſq; diem a te tranſlata ſunt. Item quæ de Iuliano medice ſermone patrio & quecūq; alia latino ſermone compoſuiſti ad me miſſa omnino uelim. hoc ita a te peto ut qui impenſiſſime. Ita enim deſidero ut qui impatientiſſime: neq; eſt quod recuſes ꝙ ea ſorte ad umbilicū. nundū deducta ſint. Quando quidē oīa ſi tua hæc fuerit ſententia clam apud me futura tibi iā prenuncio atq; polliceor. Vale.

Ioannes Picus Miran. Marſilio ficino. S.

m Ei ſemper fuit iudiciū Marſili doctiſſime nulla eſſe in re magis elaborandū q̄ ut ab animi nobilitate: qua trimegiſto teſte poſt Iouem proximi exiſtima/mur per deſidiam atq; ſecordiam nullo pacto degeneremus: idq; mihi potiſſimū ſemper fuit ut undecūq; poſſem mihi animi cultū & bonaꝝ artiū diſci plinas compararem. Quod quidem meum conſilium & ſi a pueritia uſq; conſtantiſſimū mihi fuit excitarunt tamen ſummopere atq; inflammarūt cum apud te eſſem ſuperioribus annis adhortationes tuæ: nec unq̄ ardenter magis q̄ ex illā in hanc uſq; diem me totū lit/teris addixi. Iam tres ānos Marſili apud peripateticos uerſatus ſum nec omiſi quicq̄ quan tū in me fuit ut Ariſtotelicis ædibus quaſi unus ex eorū familia non indignus admitterer. Quod quidē & ſi haud abūde cōſequutus ſum. Quippe ꝙ uix ſim in ueſtibulo: eo uſque tamen proceſſi ut ſi nō docti & eruditi: quod nec per ætatē licet ſtudioſi tamē nomen mihi uendicare non dubitē. Sed qm̄ & tua ſemper & doctiſſimorū hoīm ſnīa fuit qui academi/ca peripateticis miſceret: eū utrāq; ſectā & rectius habiturū & locupletius: aggrediendā mi hi hanc prouinciā exiſtimaui: ut iam pro mei uiribus ingenii: pro mea quāta maxima pōt aſſiduitate & diligētia Platone cū Ariſtotele & uiciſſim alternis ſtudiis Ariſtotelē cū Plato ne conferrē. Verū ut te ꝑmonitore prius: ita nūc adiutore opus eſt: tuæque erit humanita/tis & in me beniuolentiæ nō deeſſe ꝓpoſito meo atq; eo quidē tā honeſto & liberali id qđ cumulatiſſime abſte factū cenſeo ſi libꝝ tuū de īmortalitate aīorū ad me miſeris. Quo ue luti ꝑmonſtratore quodā in Platonica diſciplina ꝓfecturū me ut opto: ita confido. Quis enim ficino: in quo ſi uera eſſet pythagoreorū ſentētia reuixiſſe Platonē crediderī nō que que maxima in eo doctrinæ genere de ſe ipſo ſibi polliceatur. Tu modo mihi non deſis. Quod impetratū abſte pluribus contēderem: niſi ipſa quā tu plurimi facis honeſti ratio hoc idem a te contenderet. Si enim pro amicorum utilitate declinandum aliquatenus de uia & Cicero noſter & chilo ſapiens & Theopraſtus grauiſſimus philoſophus exiſtimarūt Nonne erit in tam honeſta petitione amiciſſimo homini defuiſſe flagitium. Fac igitur ut quod iam diu adhortatione ſequor tua ope etiam aliquando conſequar. Qui enim hac in re mihi auxiliari poſſit preter te habeo neminem: quando quidem ut ſpecioſa alia

cōplura atq; p̄clara ita platonicarū reꝝ cura apd̄ noſtræ ætatis hoīes pēitus exoleuit. Vale

## Ioannes Picus Miran. Hermolao. S.

n On q̄ quicq̄ habeam te dignum quod ſcribam ad te ſcribo. Sed iccireo tan/
tum ut reſcribas. Alioquin mihi nec cauſa eſt ſcribendi ulla uec argumentū
Quippe q̄ damnarim ſemper eorū ſententiā qui ad amicos ſcribendū ſen/
tiūt ut hoc quaſi debitum pendatur amicitiæ. Eſt em̄ hoc totū ſcribere & lit/
teras miſſitare amicitiæ quidē ſed infirmæ & frigidiuſculę: que ſua ui ſubnixa non ſtet ſa
tis: queratq; aliunde unde conſiſtat at quæ in ipſis animi ſeceſſibus iā penitus radices egit
quid amabo adminiculis litterarū eget. Dabo igitur Hermolae barbare ob id ad te meas
ut quas maxime deſidero tuas alliciam. Tu contra ne a me fruſtra deſiderentur tuas red/
des q̄ cumulatiſſime. Vt. n. infirmi eſt animi adhibere litteras amicitiæ quaſi tibicines ne
nacillet: ita facilem præſtare ſe amicis atq; beneficium liberalitatis eſt & beniuolentiæ ſin
gl̄aris: Vale & muſicam Ptolomei: ſi id incōmodo nō ſit tuo ad me dedas fututam hic ad
dies pauculos. Quid. n. a te nō audacter petā: cui ego iā pndem mea oīa noui dicauiq;.
Vale.

## Ioannes Picus Miran. Hermolao. S.

m Ihi nunq̄ aut placui magis aut debui copioſius q̄ hoc tēpore quo una epiſto
la ad te mea tam ſuaues tam eruditas tam tui per ſimiles litteras ad me uo
carim. Quod ſi & abſuiſſe te patauio dum illic fui & deſideraſſe me bienni
um conſuetudinem tuam in cauſa fuit cur hæc ad me ſcriberes: non poteſt
mihi illud quicquid ſit: nunc non eſſe iocundum: tam abunde unæ litteræ tuæ uotum om
ne meum non adimplerunt ſolum ſed etiam ſuperarunt: nam ut epiſtolæ elegantiā: amœ
nitatem: eruditionem ſuauitatem taceam cuius lectio uel beneficii uicem cumulate exigit:
Quanti apud me eſſe credis q̄ tam amanter tam benigne atque adeo ex animo in amicū
te mihi dedas: & quo nec optare mihi quicq̄ maius auſim in me ornādo undiq; tuam ope/
ram tam liberaliter pollicearis: Quod quidem genus officii non recipiendum adeo ſed
mihi ambiēdum etiam fateri ingenue nec coram erubeſcerem. Quippe nec ipſi ſtoici ut
noſti απαθιαν probāt: nec inter has quas græci παθη dicunt affectiones ulla eſſe poteſt aut
laudabilior aut honeſtior ea: ſi mō inter illas eſt quæ dicitur cupiditas noīs & gloriæ præ/
ſtari uero mihi hoc nec ab ullo uberius poteſt q̄ a teipſo: in quo uirtutes omnes uelut ſin/
gulæ ſibi palmam certatim uendicāt: & ego cui debeam libentius habeo certe neminē. Eſt
igit̄ hæc mihi pollicitatio tua tā grata tā appetenda q̄ honorifica qua uel id maxime plu/
rimū gaudeo q̄ egregii cuiuſdā amoris in me tui & amātiſſimæ uolūtatis fidē faciat. Ha/
beo tandē quod ut diu ante hac deſideraui: ita nūc ſerio triumpho. Habeo inq̄ Hermola
um barbarū latinæ linguæ delicias & bonaꝝ artiū oīum inſigne prōptuariū mihi nō beni
uolū ſolū ſed amiciſſimū. Habes & tu itidē Ioānem Picū Mirādulā ita tibi deditum: ita tui
ſtudioſum: ut q deditus q ſtudioſus eē magis nō poſſit: mutuiſ aduerſum te officiis: qn̄ p̄ſta
re nihil uel grande poteſt uel Hermolao dignum futurum imparem quidem: ſi uero ani/
mum ſpectes certe uel æqualem uel ſuperiorem. Vale.

 

Ioannes Picus Miran.&c.

n Ihil mihi dulcius fuit dũ hic apud nos eſſes tua conſuetudine: nihil itẽ utilius: ea in te morũ ſuauitas ea eſt doctrĩa. uide aũt ꝗ̃ mihi dulcis ꝗ̃ gratus fueris dũ te fruebar cũ nunc dũ abes nihil mihi ſit dulcius tui memoria. Sed ꝓfecto ſi amicitiæ ſedes animus eſt & nos id maxime ſumus aĩmus. ſ. ut ſcribũt Plato & Ariſtoteles non eſt cur poſſint diſſidiũ inter nos facere ulla uel locorũ remota uel diuturna temporũ interualla. Cogitabãt aũt nunc an qua etiã alia rõne conſequi poſſem ut tecum eſſem neq; aliud in mentẽ uenit ꝗ̃ ut noſtra de ſeptiformi in ſex dies geneſeos enarratione lucubratio ad te ueniret. Si.n. libros quaſi liberos parimus: & patris maxima pars in filio eſt: ueniam ego quoq; ad te in illo quẽ genui. excipe igitur uenientẽ ad te filiolũ meũ ut me ſolebas hilaris & lubens placebit ſcio quia amas. Scio & diſplicebit itidem quia amas. Nã eiuſmodi pietatis eſt & eorũ errata quos amamus ſignanter introſpicere ut emẽdemus & introſpectis leuiter indulgere ne uexemus.

Ioannes Picus Miran. F.B.C.Th.

ſ Alue pater dilectiſſime en tibi Apoloniũ quẽ ſi tuę uirtuti tuis in me officiis non deberẽ: deberẽ certe uel his litteris quibus cũ efflagitas tãtus in illis amor tanta hũanitas. Eſt.n.& ſummi amoris quo illuc uocare quo tu iam ꝑuenisti. ad animi. ſ. purgationẽ hoc eſt ad uerã fœlicitatã: & ſummæ humanitatis hortari me quaſi æqualẽ cui legem dicere quaſi filio potes. Sed utinã uſu eueniat aliquando ut in ſeceſſu aliquo una aliquãdo pie philoſophari poſſimus uidebis apud me nihil eſſe prius ꝗ̃ ut pietatem cum ſapientia coniungam. Videbis hoc mihi eſſe perſuaſiſſimũ nullam eſſe ſapientiam que æternæ in nobis ſapientiæ imaginem oblitteret. & ſimiles facit brutis inſipientibus: teſtem habeo contubernalem angelum tantum me quottidie de meis ſtudiis lucro apponere quãtũ inde ad certamẽ purgandi animi iſtructior fortiorq; euado. Omnifaria hec diſciplinarũ tractatio & quicquid litteræ ꝓmittere nobis poſſunt cutẽ colorat & ꝗ̃ſi pigmẽtata facie nos reddit formoſiores. Ad ſanã firmã robuſtã mẽtẽ ſperare nõ aliunde poſſumus ꝗ̃ a uitæ ĩtegritate/ a moribus/ a diuina deniq; religione. uolentẽ igit᷑ cogis (ut ita dixerim) magis uelle. Sed & tuis me ſacris ꝓcationibus iuua ut poſſim etiã quod & ego uolebã & tu me uelle tantoꝑe uis. Vale pater amãtiſſime quẽ unice amo quẽ in oculis fero. Florẽtie. xiii. Ianuarii. Mcccclxxxx. expecto tua omnia Politianus meus delitie totius litteraturæ tibi aſcribi ſalutem iubet.

Ioannes Picus Miran. Hermolao barbaro. S.

m Emini me cũ de liberalẽ quã nõ potiſſimũ ex Italiæ gymnaſiis mihi ſedem ad phiæ ſtudia deligerẽ cũ me mlta patauiũ uocaret libẽtius illuc petiſſe ut amor in te meus quẽ iã diu aĩo nutriuerã mutua cõſuetudie tibi palã ẽẽt: patauii fui & biẽniũ/ Hermolaũ tñ quis credat nec uidi/ nec niſi ut multo ãte fama cognoui. Ita ſæpe euẽit ut dũ oblatã occaſionẽ deſidioſa quadã ꝓcraſtinatõe cõtẽnimus: ea ut lubrica ẽ manibus elebatur. Huius rei me uehementer penituit & penitet & eo magis ꝙ quam antea rerum omnium doctrinam tuam rumore tantum cognoueram eam nunc his oculis/ his auribus agnoui: dũ Romanũ Themiſtium tuo illo ore de ĩgenio animæ de primis reꝝ exor

diis de ratiocinandi ſcientia diſertantem audiui. Deus bone quantum doctrine:quæ dictionum diuitie:quis candor:que mūdicies orationis: O uirū præclariſſimū o expreſſam antiquitatis imaginem erat mihi frequens uotum ut Varronis diuinarum humanarumq; rerū ſcripta aliqn̄ reuiuiſcerent:ut eſſet apud quē latine phyſicas rōes ediſceremus. Tu uero & illum & probatiſſimos quoſq; referēs eū te nobis exhibuiſti ut nihil aliud ſuperſit quod deſideremus q̄ ut græca alia interpretando & tibi uberiorem laudem parias & cumulatius de naturali hyſtoria & de ſtudioſis omnibus cene mereare:hæc omnia doctiſſime Hermolae ad nihil aliud ſpectant niſi ut me tibi amiciſſimū eſſe intelligas:me ita uirtutes tuæ ad te & amandum & obſeruandum accendunt ut nemini etiam ex cognatiōe tua in amore concedam. Sanciet hæc inter nos epiſtola amicitie fœdus:ut honeſtiſſimum certamen mutuæ caritatis ſubinde certemus.

Ioannes Picus Miran. Andree corneo urbinati .S.

q Vas proxime ad me dediſti litteras tuas idibus Octobris accepi/Quas ſcribis deciſſe prius/non peruenerunt/reſcripſiſſem illico ſi accepiſſem/ita ſum ad ſcribendū impiger:& in hoc munere ſiue ſtudio ſiue natura minime ceſſator.Non tamen erat quod uerereris ſilentio etiam diuturno amicitiā noſtram poſſe labeſactari.perpetuus amicus ſum ego nō temporarius.Et firma ſatis non eſt amicitia ſi qua uelut tibicines has litterarū ſibi uiciſſitudines poſtulet/que(ut Plauti dixerim uerbo)quaſi nutātem infirmiuſculamq; ſurcilent.Sed ut ad ea ueniam/quæ ſcribis adhortaris me tu ad actuoſam uitā & ciuilē fruſtra me & in ignominiam quaſi:ac cōtumeliam tā diu philoſophatū dicēs:niſi tandē in agendaꝝ tractādarūq; reꝝ paleſtra deſudē.Et equidem mi Andrea oleum operamq; meorū ſtudiorū perdidiſſem:Si ita eſſem nunc animatus ut hac tibi pte accedere & aſſentiri poſſem.Exitialis hæc illa eſt & mōſtroſa perſuaſio quæ hominū mentes inuaſit:aut non eſſe philoſophiæ ſtudia uiris principibus attingēda:aut ſummis labiis ad pōpam potius ingenii:q̄ animi cultū uel ocioſe etiam delibanda.Omnino illud Neoptolemi habent pro decreto:aut nil philoſophandū:aut paucis:ꝓ nugamentis & meris fabulis iam illa accipiuntur.Sapientum dicta:firmā & ſolidā fœlicitatem in bonis animi eſſe:Extraria hec.corporis:uel fortunæ:aut parum:aut nihil:ad noſ attinere. Sed inquies.ita uolo Martā amplectaris:ut mariam interim non deſeras.hac tibi parte non repugno:nec qui id faciunt:damno uel accuſo. Sed multum abeſt ut a contemplandi uita ad ciuilem tranſiſſe error non ſit:non trāſiſſe pro flagitio aut omnino ſub culpæ nota uel criminis cēſeatur:ergo uitio alicui uertetur ꝙ uirtutem ipſam uirtutis gratia nil extra eam quærens perpetuo affectet & proſequatur:ꝙ diuina myſteria:naturæ conſilia perſcrutans:hoc perfruatur otio:cæterarum rerum deſpector & negligens:quando illa poſſunt.ſectatorū ſuorū uota ſatis implere. Ergo illiberale: aut non oīno principis erit non mercennarium facere ſtudium ſapientie:Quis æquo animo hæc aut ferat:aut audiat:Certe nunq̄ philoſophatus eſt:qui ideo philoſophatus eſt: ut aliquando aut poſſit:aut nolit philoſophari·Mercaturam exercuit ille non philoſophiam. ſcribit appetere tempus ut me alicui.ex ſummis Italie principibus dedam. Adhuc illam philoſophantiū de ſe opinionem.non noſti:Qui iuxta oratium ſe regū reges putant:mores pati & ſeruire neſciūt

Secū habitant & ſua contēti animi trāquillitate ſibi ipſis ipſi ſuperſunt.nihil extra ſe que
runt/que in honore ſunt apud uulgus/in honora ſunt apud illos/ & oīno quecūq; uel hu
mana ſitit libido uel ſuſpirat ambitio/negligūt & contēnunt. Quod cū oībus/tum illis
dubio ꝓcul faciendū eſt/Quibus ſe ita indulſit fortuna/ut nō modo.Laute & cōmode/
ſed etiā ſplendide uiuere poſſint.Magne iſte fortunæ ſublimāt quidē & oſtentant. Sed ſæ
pe uti ferox equs & ſternax ſeſſorē excutiūt. Certe ſemp male habēt/& uexant potius q̄ ue
hant.Aurea illa optanda mediocritas que nos uti mānus uehat equabilius.& imperii pa
tiens nobis uere ſeruiat nō dominet᷑.In hac ego opinione perſtans cellulā meā/mea ſtu/
dia/meoꝝ libroꝝ oblectamēta meā animi pacē/regiis aulis/publicis negociis ueſtris au/
cupiis curiæ fauoribus:antepono.Nec mei huius litterarii otii illos fructus expecto/ ut in
rerū publicarū/æſtu atq; tumultu iacter & fluctuem.Sed ut quos parturio tandē pariāt li/
beros & quod fœlix fauſtūq; ſit dedā aliquid in publicū/ſi non doctrinā/ingeniū ſaltē &
diligentiā quod oleat.Et ne credas noſtræ induſtriæ. & laboris quicq̄ remiſſum:ſcito me
poſt multā aſſiduis indefeſſiſq; lucubratōibus nauatā operā hebraicā linguā chaldaicāq;
didiciſſe/& ad arabice euincēdas difficultates nūc quoq; manus applicuiſſe/ hæc ego pri/
cipis uiri/& exiſtimaui ſemper/& nūc exiſtimo.Sed hæc ut uere ita ſeuere dixerim equidē
principes iſtos excellētiſſimos in primiſq; magnanimū Barri ducē Ludouicū/ ita colo &
ueneror/ut ex italiæ principibus neminē magis.illi me multū multis de cauſis debere in/
telligo/& nihil eſt tam graue/nihil tam arduum quod(mihi ſi detur facultas) demerendi
hominis cauſa facturus nō ſim.Sed quæ illorū eſt amplitudo/ & mea tenuitas ut ego ipſis
nō egere non poſſim/ita egere ipſi aut mea opera/aut meo iſtuc aduētu/nullo modo poſ/
ſunt.Romā prope diē proficiſcar mihi hyematurus niſi uel repens.caſus uel noua inter/
cidens fortuna.alio me traxerit. Inde fortaſſe audies quid tuus Picus in uita umbratili &
ſellularia contēplando profecerit/aut quid tandē(dicā enim quāq̄ arrogantius)quid inq̄
quādo tu illi iſtūc accedenti doctoꝝ copiā polliceris alioꝝ operæ indiget in re litteraria.
Romæ & ubi/ubi terrarū fuero/habebunt principes iſti.cui imperēt/quem uelut truſatilē
ut inquit Plautus molā pro arbitrio uerſent. Quod ſcribis de re uxoria/nec temere/nec
de nihilo dictū exiſtimo:Sed dauus ſum/Edippus nō ſum/nec ſi ſim eſſe uolo. Id quicqd
eſt/ſi uidetur Latius explica/ſin minus eſto harpocrates.Ego ut ſeſe res dant in arma cō
ſilium capio.Rhythmos meos ethruſcos nō eſt quod deſideres:Iam dudū amatoriis luſi
bus nuntiū remiſſimus/alia meditantes/Sed hoc te quoq; monitū uolo/lauram tuā.ſi eā
eſſes editurus:ſupprimas adhuc aliquot dies.Nam forſan paulo mox legent noſtri homi
nes de amore(Vide quid dicam)quæ non dum legerunt.Et tu annotare plurima poteris/
que ad rem tuā plurimū facient.de alibrana/quamq̄ dignus nō eſt/de quo uerba faciam/
hæc tamen dixerim bene me ritū illū domino male gratiā rettuliſſe/Nec eſt ꝙ fugā ſuam
in quemq̄ aliū/q̄ in ſe ipſum reiiciat aut deriuet/quādo meis domeſticis/ quod negare il/
le nō poteſt/nō minus ſere/q̄ mihi debet:ſed non primū/nunc ut tu noſti/aut ſidē feſellit
aut dominū Ludificatus eſt.Scio quid poſtq̄ etiā aufugit in me ille & de me/Sed non cu/
rat culicem elephas/ Et condonatū tibi uolo quicquid ante hac leuis homo peccarit.ſed
ne abutatur in poſterum patiētia mea/ne qualē ſe mihi ille imerito præſtitit/ talē me ego
illi tandē præſtare cogar.Quod amicū illum tuū/cui in amore res male ceſſit/apud Flo
rianum noſtrum excuſaueris/ex officio feciſti:habet ille quidē & ex hiſtoriis & ex poetis/

ex ipſa etiã philoſophia unde ſe a nota criminis uendicet/habet unde magnorũ ſe homi/
num præiudiciis dauidis/preſertim Salamoniſq; tutetur:ut Ariſtotelẽ taceã. qui dum nõ
nullas etiã meretrices ſepe deperibat/ſuorum de moribus præceptorũ nil meminit/ quã/
do amatæ feminæ uti cereri eleuſinæ ſacra fecit. Sed ille hæc tutamẽta:& quaſi propugna
cula ſui facinoris non amplexatur modo uel amat/ſed odit/& reiicit/& recuſat/iacturam
queritur ſuam/non culpã deprecat̃. dolet ꝙ peccauit/nõ defendit. Et mihi quidẽ uel hoc
nomine uidetur Cæteris excuſandus/ꝙ ipſe ſe nil excuſat/nihil homine imbecillius/nihil
amore potẽtius/Hieronymi illa inuicta & incõcuſſa mens/dum cælo tota inhæret puel/
larum choris intererat/ Que illũ peſtis potuit uel infeſtare quem non edomabit: Si hoc
amor in heremo/in humo colliſis mẽbris/in ebdomadarũ potuit inedia. Quid in plu/
ma/in umbra/in omni delitiarũ affluentia nõ poterit: Accedit ꝙ ille nunc primo cecidit
ruine huius alioquin inſolens & ignarus. De neptuno cõqueri poteſt/ qui ſemel tantum
naufragiũ fecit. Si ad eudẽ iterum offenderit lapidẽ/nemo manũ porrigat. nemo miſe/
reatur. Nunc nõ excuſari iure nõ poteſt/Quem ita facti penitet/ut fauore excuſationis ſe
dignũ ipſe non exiſtimet. Sed hæc etiã nimis quãdo amicus tuus huiuſmodi facti memo
riam/nõ ſolum aliquo modo litteris tradi ſed quod ſequẽs uita eius faciat oblitterari pe/
nitus cupit. Vale. Chriſtophorus nõ aderat cum tuas accepi. domino tuo & uniuerſe Bon
romeæ familiæ/ quam & amaui ſemper/ & nunc plurimum amo. me non uulgariter cõ/
mendabis. Peruſiæ. xv. Octo. Mcccclxxxvi. anno gratie.

Ioannes Picus Miran. Io. franciſco nepoti. S. plurimã.

g Ratiſſime mihi fuerunt littere tue. Non ob id modo ꝙ iampridẽ de te nihil
audiuerã. Sed & quod ea mihi ſignificabant quibus ſum mirifice delectatus
quando eadẽ & tibi ſunt grata & deo gratiſſima eſſe nõ dubito. Tu quoq; ni
hil dubites ſi modo qua cæpiſti uia perrexeris mercedẽ tuã copioſam in celis
eſſe futurã. Ego nondũ ſatis habeo exploratũ eundũ Romam mihi ſit nec ne. Et quantũ
equidẽ aſſequi poſſunt cõiectura/futurũ potius credo ut illuc mihi eundũ ſit: cauſam no/
ſti. hoc ubi certum habuero ſtatim te certiorẽ reddã ne ſi huc forte ueneris(quod alioquin
ego ſummopere uellem)aut me hic nõ inuenias aut ſtatin diſcedente me in patriã tibi ſit
redeundũ. Interim domi eſſe poteris niſi tu quidem aliter ſentias. Sed & illud memineris
habere te uxorem cui nõ aliter corpus tuum q̃ deo ipſam animã debes: Eſt illius deſiderio
aliqua ex parte ſatiſfaciẽdũ: cogitandũq; tibi eſt quid illa ex habitu corporis ex ætate aut
appetat aut appetere poſſit. Quid ex pudore ex uirtute non petat. Cur enim pudeat hæc
ſcribere quæ & paulus ſcribit apoſtolus: Nulla eſt fere res in qua te magis ſuſpicer errare
poſſe. Et quidẽ fallũtur noſtri homines plurimũ qui obligatas quidem additaſq; ſibi uxo
res putant ſuas. ſe uxoribus nihil: Sed poſſe de ſe: quicquid illi cenſuerint pro arbitrio ſta
tuere. Deniq; tuus totus eſſe non potes qui ſemel nuptiarũ legibus te ſubiiciẽs uxoris eſſe
uoluiſti: potes nihilominus totus eſſe dei quem & tibi promereris dum ut legi eius obtem
peres tibi ipſi etiam in his quæ ſunt dei minus obtemperas. Sed de his alias tecum coram
etiã ſum loquutus. Ego ut primũ aer uernauerit hoc eſt inter primos quadrageſime dies.
cũ me. ſ. ex his grecoꝝ libroꝝ faſibus extricauero ſtatim ferrariã ueniã. interim ſacris lit/

teris inſta: præcipueq; euangelicæ lectioni quæ animũ identidẽ ad deũ adducat: quẽ inde
abducere & mũdus & demon ille illecebris hic fallaciis dies noctesq; nõ ceſſant. Vale ani
mæ dimidiũ meæ & deũ ora pro me. Cumprimũ de mea romã uerſus profectiõe aliquid
ſtatuero te certiorẽ reddam Floren. xxvii. Nouembris. Mcccclxxxxii.

Ioannes Picus Miran. Ia: Antiquario ſuo. S.

I Nter uoluptates/quas cum erã Florentiæ de Politiani cõſuetudine maxime
capiebã. Viri mea ſentẽtia/noſtro æuo omniũ litteratiſſimi/ nõ erat illa me/
diocris/ꝙ tuas ad ipſum Epiſtolas graues illas ſemper/& elegãtis/ut quãq;
accepiſſet/ſtatim mihi dabat legendas. Delectabat in illis me uehemẽter/&
prudentia quædã ſingularis/qua magnis etiã in rebus/negociiſq; tractandis a prudẽtiſſi/
mis cõmendaris/& orationis cultus atq; ſobrietas: tum ꝙ in nonnullis honorificã noſtri
mentionẽ faciebas/non ſolũ mihi tuæ litteræ placebant/ſed in illis quoq; ipſe mihi place
bam/Scilicet teſtimonio tanti uiri cedente conſciẽtia: quæ nõ nihil diſſimulãs quod ſen/
tiret: qua ſi ipſa ſe proderet/nõ magnopere pugnãs & prope modũ uolens fallebatur: Ita
duplici nomine tibi erã deuinctus/inde tuæ uirtutis/hinc collocati ſæpius in nos nõ offi/
cii modo/ſed beneficii: cogitaui non ſemel agere tibi gratias per epiſtolã/ne ſorte parum
gratus/aut ne tecũ ruſticus exiſtimarer: Verũ cũ tu Politianuſq; noſter pulcherrimũ quod
dam inter uos litterarum cõmercium exerceretis/nolui muſis importuna Pica obſtrepere
quaſiq; male uocalis Anſer/alterne ſibi concinẽtes olores ĩter turbare: Alioquin tibi ani
mum noſtrũ per Politianũ noſtrũ patere ſciebã: Tum conſcius infantiæ meæ interprete
utebar eloquẽtiſſimo. Nunc ab ipſo miſſæ ad nos tuæ littere ſunt/quas ad Ricium nuper
dediſti/Iuuenem ingenioſum: in quibus tantũ tribuis mihi/quantũ nec optare auſim/ne
dum mereri me credã. Rupit officii magnitudo noſtrũ hactenus neſcio an in ciuile/ cer/
te non ſuperbũ ſilentiũ/nec potui tibi non agere gratias immortales/non ꝙ premas me
laudibus ĩmodicis/quas nõ agnoſco: ſed ꝙ ita me ames/ut tuũ illud alioquin conſtãs ro
buſtũq; iudiciũ tantopere tamẽ in nobis ſub amoris pondere uacillauerit. De deo igitur
tibi ſuper q̃ uel ego poſſim perſoluere/uel tu facile credere nec eſt quicq̃ tam arduũ tam
difficile/quod nõ æque pro tua dignitate ſim facturus/ac pro mea ſalute. Tu quidẽ in Po
litiano me poſſidebas hactenus/nunc uero nihil mutata re tuis tantũ rõnibus Pici nomẽ
quod ſuberat explicabis. Vale. Ex Agro Ferrarienſi die. xxviii. Iunii. Mcccclxxxxiiii.

Præcellenti atq; doctiſſimo. Viro domino Iacobo Antiquario tanq̃ patri.

Ioannes Picus Miran. Andreæ Corneo. S. D.

S Atiſfactũ eſt plane uotis meis abunde ſatis Andrea cariſſime. Quando qui
dem ex tuis ad Chriſtophoꝝ utriq; noſtrũ cariſſimũ litteris accæpi iſtic te cũ
tuo & cõmodo & dignitate uiuere. Eſt eni fuitq; ſemper hoc a me optatũ ma
xime/tibi eſſe bene atq; beate/& quo nihil demũ habeo maius dicere ꝑ me/
ritis tuis. Quod quidẽ euenturũ nunq̃ dubitaui. Atq; hoc unũ mihi ſemper cõſtitit dum

uel lingua tibi ſupſtes eſſet/ubiubi gentiũ fores futurũ te in ſublimi Noui(quod citra adu latione dictũ ſit)animi tui generoſitatẽ/quæ nihil humile aut plebeiũ patietur. Noui uir/ tutes tuas doctrinã/ mores/atq; prudentiã: Quę omnia/te quocunq; collineabis/facile perducent. Valitudinẽ tantũ tibi timeo/tot morbis ab ineunte ætate ut mihi narrare ſoli/ tus es in hanc uſq; diem oppreſſam debilitatã tamen magis q̃ fractã/adeo & illa tuũ mo/ uit ingeniũ/ut uinci neſciat:ſed perpetua quadã ſoliditate ſua aduerſus fortune ictus ſtre nue pugnet habe quæſo nõ minus ualitudinis rationẽ q̃ fortunarũ quando quidẽ hæ ubi uita deficit nullæ ſunt. Quod uero de me apud oẽs honorifice uerba facias/ facis tu qui dem pro tua & humanitate/& uetere in me beniuolentia debeoq; ob id tibi tantũ quantũ qui debet maxime: Sed uereor ne tuã ipſemet telã retexas dum meas inepias/ & quæ mi/ hi in ætate teneriore nugæ profluxerunt in publicũ euocas ſunt enĩ ea omnia inepta ſatis & inerudita uel ſi etiã cum eis benigniſſime decidatur/non ea certe ſunt/quæ eam/ quam de me iſti homines oratiõe tua opinionẽ iam forte conceperũt/ſubſtinere poſſint/ Qua liacunq; ſint mittenda duxi/ut tibi uel totius famæ diſpendio ſatiſſacerẽ. te tamen rogatũ uelim/ut hæc leuiora omnia habeas: Nam ſi res tandẽ deſiderabis meas/ & grauiora ha/ bemus in manibus que ad umbelicũ nundum ducta ſunt. Et hæc quoq; ipſa quæ miſimus abſolutiorẽ poſcebant limã. Verum & tẽpora & philoſophie ſtudia/ quibus maxime inui gilo ab opere me diuerterunt. Redibimus tamen aliquando admuſas & ſi quid excuderi/ mus tuis auribus dignũ/curabimus ad te protinus delatũ iri. Vale.

## Ioannes Picus Miran. R.C.C.S.

m Attenus noſter uir officioſiſſimus & ſalutem mihi plurimam tuis uerbis dixit & quo me amore/qua beniuolẽtia proſequare apertiſſime declarauit: polli/ citus inſuper & tuo/nomine ſtudiũ/operãq; tuam ſi quando his mihi uti cõ/ tigerit. Cui officio utinã par eſſem pater humaniſſime. Suſcipi enĩ me in tuã fidem & inter tuos cõnumerari & optaui ſemper/& ſperaui. At obuiũ habere te ultro me tam benigniter/tam amicis tam liberalibus pollicitis adeuntẽ/& quaſi ad amiciciam ſi li cet ſed per te licet uocantẽ tuam/& ſpem meã/ & uotũ omne ſuperauit. Quid enim aut quantũ eſt ab eo inuitari/a quo fuerat ſatis non excludi: Quamq̃ feciſti rem/& ſi nõ me te tamen dignã. poterã enim pro meis meritis non admitti. Non poterã pro tua humani tatę etiã non uocari. Quãobrem quantũ aut mihi gaudeã/aut tibi debeã quo pacto ex/ plicem qui nec concipio: Certe ob hec tanto magis tibi debeo quanto minus hec(que nul la ex parte)mihi tu debeas. Enĩ nimis ſunt illa grandia & nimis multa que & Mattheus & amici reliqui rettulerunt ex uoluntate potius q̃ ex iudicio me extimantes. Sed qualis ta men/aut quãtus ſum patiare me quoq; inter omnes eſſe/ qui tuas uirtutes/ut taceã cætera colunt & admirãtur per quas in te eſt uidere/& quod uincat antiquitatẽ/& quod uinci a poſteritate non poſſit/ut dixerim hoc merito: cũ in te nihil/quod uel in honeſto/uel pru/ dentia uel doctrina ſit poſitũ deſideretur. deſiderari hoc unũ debere ab omnibus/ ut per te aliquãdo iuxta Platonis uotum ſumma potentia cũ ſumma ſapientia cõiungatur: Sed hæc a deo a te interim hoc peto & rogo ut mihi nõ referende gratiæ/neq; enim locus aut per tuã amplitudinẽ/aut per meã tenuitatẽ/ſed teſtandi animi erga te mei/teſtandæ fidei

& obſeruantiæ occaſionē preſtes. Experieris Ioannē Picum hominē ſupra omnē opinionem tibi deditū & deuotū de quo polliceri magis tibi nō potes/ſed potes ea omnia qualiacunq; ſint quæ ſunt in eo quibus tu ipſe cum uteris ſplēdons tui aliquid inuehes fientq; magna cū tua eſſe ceperint/que dum ſunt mea magna eſſe nō poſſunt. Vale.

Ioannes Picus Miran. ſuo Alexandro corteſio. S.

g Ratiſſime mihi fuerūt litteræ tuæ quas nō ut putas ad ignotum ignotus: ſed ad amicū & quidē ueterē amicus ne dū ad notū notus nup dediſti/noſti enī & tu me antea ut ſcribis/& dignū exiſtimaſti quem amares. Ego itidē de tua doctrina atq; uirtute cum a pleriſq; tum a Politiano noſtro ſæpius audiui cuius iudicio quis nō cōſidat: fecit ille apud me tuæ ꝓbitatis fidē/facere poteſt & apud te ceptæ meæ iā pridē beniuolētiæ. Cui quidē & ſi erat maxima/per epiſtolā tamē tuā eos ſcito cumulos acceſſiſſe quos cōcipere animo uel pauci poſſint. Quid enī illa ſuauius: qd erunditius: ut eſt docta: ut eſt amabilis & puccio noſtro de me amice magis q̄ uere loquēti largiſſime ſubſcribēs. profecto nec mihi quicq̄ illa gratius a te poterat contingere. nec tua de me opinione quicq̄ honorificētius/pro quibus uniuerſis & tibi gratias ago q̄ maximas/& quecunq; aut mea/aut in me ſunt debere Alexandro meo me confiteor. epiſtolā quā potis noſtram ad Laurentium medicem/ad te mitto.

Ioannes Picus Miran. Domino beniuenio. S.

ſ Alue mi dominice in domini ſortē: electe. Grate mihi fuerūt litteræ tuæ gratius q̄ & corā ex fratre dum hic agebat & p litteras ex Petro antonio noſtro cognoui firmiori te eſſe habitu corpis & meliori ſtomacho. Cura ſi nos oēs ſi littere tibi ſunt curæ/ualitudinē tuā/de qua ꝑfecto nō ob id tantū fui ſemp & ſum ſollicitus q̄ te amo (amo. n. uehemēter) q̄ ꝓpterea q̄ litteras amo/ quas tecū ſimul periclitari & credo & certe ſcio. Si qua de noſtra in te beniuolentia tibi rettulit frater/fidē habeas pleniſſimā ſi quid de noſtris laudibus/tā parū ei credas q̄ ille me multū amat. Cōmentariolū noſtrū nō eſt q̄ admireris ocioſi cū eſſe uoluimus/& oīno nihil agere id egimus animū remittētes potius q̄ intendētes. Omnino præludiū eſt cōmentarioꝝ q̄ in platonis ſympoſiū meditamur. Erit in illis quod tu ſaltē ames & laudes qui oīa noſtra amas & laudas. De cōcilio/de queſtionibus/ut puto rettulit frater iā noſti cur ſcripſerim me tibi laborare/qđ a me petis maxīe lubēs faciā/cū te intellexero ex ea qua laboraſti huc uſq; corpis ībecillitate/in primā optatāq; ualitudinē reſtitutū/qđā tibi eo animo p̄cor & opto quo mihi tu ſalutē animi precaris & optas. Vale ex fratta. x. Nouembris. Mcccclxxxvi.

Ioannes Picus Miran. Andree corneo. S.

e T ſi ad te litteras dedi aut raro aut nunq̄/cogitaui tamen de te & tuis rebus aut ſæpe aut ſemp. Sed nolo tibi ſpem uēdere nec prius ad te ſcribā qd faciā in tuā utilitatē q̄ cū ſcribere potero qd pfecerim. Quod ſi uunq̄ pro tuo uel

meo infortunio continget malo credas me nihil potius q̃ fruſtra in tuis rebus laboraſſe. Sed forte lætior tibi erit fortuna q̃ aut ipſe ſperes aut illa ſoleat carmina noſtra non eſt ꝙ tua laura moretur qm̃ reuocata ad incudē ſunt ut preſſius afformētur nec ꝓdire/ quo nūc ſunt uultu/audēt in publicū. Differt autē emendationē inſtans ratio & urgēs noui operis quod habeo in manibus hortatu Laurētii medicis in quo dauidicos hymnos nō ſolū il/lumino lōgiori interpretamēto/ſed qm̃ quos ecclesia decātat hi a.lxx.uerſi ſunt interpretibus eāq; tranſlationē pluſq̃ ſexcentis locis uti parū ſidelē hebrei coarguūt ego ꝓprietati innixus hebraicæ & chaldaicæ litteraturæ cū & ſenſuum integritate illos ab omni iudeorū calūnia aſſero & defendo. Reliquū nō eſt quod ſcribā/niſi ut me Hermolao quotiēs ho/minē uides totiens nō uulgariter cōmendes. ſac itē uir doctus & grauis Iacobus uolaterranus amari ſe a me uehemēter intelligat a quo ſi epiſtolas ſimmachi ad paucos dies dū.ſ. exſcribātur unq̃ impetrauero perpetuo me ſibi beneficio deuinciet. Vale. Mcccclxxxviiii.

Ioannes Picus Miran. Baptiſte guarino preceptori ſuo. S.

q Vid cōtrahis frontē: an ꝙ cōtra quā preceperis/atq; ideo iniuria tibi inſcripſe/rim ꝑceptori/Si ꝑceptor nō es iure tuis nō ſto preceptis/ Si ꝑceptor es iure te appello preceptorē. Tu uero quid diſcipulū renuis quē tātopere laudas. pu/gnant hæc inter ſe niſi alterū forte amoris eſt/alterū iudicii/& cuius laudes prædicas ex beniuolētia/eiuſdem errata uereris ex conſciētia. ne. ſ. tibi pudorē faciāt/que poſſis forte laudator nō poſſis ꝑceptor non agnoſcere. At recipe quæſo me uel hac lege in participatū diſcipline ut te ego in noſtre/ſi qua erit gloriolæ/participatū admittā plagas ſuſtinerem ſolus. Sed quid frigidis iocis moror ardorē/meæ letitiæ/quā ex tuis litteris/ex tua tā graui tā honorifica laudatione cōcæpi. nūc demū mihi arridet. Nūc mihi eſt grata heptaplus mea poſtq̃ ſub tuo ꝑconio quaſi clipeo palladis iā ſe oſtentat emulis inuulne/rabilē. Hortaris me tu ad alias hoc genus ſcriptiones/quod fruſtra faceres niſi dū mihi plena adeo cera ſubſcribis igniculos bonæ immittēs ſpei feciſſes me ad ſcribendū q̃ fuerim antea longe fortiorē. Adeo enī eā iudicio tuo mihi cōfido/ut quod totius inſtrumēti ueteris enarrandi onus ſuſcepi. Cui oīno ſum impar iam tamē ſolito longe fortius ferā/quod attinet ad libros fortaſſe tibi melius ſatiſfacerē ſi indicē haberē eoꝝ libroꝝ qui ſunt apud te quoniā poſſent multi ad rem tuam facere/quibus tamē nō egeres/Laurētio medici tua predicta uirtus te fecit cōmendatiſſimū/ Neq; nunq̃ inter nos mētio de iuris doctis huius ætatis/quin plurimus in ore ſit guarinus preſertim cū noſter interuenit Politianus(inter/uenit autē ſemp)qui tibi tantū tribuit quantū nemini. Vale noſtroꝝ optime atq; doctiſſi/me & pictorium noſtrū cōmunes delitias quantū potes meo nomine ſaluere iube.

Ioannes Picus Miran. Antonio picimāno. S.D.

n Ihil tota uita mihi fuit iucundius his litteris quas nuper a te accepi plenas amoris officii humanitatis ita ſim fœlix ut te nō fallo/niſi mihi ille forte di/es iucundior quo me ipſe & grimānus neſcio tuus an meus magis/& conue/niſtis amice/& honorifice ſalutaſtis/q̃q̃ enim uelut perſonam mutuati non

qui erratis: ſed quaſi neſcio quos lepido cõmẽto nominũ mihi uos exibuiſtis ſuauiſſimũ tamen ueſtrum ingenium ſingularis doctrina: amabilis grauitas: liberalis modeſtia: ingenuum os: lepidiſſimus ſermo: grimannũ mihi & picimannum apertos uerosq; repreſentabant. Quare & ſi ipſa falli nomẽclatura fraudari tñ uoluptate nõ poterã: que mihi ex uobis debebat͛. diſſimlare noia potuiſtis uirtutẽ ñ potuiſtis: que ſuo ſe ꝑdit fulgore & latere neſcit illa de rebus phyſicis tã grauis tractatio: ille acres cõtortæ argumẽtatõnes: illa iudicia caſtigatiſſima quos poterant alios q̃ uos ipſos mihi denunciare. Gratulabar ego mecũ met tacitus cum uos audiebam/ætati noſtræ que non unum ut putabam grimannum nõ unũ picimannum: ſed duos grimannos duos picimannos fecundior protuliſſet ut autem mihi noſter Politianus qui nam fuiſſetis indicauit iam non tam ætati meæ q̃ meo cæpi iudicio gratulari ita mihi agnouiſſe in uobis omnia ſum uiſus quæ in illis .i. uobis conſtãtiſſimo eſſe omnium teſtimonio deprehẽderam. Sed uide ut me agunt tranſuerſum & a tua epiſtola ad ſe ueſtre laudes abducant: quamq̃ & illa eodẽ quoque uocat uel nolẽtem ſed reprimã me ne uidear quaſi mutua opera uelle laudibus ſatiſfacere quibus tu plurimis me cumulaſti que ſiue ex animi ſunt propenſione/ſiue ex iudicio neſcio honori an uoluptati mihi maiori fuerint. Debeo plurimum mi picimanne animo iſti erga me tuo. Sed fac quæſo tu quoq; ſi quando accidit de me periculum de mea. ſ. inte uoluntate. Cognoſces hominẽ ita amantẽ tuæ uirtutis & ſtudioſum ut nec ipi grimanno tuo primas inte amando ſim conceſſurus. Vale. die. ix. Iulii. Mcccclxxxviiii.

## Ioannes Picus Mirau. Ignoto amico. S. D.

q Viſquis es noſter eris/poſtq̃ Roberto ſaluiato noſtro/ut p eius accæpi ſingraphã es cõiũctiſſimus legi litteras tuas ad mitridatẽ quas illi abſenti reddere nõ potui. Amare te in illis cæpi nõ tam iam eo noie q; te Robertus amat/q̃ q; te amare litteras: Et(q; eſt principalius)ſacrarũ rerũ & legis ſtudioſum eſſe cognoui. Et qm̃ de his que petebas uiſus ſum mihi poſſe aliqua ex parte tibi ſatiſfacere ut hinc bene noſtram auſpicarer amicitiã/uolui quid ego ſentirem tibi ſignificare. Quod certe facerẽ longe locupletius/ſi hic illos meos oĩm hoĩm amicos .i. meos libros haberem quos cõſulerẽ. ſed me illi iam romã quaſi anteambulones dominũ preceſſerunt & ego ipe hæc petaſatus iã & caligatus in ꝓcĩctu cũ eſſem ad te dedi tã familiariter q̃ feſtinãter: qđ petis de Ioſepho ſcias iuſtũ Ioſephũ apud hebreos nõ reperiri. Sed ioſephi epithoma .i. breuiariũ quoddã in quo & multa ſunt cõmentitia/& que de decẽ tribubus ibi legũtur que poſt babylonicã captiuitatẽ poſtliminio nõ redierũt ea eẽ notha & adulterina ex hebreis mihi plures cõfeſſi ſunt: Quapropter illorũ Ioſepho nulla oĩno fides adhibẽda. In Ioſepho greco ſcio eẽ quedã que de xpo & fidẽ & honorificã faciãt mẽtionẽ. Sed eadem eſſe penitus cum his que in latinis codicibus legũtur: nõ aſſererem niſi exẽplar grecũ cuius hic mihi nulla eſt copia recẽs legerem. & ut ad ea ueniã que de chaldeorũ hebreorũq; litteris deſideras: percunctatus ſum ego ſepe & mithridatem & mł͠tos hebreos de his que apud Hieronymum ingaleato prologo legũtur ubi ille ſcribit eoſdẽ olim fuiſſe ſamaritanorum & hebreorum caracteres. Eſdrã aũt poſt iſtaurationẽ templi ſub zorobabel alias adinueniſſe litteras que nunc ſunt in uſu neſcios ſe huius mutatõis oẽs ꝓdicãt/&(qđ

eſt maius)pro cõperto habent hiſdẽ quibus nunc utimur in hebraica litteratura apicibus uſos & Moſem & patriarchas antiquos oẽs.Cui ſententiæ ut nunc mihi/ſubuenit/fidẽ maximã facit ſcientia cabalæ cuius ſcriprores qui cũ ipſo Eſdra in ſynodo fuerũt ſub ipſis litterarum caracteribus & figuris quibus nunc legẽ deſcriptã habemus diſſimulaſſe Moſem diuina myſteria/& uolũt & probãt quod eſſe nullo modo poſſet ſi aliis Moſes ab his quibus nũc utimur caracteribus uſus fuiſſet:Quo tamẽ tutari dictũ Hieronymũ poſſim/hoc unũ habeo quod nuper legi in cõmentariis libri quẽ pater antiquus Abraam decreatione edidit dũ enim duas illas & trigita portas quarum meminit auctores interpretant̃/dicũt numerũ illũ ex decẽ numerationibus & duabus ac uiginti litteris conſlari.Reliquas autẽ litteras que ſunt mẽſade/phe/chiaph:& nunque duplices dicũtur quarũ caracteres ſunt ab epiſcopis ſiue prefectis additas fuiſſe hoc ſorte Hieronymus ĩtellexit cuius teſtimoniũ & haberi apud oĩnes omibus in rebus debet & habet̃ profecto apud me.ſanctiſſimũ Alphabetũ chaldaicũ quod petis:nec a mithridate impetraſſes:nihil per illum licet ut a me impetrare poſſis a quo poſſes omĩa.Nã ille docere me chaldaicã linguã nulla uoluit rõne niſi adiuratũ prius/& quidẽ cõceptis uerbis/ne illã cuiq̃ traderẽ:facere fidem huius rei tibi põt noſter Hieronymus beniuenius qui cũ adeſſet forte dũ me ille docebat furens mitridates hoĩem eliminauit.Sed ne fruſtra omnino ſcripſeris uicariũ habeas pro caldaico arabicũ alphabetũ/quod mea manu tibi annotatũ mittitur. Reliquũ quod ſcribã nihil eſt niſi me tui quiſquis ſis/eſſe nõ poſſe nõ amantiſſimũ:ſi ego te amãtiſſimũ eſſe bonarũ artiũ intellexero.Vale ex fratta.x.Nouẽbris.Mcccclxxxvi.

Ioannes Picus Miran.Io.Francisco Pico nepoti.S:

Elix es fili quãdo nõ ſolũ id tibi tribuit deus ut bene uiuas. Sed ut bene uiuẽs a malis tñ ob id maxime quia bene uiuis/interim male audias:æqua.n. laus ad laudatis laudari & ĩprobari ab ĩprobis.Sed nõ ꝓpterea te fœlicẽ appello:quia hæc tibi calũnia glorioſa ẽ:ſed quia dñs ieſus qui uerax ĩmo ipſa ueritas eſt futurã affirmat mercedẽ noſtrã copioſam in cœlis/cũ male dixerit nobis hoĩes & dixerint oẽ malũ aduerſus nos mẽtiẽtes ꝓpter eũ.Apoſtolica/ſi neſcis/hæc dignitas eſt Dignũ haberi qui ꝓ euãgelico noĩe ab impiis ĩfameris.Quãdo apoſtolos legimus apud lucã gaudẽtes a conſpectu abiiſſe cõcilii:quia digni habiti eſſent qnibus ꝓ noĩe Ieſu contumelia irrogaretur. Gaudeamus igitur & nos ſi tãta apud Deũ gloria digni ſumus: ut eius gloria in ignominia.noſtra manifeſtetur.Et ſi quid a mundo durũ patimur ac moleſtum/dulciſſima illa domini uox nos cõſoletur. Si uos mũdus odio habet:ſcitote quia priorem me uobis odio habuit.Si mũdus illũ odio habuit per quẽ factus eſt mundus: nos uiliſſimi homũtiones/& ſi flagitia noſtra pẽſitemus digniſſimi oĩbus ꝓbris/uſq; a deo/ſi quis detrahat ſi qs maledicat ægre feremus ut ne ille maledicat/male agere ipi ĩcipiamus. Excipiamus hæc potius alacres maledicta & ſi ñ ea fœlicitas noſtra ẽ ut ꝓ uirtute ꝓ ueritate:quẽadmodũ olim heroes noſtri uerbera/uĩcla carceres gladios ſuſtineamus:ſatis nobiſcũ bene actũ putemus ſi uel cõuitia hoĩm improborum: detractiones/odia patiamur ne omni nobis merendi occaſione ſublata:premii etiam ſpes reliqua nulla ſit.Si bene uiuentem te homines laudent:porro uirtus hæc tua quatenus quidẽ uirtus eſt ſimilem te xp̃o facit:ſed

quatenus laudata eſt/ facit diſſimilē: qui premiū ſuæ uirtutis ab homibus mortem crucis acccepit: ꝓpter quod & deus/ut inquit apſ̄us/ exaltauit eū/ & dedit illi nomē quod eſt ſup oē nomē. Optabilius igitur crucifigi a mūdo/ut exalteris a deo/ q̄ exaltari a mūdo ut iudiceris a deo. Ille.n. crucifigit ad uitā: hic exaltat ad gloriam: ille exaltat ad caſum: hic iudicat ad gehenā. Denique ſi tibi mūdus applaudit fieri uix poteſt ut uirtus quæ tota ſurſum erecta ſolū deum debet habere cui placeat blādiēti ſe pauliſper hoīm gratiæ nō inclinet: & ſi de ſua etiā integritate nō perdit/perdit tamē de p̄mio/ quod cū in terris incipit pſolui ubi oīa ſunt exigua/minus erit in cœlo ubi oīa ſunt īmenſa. Fœlices contumeliæ que nos tutos reddūt ne aut iuſticiæ flos peſtifero inanis gloriæ flatu marceſcat: aut popularis rumuſculi uano auctoramēto æternitatis ſtipendia nobis īminuātur. Amplectamur fili has cōtumelias: & de ſola ignominia crucis domini fideles ſerui ſanctiſſima ambitione ſuperbiamus. Prædicamus inquit Paulus xp̄m crucifixū hebreis quidē ſcandalū: gentibus ſtultitiam: nobis autē dei uirtutē & ſapiētiam. Sapiētia iſta mūdi ſtultitia eſt apud deū: & ſtultitia chriſti illa ē quæ ſapiētiā uincit mūdi per quā placuit deo ſaluos facere credētes: ſi inſanos eos eſſe nō dubitas qui uirtuti detrahunt tuæ/ chriſtianā uitā: hoc eſt ſapiētiam inſaniā uocant: cogita quāta tua eſſet inſania: de inſanorum iudicio a recte uite inſtituto dimoueri: cū error oīs emēdatione tollendus: nō imitatione augendus ſit: hiniant illi: baubent allatrent: tu ceptum perge iter intrepidus: & de illorū nequitia atq; miſeria quātū ipſe debeas Deo perpende. Qui ſedētem in umbra mortis illumīauit: & de illorum cætu trāſlatum qui in denſiſſimis tenebris deuii huc illuc ſine duce bacchantur: filiis lucis aſſociauit. Sonet uox illa domini ſuauſſima in auribus tuis ſemp: ſine mortuos ſepelire mortuos ſuoſ tu me ſequere. Mortui enim ſunt qui Deo nō uiuunt: & in hoc temporariæ mortis ſpatio: laborioſime ſibi æternam mortem acquirunt. A quibus ſi petas quo tēdant quo ſua ſtudia opera curas referant: quem deniq; finem ſibi præſtituerint in cuius adeptiōe fœlices futuri ſint: aut nihil omnino habebūt quod reſpōdeant: aut pugnantia ſecū cōtrouerſaq; ſibi ipſis uerba uelut phanaticorum deliramenta loquētur. Neque enim ſciūt ipſimet quid agant: ſed more eorum qui fluminibus innatant: male īportatæ conſuetudinis ui: quaſi torrentis impetu feruntur: & hinc cecante eos nequitia: unde ad malum Sathana extimulante ruunt præcipites in omne facinus cœci duces cœcorum: donec improuiſa eos occupet mors: & dicatur eis: Amice hac nocte repetent animam tuam a te: hæc autem quæ paraſti cuius erunt. Tunc his inuidēt quos deſpexerunt: laudāt quos deriſerūt: & imitari eos uellēt cū nō poſſunt: quos dū poterant Sequi: pſequi maluerūt. Obde igitur fili Cariſſime auribus ceras & quicquid dixerit qcqd ſenſerint hoīes de te pro nihilo habens ſolū iudicium Dei ſpecta qui reddet unicuiq; ſecūdum opera ſua in reuelatione ſua de cælo cū āgelis uirtutis ſuæ: in flāma ignis faciens uindictam in eos qui non nouerunt Deum: nec paruerūt euangelio eius. Qui pœnas (ut ait apoſtolus) dabunt in interitu æternas a facie domini & a gloria uirtutis eius cum uenerit gloriſicari in ſanctis ſuis & admirabilis fieri in omnibus qui crediderunt. Scriptum eſt: nolite timere qui corpus poſſunt occidere. Sed qui animam poteſt mittere in gehēnam. Quanto minus hi tibi timendi ſunt qui nec corpori tuo poſſunt nocere nec animæ: qui ſi nunc tibi detrahunt ex ratione uiuenti nihil detrahent minus ſi relicta uirtute uitiis obruaris non quia illis uitium diſplicet. ſed quia detrahendi uitium illis ſemper placet. fuge ſi tua ſalus tibi eſt cordi fuge quantum po/

tes eorũ conſuetudinem/& ad te ipſum rediens ſæpe in abſcondito ora clementiſſimũ patrem clamãs cũ propheta. Ad te domine leuaui animã meam. Deus meus in te cõfido nõ erubeſcã/etiam ſi irrideant me inimici mei/& enim uniuerſi qui ſperant in te non confundentur. confundantur iniqua agentes ſuperuacue/uias tuas domĩe demonſtra mihi: & ſemittas tuas edoce me: dirige me in ueritate tua: & doce me: quia tu es Deus Saluator meus: & in te ſperabo tota die. fac item cogites ſemper inſtantem mortem: & punctum .ſ. eẽ quod uiuimus & adhuc puncto minus: tũ q̃ ſit malus antiquus hoſtis qui nobis regna mũdi promittit/ut nobis regna cælorum eripiat: q̃ ſalſe uoluptates quæ ideo nos amplectuntur ut ſtrangulent: q̃ doloſi honores qui nos ſublimãt: ut deinde præcipitent: q̃ lætales diuitiæ: quæ quanto nos magis paſcunt tanto magis uenenãt: q̃ breue incertum(umbratile ſalſum imaginarium eſt omne illud quod hæc omnia ſimul etiam ſi ex uoto affluant nobis præſtare poſſunt: q̃ magna his & promiſſa & parata ſunt qui contemptis preſentibus illam ſuſpirãt patriam/cuius rex diuinitas/cuius lex charitas: cuius modus æternitas: his atq; ſimilibus cogitationibus animũ occupa quæ ſuſcitent dormientem: tepeſcentem accẽdant: uacillantem confirment: & tẽdenti ad cœlũ diuini amoris alas exhibeant: ut cũ ad nos ueneris quod magno omnes deſiderio expectamus non ſolum quem uolumus. Sed & qualem uolumus te uideamus. Vale. & deum ama/quem timere olim cœpiſti. Bigus te ſalutat. Ferra. ii. Iulii. Mcccclxxxxii.

Ioannis Pici Miran. Deprecatoria ad Deum.

Alme deus/ſumma qui maieſtate uerẽdus
Vere unum in triplici numine numen habes
Cui ſuper excelſi flãmantia mœnia mundi
Angelici ſeruit turba beata chori
Cuius & imenſum hoc/oculis ſpectabile noſtris
Omnipotens quondam dextra creauit opus:
Aetherea qui torques qui uutu dirigis orbem/
Cuius ab imperio fulmina miſſa cadunt:
Parce precor miſeris noſtras precor ablue ſordes/
Ne nos iuſta tui pœna furoris agat.
Quod ſi noſtra pari penſentur debita lance
Et ſit iudicii norma ſeuera tui
Quis queat horrendum uiuentis ferre flagellum
Vindicis: & plagas ſuſtinuiſſe graues:
Non ipſa iratæ reſtabit Machina dextræ
Machina ſupremo non peritura die.
Quæ mens non primæ dãnata ab origine culpæ:
Aut quæ non proprio crimine facta nocens:
At certe ille ipſe es proprium cui parcere ſemper
Iuſticiamq; pari qui pietate tenes:
Præmia qui ut meritis longe maiora rependis
Supplicia admiſſis: ſic leuiora malis.

Nãq; tua eſt noſtris maior clementia culpis/
Et dare non dignis res mage digna deo eſt
Quãq̃ ſat digni: ſi quos dignatur amare
Qui quos non dignos inuenit/ipſe facit
Ergo tuos/placido miſerans precor aſpice uultu
Seu ſeruos/mauis/ſeu magis eſſe reos:
Nempe reos/noſtræ ſi ſpectes crimina uitæ
Ingratæ nimium crimina mentis opus.
At tua ſi potius in nobis munera cernas/
Munera præcipuis nobilitata bonis
Nos ſumus ipſa olim tibi quos natura miniſtros
Mox fecit natos gratia ſancta tuos.
Sed premit(heu)miſeros tantæ indulgentia ſortis:
Quos fecit natos gratia culpa reos.
Culpa reos fecit/ſed uincat gratia culpam/
Vt tuus in noſtro crimine creſcat honor:
Nam tua ſiue aliter ſapientia/ſiue poteſtas
Nota ſuas mundo prodere poſſit opes/.
Maior in erratis bonitatis gloria noſtris
Illeq; præcunctis fulget amandus amor:
Qui potuit celo dominum deducere ab alto/
Inq; crucem ſummi tollere membra dei:
Vt male contractas patrio de ſemine ſordes
Ablueret lateris ſanguis & unda tui
Sic amor & pietas tua rex mitiſſime/tantis
Dat mala materiam ſuppeditare bonis.
O amor o pietas noſtris bene prouida rebus
O bonitas ſerui facta miniſtra tui
O amor o pietas noſtris male cognita ſeclis
O bonitas noſtris tunc prope uicta malis:
Da precor huic tanto/qui ſemper ſeruiet/amori
Ardorem in noſtris cordibus eſſe parem:
Da ſathanæ imperium/cui tot ſeruiſſe per annos
Pœnitet/excuſſo depoſuiſſe iugo.
Da precor/extingui ueſanæ incendia mentis/
Et tuus in noſtro pectore uiuat amor:.
Vt cum mortalis perfunctus munere uitæ
Ductus erit dominum ſpiritus ante ſuum/
Promiſſi regni fœlici ſorte potitus
Non dominum/Sed te ſentiat eſſe patrem.

FINIS.

Varia teſtimonia uitæ/doctrine & cōmentationum Ioannis Pici Miran. Variis ex locis collecta: multis tum horum celebratiſſimorū uirorum/tum aliorum prætermiſſis.

Epiſtolæ duæ fratris Baptiſtæ Mantuani Carmelitæ theologi doctiſſimi & eloquētiſſimi. ad Io. Franciſcū Picum Miran. Concordiæ comitem &c. de morte Io. Pici eius patrui.

ILluſtris domine. Nuper audita morte Io. Pici auūculi tui uiri clariſſimi atq; doctiſſimi/ſic animo conſternatus ſum: ut neq; pes neq; mens ſatis ſuo ſun geretur officio. Parum abfuit quin & de deo/ & de natura: ſim conqueſtus/ q̧ tantum lumen e mundo tam cito ſuſtulerint tātum Italiæ ornamentum: tantam ætatis noſtræ gloriā quaſi terrenæ rei pu. bonis inuideant/nulla habita noſtri ra/tione: ſucciderint. ſucciderint inq̄ dum creſceret: dum floreret: dū copioſiſſima ingenii ſui fertilitate paſceret uniuerſos. Sed recordatus ſententiæ Pauli qua inquit iudicia dei abyſ/ſus multa: cōtinui me/ne male de deo/ & de operibus eius impia temeritate/ſentirē. In oe caſu uiri huius paſſa ſunt magnam eclypſim ſtudia litterarū: ſcientia rerum: integritas mo rum: erat enim (ut ſcis) In patruo tuo ſic uitæ ſanctimoniæ coniuncta linguarū eruditio: & humanarum diuinarumq; rerum cognitio: ut in uno eodemq; homīe uiderer uidere Hie/ronymum/ & Auguſtinū reuixiſſe. Atq; utinam opus illud de concordia Platonis & Ariſto telis anteq̄ decederet: obſoluiſſet Pollicebatur enim titulus eius omnem antiquorum phi loſophiam/& reconditiſſimarū ac ſcitu digniſſimarum rerū apertionē. Omnia eius opuſ cula: que abſoluit: que etiā imperfecta reliquit: ſunt omni ſtudio & diligentia conquiren/da: nam cum a tanta ingenii fœlicitate profluxerint: non poſſunt/non eſſe digniſſima: quæ ab omni poſteritate: legantur: amentur: & adorentur. ad quod officiū te prouocarē: niſi te ſic perſuaſum & animatū ſatis crederem. Deerat hoc familiæ tuæ decus imortale: ut apud nobilitatē antiquiſſimā: diuitiarū & opū affluentiā: rei militaris gloriā: collocaretur etiam excellentia tantæ ſapientiæ: ut oīa que apud mortales/ſumma laude digna ſunt in unam domum tuā confluerēt. Te uero Io. Frācifce ſumma ope niti decet: ut patrui tui uirtutē he/reditate poſſideas: & ut ſpiritus eius in te duplicetur: ſicut heliæ ſpiritus in heliſeo: hoc a te expectamus: hoc requirimus: cū eius opuſcula collegeris: precor: ut me quoq; participem reddas: & erit mihi operæpreciū/iſtuc tantæ uoluptatis gratia me cōferre cū ſciero. Diſticū in laudem eius ex tempore factū q̄q̄ nō placeat: tamē ſubiiciā. Vale prīceps optime & me ama. Mantuæ die. xxvii. Nouēbris. Mcccclxxxxiiii.

Picus Ioannes cœlos: elementa: deūmq;
Doctus: adhuc iuuenis ſanctificatus obit.

ILluſtris comes Io. Frācifce dilatio honeſtiſſima tuæ reſpōſiōis credi fecerat litteras meas in uia piiſſe: & dū ꝓpterea nouas ad te dare ſtatuerē: iāq; icepiſ ſem eas exarare: ſupuenerūt tuæ deſideratiſſime: ornatiſſimæ: iocundiſſimæ. Nocte īſequuta. credo ex eo q̧ die cogitauerā dormiēti mihi ſub aurorā tpe quo certi ſomnia uera ſolēt uiſa eſt imago patrui tui iā uita functi ſupuēire: & mecū mlta de āgeloꝝ natura: de ſpirituū aeriorū/ac terreſtriū: aquaticorū: etiā ſpeciebus: nominibus

officiis:cum ſumma utriuſq; noſtrum uoluptate diſſerere:Et cum eum interrogaſſem cur balbus eſſet(balbus enim uidebatur(id ſignū eſſe reſpondit imperfecti & inabſoluti ſer/monis:quē de reꝝ natura/& de philoſophia iam dudū incoharat.Videbar accenſus de/ſiderio percuntandi de rebus occultis plurima:quæ nobis mortalibus mirabilia ſunt/ & ignota:& neſcio quo pacto id primū occurrit quid.ſ.amuleta ꝓdeſſent infantibus:& co/rallia:& id genus alia:quæ infantuloꝝ collo alligant̃ reſpondit in his aliquādo aliquid uirtutis ineſſe:& hoc ad magiā naturalē ꝑtinere.ſed ut plurimū damnatas cōſuetudines & ſuꝑſtitões eē.his dictis euanuit.& ego expergeſactus diu multūq; cogitaui: quæ collo/quuti fueramus in ſomnis:quia nō inania eſſe ſed penſi aliquid habere uidebant̃.Scribo aūt hoc non ꝙ inſomnis ullam fidē adhibeam:id enim eſt & a ꝓfeſſione mea/& a natu/ra alienū:ſed quia nō ſatis mirari poſſum quo nā pacto fiat ut dormientes diſputēt:do/ceant:diſcant:& ea plerunq; faciant:que a uigilantibus fieri ſit impoſſibile/uel certe diſ/ficile.habent certe neſcio qđ diuinitatis animæ noſtræ.& ſi ſancte ac pie uiueremus/nec tot negocioꝝ ambagibus circūagerent̃ animi noſtri:haberēt nobiſcum ſpiritus ſeparati magna cōmercia.Sed de his hactenus.Quod uelis/ut ſcribis/patrui tui uitam cōſcribe re & laudo/& ut maturius id agas hortor/& obſecro:id enim officii tibi maxime cōgruit & tibi pluribus de cauſis eſt aſſumendū:nā & ſtilo/& eloquētia plurimū uales.qđ eſt na turæ & induſtriæ/& dei donū ſingulare.Item ꝙ gentilis eius ſis:& tam mirabili uiro ar/ctiſſima cognatione ꝓpinquus.quo fit ut eius gloriæ nō eſſe particeps no poſſis.Nec ullo modo pati debes ut clariſſima familia tua:quicq̃ tanti ornamenti ac ſplendoris amittat. Accedit ad hæc ꝙ nulli magis q̃ tibi nota eſſe debet eius uita:quā tibi iampridem imitan dam ꝓpoſueras.& quidem ſapiētiſſime:erat enim egregium quoddā ſanctimoniæ & re ligionis exemplar.In quo totius ſapientiæ lumen apparebat.Dicam ergo tibi quod chri ſtus dixit apoſtolis.colligite fragmenta ne pereant.& id tanto ſtudioſius agendū quan/to nobis:qui ſuperſtites ſumus & futuræ poſteritati magis eſt ꝓfuturum.Proculdubio & ſi uideo magis ei gratulandum qui poſtq̃ tam breui nauigatione tantū ſpiritualiū opū cōgeſſit/tam fœliciter in portum ꝑuenit:nō poſſum tñ de tanti uiri iactura tecum nō do/lere:Mors Georgii merulæ primū condiſcipuli.poſtea preceptoris mei(nam ſub Grego/rio Tiphernate commilitauimus)triſtitia me affecit:ſed erat ille iam grandeuus & ſenio ingraueſcente iam inutilis & factus officio.Hermolai & politiani duorum illuſtrium ui rorum lamentabilis occaſus:attulit & mihi & omnibus litteratis graue cordoliū ſed al/tius hoc uulnus inſedit:& longe maiorē in Pico noſtro iacturam paſſa eſt res litteraria. Eloquētiæ cāpi lugent:mathematicaꝝ artiū ſtudia conciderunt.Philoſophia omnis/ac metaphiſices & theologiæ altiſſimæ ſpeculationes:quas ille amplificare/ac illuſtrare iā ceperat:deinceps omuteſcent.Sed parco iam.ne dolori iuſto plus indulgeam.Curandū magis eſt ut ei & ſcientiarū ſtudiis ac exerciciis/& morum integritate/ac religione ſimi/les euadamus/& pari cum eo negociatione ditati:perueniamus olim quo ille iā ꝑueniſ/ſe ſe gaudet.Quam primū potero ueniam:ut diuini eius ingenii reliquias in mortales: quæ apud te ſunt/uideam/& adorē.Interea ſcribendæ eius uitæ da operā & me ama. be/neualeat.D.tua:cui me cōmēdo:Mantuæ die.iii.Ia.Mccccxcv.

Frater Baptiſta Mant.Carmelita.

## Epiſtolæ quinq; Hermolai barbari uiri celeberrimi patriarchæ aquileienſis.

### Hermolaus barbarus Io. pico Mirandulano. S.D.

t V uero Pice adeo nihil mihi debes: aut ſilẽtii: aut officii alicuius erga te mei noĩe: ut mihi littere tue magno ẽt rubori fuerint: qui negligentiã meã ꝓ tuã deprecariis apud me: cũ utrũq; a nobis apud te prius quacũq; mercede redi/mi debuerit: hæc ingenii tui bonitas candor æquitas: Agnoſcis alienã culpã cũ aut uitare aut ptiri certe poſſis: in mutuo crimine ſollicitus es: q & antecategoria & cã ẽt meliore ſecurus eſſe poteras. aut reus eſt uterq; aut nõ tu. Alioqn iã qđ ad te attinet purgaſti. Reliquũ eſt ut & ipe ſatiſfaciã. Sed quid a me ad te potiſſimũ ſcribit põt. ihortabor ut litteras amare pergas in quibus es eminẽtiſſimus. monebo ut uirtuti & bonis moribus dedare/in quibus tm̃ pſeciſti/ut difficile cognitu ſit utri philoſophiæ parti maiorẽ opam impẽderis. ei quæ ſpectatiuas & inſtrumẽta cõtinet/an ei que dogmaticẽ paneticenq; cõ/plectit̃: oĩo ſũmũ & humano captu maius eſt: qđ tu aut genio aut certe opifici tuo debes tã tenera ætate cõſequutus qđ extrema ſenectute ĩpudẽtiſſimũ ſit optare. Nõ ſunt hæc Pi/ce tua naturæ ſunt: dei ſunt: q̃q̃ ſit aliquid tuũ eſt hæc maxime tua ſunt. Vide quantũ mi/nus tua dici pñt: nobilitas fortunæ ualitudo: forma: quibus bonis tã nulli cedis q̃ꝑ nec il/lis: quæ magis tua ſunt. huc te hortor cõuerte: hoc diu & noctu uolue/quãtũ nomẽ ei ſi q te uſq; adeo ditauit ut nec ſoluẽdo nec exputãdo ſis unq̃ futurus: q̃ poſſides: Cogita quantũ poſſit qui te iſta poſſe uoluit: quãtũ amet qui te de tã multis milibus ſibi legit qui ſenes puer ſere uinceres quiq; nundũ ephæbus eruditoꝝ hoĩum coronas in admirationẽ doctrinæ tuæ uerteres. niſi hoc uides/niſi eſtimas/iã nunc affirmo tibi & libera uoce prædico te nõ tm̃ eſſe quantũ es. Immẽſum & infinitũ eſt qđ mihi de te pridẽ ſpopondi/& ſpondeo: ſed opinionẽ preſũptã nec oratio/nec prædicatio cõſequit̃: facio ego ut ſolent: qui quãto plus aliquẽ mirant̃/& explicare uolunt qđ ſentiũt: eo minus id aſſequunt̃ qđ uolunt. ut q̃q̃ magnũ aliqd aĩo cõcipiunt: uerba tñ deſinit/& moriri potius q̃ dicere potuiſſe uideantur. Proinde tu ne hæc auſculta: que nũc de te ſcribo foraſq; promo: ſed illa potius intelligere: quæ intus de te ſolus & tacitus loquor tãto hercule maiora quãto cogitatio ſermo/ne/hoc eſt. Marſilium ſaluta & Saluiatũ tuũ De Politiano nihil opus eſt labores. qa breui (ut audio) mecũ erit. quo nihil mihi poterit in hac legatione tota iocundius accedere: bibliothecã iſtic in dies maiorẽ & ornatiorẽ inſtrui/tã gaudeo ut nihil ſupra/debẽt Florẽtinis littere/& inter Florentinos medicibus/ inter medices Laurentio qui gentiliacũ hoc familiæ ſuæ decus/nõ minori cura fouet/q̃ rem publicã cuius adminiſtrãdæ cõſtituẽdæq; ius habet. Vale Mediolani. Kalendis Ianuarii. Mcccclxxxvii.

### Hermolaus barbarus Roberto ſaluiato. S.D.

f Alleris Saluiate ſi quid aliud preter occupatiões meas ſuſpicaris fuiſſe: quã obrem tibi nundũ reſponderim/uulgaris hec & iactata ſilentii redẽptio. Sed me hercule tam uera ut niſi tu eam ꝓbes/de meo in te amare fide ſtudio male meritus eẽ uidearis. gratiſſime mihi ſemper litteræ tuæ oẽs/ſed illæ ſupra

modum: in quibus mirandulani mei nomẽ, atq; mẽtio: nihil eſt uno eo mirius in litteris: nemo quẽ laudari ornari in cælũ tolli malim. nemo a cuius predicatione digredi minus poſſim: in quo ſũ fortaſſe: nulli tũ eſſe uideor intẽperans: tã multa in eo laus: tã nulla fini ut iam & ambitioni & aſſentationi locus deſit. Apologiam eius legi: & in ea me/ quid il/le mihi tñ tribuit tam parũ merenti. cur ordinario teſti ne dicam Gregario tam honori/fica prefatione denunciat. Illo præſertim opere quo nihil ſubtilius: uehemẽtius: acutius: de quo tñ ſatius eſt iudiciũ meũ: differam tantiſper dũ plane totũ plego. Quã autẽ reſci re cupis quid agã: ecquid aliud poſſum dicere ꝙ ſtudio: publica quidẽ curatio: nõ nihil in ſtantiæ ille meæ detrahit ĩmo ſtudiis nõ inſtantiæ. inſto. enĩ acrius & penſum exigo acer/bius ꝙ mihi his maior abſtulit aſſiduitate ſartio quãto mihi negatiorum plus acceſſit: tã/to auiditatis & alacritatis plus incuſſit. Itaq; ferias illas omnes quas ualitudini priuatus homo dabam ĩ publica diſtribuo: itaq; mihi ex una cauſa deperit ac decedit alia rõne cor rogo. Credo alias ad te ſcripſiſſe/ aut dixiſſe tibi: qui ex me audierint inſtrmentũ. Ariſtote lis ita enim logicen *peripatetici* fere appellant: itemq; libros octo de auſcultatione phy/ſica: & tris eius rectoricos in latinũ a me pridem conuerſos eſſe Dioſcorides iam pfectus eſt/ manus ei nũc a me ſumma imponitur: parata filiæ dos eſt: propediẽ locabitur. Tum leuatus onere Ariſtotelem aggrediar totus totum qui niſi alio me deus aduocet: ab dioſ/coridis edictione biennio fere prodibit abſolutus utiq; in logicis: & cũ eo cõmẽtariis: quos in poſteriores analiticos iam perfecimus. poſt emiſſa hec imbo naturalia & diuina: Item Rhetorica & Poetica ptim cõmentationibus partim annotationibus oĩa eius philoſophi uolumina ꝓ uirili mea inſtruẽs. Sunt enĩ & in ꝓblematis & in animaliũ hiſtoriis/ nõnul/la: quæ claritatem lucẽq; deſiderãt/ ea curſim & breuis annotamẽti lumine præterfluã pa ratur: Nihil preterea nouum aggredi tota uita: & enim cõprimenda mihi eſt auiditas/ im mo improbitas hec ingenii ne dum rectibile ac fertile haberi ſe uult. i. operoſum & ambi tioſum eſſe uideatᷓ. quotidie uerius experior ꝙ dici ſolet paria eſſe amplecti omnia & ni/hil. Vale Mediolani. xii. Kalen. Nouembris. Mcccclxxxviii.

## Hermolaus barbarus Ioanni pico. S. D.

e Xameron tuum nudius tertius ad nos ſaluiati opera delatũ ita auide legi: ut prima ſtatim die/ nec tota ſine interſpiratione totũ hauſerim. Tria me in eo mirifice delectant: primũ ꝙ oratio tua docet/ & mouet: id qđ & in ſacris lit/teris ueteres theologos. & in philoſophia etiã naturali pythagoricos & pla/tonicos obſeruaſſe conſtat recentioribus indocendo tantũ fundantibus: alterũ qđ in tan ta rerum copia/ & impunitate diripiendi/ tam caſtas & innocẽtes manus habes: ut in hoc ſcribendi genere. te ipſum nõ alium ſequutus eſſe uideare atq; hoc iam nec cum ueteribus nec cũ neotericis cõmune: ſed tibi peculiare atq; tuũ eſt. in quo quidem (ſenſum tibi meũ aperiam) ita ſum affectus. ut qm̃ hæc priores illi nõ dixerũt quæ tu dixiſti nihil fere dixiſſe mihi uideantᷓ. Tertium ꝙ uideo te nõ tam Ariſtotelis ꝙ Platonis & ſectaꝝ eius ſacris ini/tiatũ plenos inde hauſtus in hãc lucubrationẽ cõtuliſſe omitto ꝙ multa ex Platino egre/gia/ ꝙ curſim & eleganter attigeris. ut quicquid fere quatuor eius & quinquaginta uolu/mina in ſex nouenarios a porphirio digeſta continẽt nõ plus legiſſe ꝙ edidiciſſe uideans.

Nec illud ꝑterire poſſum: q̄ inter nouos & ueteres theologos ita medium te geris: ut nec illorum ſimplicem maieſtatem oderis: Nec horum ambitioſa ſubtilitate rapiaris. Ita fit ut dum alteros imitari uis alteros potes: utriuſq; generis optima decerpſeris: id quod in ipſa quoq; dauidici poematis enarratione facturum te ſperamus. Vale. Venetiis pridie nonas Septemb. Mcccclxxxix.

Hermolaus barbarus Io. pico Mirandule. S. D.

ſ Alue humaniſſime Mirandula. Ego uero de te tam libenter ubiq; predico ut nihil maiore uoluptate faciam: non ſolum quia nihil (ut inquit Plato) iocundius auditur quā ueritas. Sed etiam quia ut palemo inquit multo eſt dicere q̄ audire uera iocundius. Accidit q̄ labore nullo/ut eſt apud Eſchilum Me/nandrum/& Euripidem/ſepe etiam non quæſita ueritas prodit inuitiſſimo etiam plerū/q; homini exprimitur /nullis quæſtionibus ſed ſua tantum ui. hæc eſt tirannis illa: quam tu candorem tuum ſequutus humanitatem & bonitatem interpretariis: & Herculē tu iā tantus es ut qui te non laudat: iudicio & exiſtimationi ſuæ detrahat: rem ſuam agunt ra/tionibus ſuis conſulunt: ſuam famam redimunt: qui fauent & cupiunt tuæ. Multa ſunt in diario tuo nomina que tu neſcis tibi creditores tui debent: Multi conſiliū Prodici ſequū/tur: Dant ut accipiant manus manum ſcabit ut Epicharmus recinit: quanto ſane credito ribus. i. laudatoribus tuis minus debes: tanto plus tibi: qui eos uelint nolint creditores facis tuos. o inauditum genus æris alieni/creditores eſſe non eſſe debitorem. Sed occupa tior ſum/q̄ ut tecum diutius luſitare poſſim. At tu quam ſolutus es/dii boni ut quemq̄ pa tiare feriantem. hactenus obſecro me tuleris longiorem iocum aliquem. ut admittas nō poſtulo: oſcitaciunculam breuem poſtulo. Vale cum Politiano meo. Romæ idibus augusti. Mileſimo quadrigenteſimo nonageſimo.

Hermolaus barbarus orator uenetus/Patriarcha Aquileienſis. Io. pico Salutē. D.

b Enc eſt: bene conuenit: qui multum amas/multum ut mihi pontificatum Aquileienſem congratuleris/multo etiā maiora mihi tribuas/ & omineris q̄ aut poſſim optare. ſi ſim cupidiſſimus / aut promereri / ſi modeſtiſſimus: Scio pietatem tuam erga me uideo quanti me facias. Agnoſco uim amoris tui nihil habeo compertius: utinam aliquādo ſit ut mihi tecum uiuere de natura: de deo de ſanctis moribus philoſophari liceat: quantum hoc cupiā: quātum ſecundis meis rebus acceſſionis factū iri iudicem/ſi hoc eueniat: nec poſſum exprimere: nec ſi poſſim hoc utiq; loco uelim. obſecro ſi me unq̄ beniuolentia tua dignum exiſtimaſti/eodē numero/ & lo/co etiam meliore ſi fieri poteſt apud te cenſear. Hermolaus & ſacerdos ut quem paganū ſeculi dilexeris militem chriſti factum arctius colas & cariorem habeas. Ego te & clariſſi/mas uirtutes tuas poſſū nō prædicare/nō admirari/nō tollere/q̄ tu nō augere. ſi aſſentior aut mētior tibi hoc eſt doctis oībus ſim cōtemptui: tenuit me pridē ſup te rebuſq; tuis. Nunc ſtupor & eſtaſis ſcientiæ: patienter hec leges nec exaltatū erit cor tuū nec elatos ha bebis oculos cur enim tibi placeas qui noueris hec bona que poſſides nō tua: nec de pe/

 

culio tuo eſſe: ſed ꝑfectitia & dominica ignoſce. Rapuit & euexit me tranſuerſum ueritatis aquilo & caritatis fauonius. Vale Rome pridie Kalendas Aprilis: Mcccclxxxxi.

Epiſtola fratris Baptiſta Carmelite Io. Franciſco Pico.

i Lluſtris comes ac domine patrui tui uiri doctiſſimi/ac eloquentiſſimi apologiam/uel magis appollogiæ prologum legi: tanta animi uoluptate: quanta ueritate ſubnixa eſt: quãta luculentia ſplendet: quanto amore/ac reuerentia eius auctorem ſemper proſequuts ſum. Sed eam legendo/dum cupio ſedare ſitim: ſitis altera creuit: deſideriũ ſcilicet uidendi reliquũ: quod cum tuæ dignationis munere cõſequutus ero magnã felicitatis partẽ adeptum me putabo. Supgreſſus eſt patruus tuus Io. picus iudicio meo omnis ætatis noſtræ philoſophos/his ꝑotiſſimũ rationibus: ꝙ aliis in Ariſtotelis & peripateticorum tantũ dogmatibus euum cõſumentibus: ipſe herculea audatia omniũ philoſophorũ ſectas ac familias ueteres/ac nouas miro ingenii uigore ſcrutatus eſt. & ꝙ neotericis nullũ orationis florem ſequẽtibus ipſe ita philoſophiam cum eloquentia cõiunxit: ut antiquã & ueram academiã inſtauraſſe dici poſſit: quæ tanto maiore admiratione digna ſunt: quãto celeriore ſtudio/& paucioribus annis ad tantam uirtutis & gloriæ ſublimitatem aſcendit. nec uidet̃ ſcientiã ut ceteri labore ac ſtudio multiſq; lucubrationibus quæſiuiſſe: ſed totam ſimul caſu reppeririſſe: ut his accidere ſolet: quibus longe aliud agentibus ex inſperato theſaurus occurrit. Felix ergo tanto alumno tua familia. ſelix noſtra ætas tanto uiri huius illuſtrata ſplendore. Vale princeps digniſſime & memẽto quãtũ te niti oporteat: ut patrui habearis dignus imitator. odio habeo iſta locoꝝ interualla. cupio enĩ tecũ eẽ. ut poſſemus ſtudioꝝ tu meoꝝ & ego tuoꝝ particeps eẽ. Iteꝝ bene uale/& dñm time. Mantuæ die. xxix. octobris. Mccccl xxxxiiii.

Frater Baptiſta. mantuanus carmelita.

Matheus ueronenſis canonicus regula. Roberto ſaluiato. S. D.

i Nterpretatio ſex dierum: quibus deus condidit omnia Ioannis noſtri mirã/dulæ: quã dono mihi miſiſti: ab illo Heptaplus ĩſcripta atq; notata/& ſi plane huiuſmodi ſit/ut ab legẽte & ꝑcurrri ſimul & intelligi haud facile queat: ita me tamẽ initium operis incendit & traxit ut cupidus finis anhelum nuſq̃ ſpiritũ retinens: illud non tam deguſtauerim q̃ certe uorauerim/ruminandũ per moram acriori deniq; ſtudio & longiore lucerna. Viſus eſt mihi Ioannes hic noſter nõ mõ philoſophiam omnẽ/& quicquid naturæ legibus continet̃/callere/ac bene ſapere: ſed ſup humana etiã ſeſe attollere: peruolare ſublimia: & arcana miſteria ſacramentaq; cæleſtia ad myſticos ſenſus allegoriaſq; flexiſſe: quæ noſtri temporis: qui ſapientes habentur & eruditi: uix aut notant aut ꝑrſus ĩtẽtata pretereũt: difficillima atq; cæleſtia hic enucleat: & q̃tũ res patit̃: ſole ſplendidius apit: patefacit: illuſtrat: & ꝙ mirabile eſt iuuenis adhuc & in ſeculo agẽs apud dyoniſios: hilarios/damaſcenos/aut aurelios/ambroſios/ hieronymos & priſcos hmõi reliquos ſanctiſſimos/& rariſſimos uiros ſe ꝑxime iungit/quẽ oĩs ſit admi

ratura poſteritas:cũ liuor quieuerit & auctoritatẽ dies lenta præſcripſerit. Quid ſupme Deus datuꝝ illũ arbitremur ſi par aĩo ei uita cõtigerit:qui prima barba qđ in Origene atq; Hieronymo ſtupeſcit antiqtas:latinis litteris/grecis eque eruditiſſimus iã ſit:hebreaq; nec ignoret:ẽt in ſacris preterea tñ equidẽ poſſit quantũ uix credibile eſt queq̃ aliũ poſſe ueꝝ quid deliciaꝝ expectamus in ꝓximũ de pſalmis carminibuſq; Dauid quæ tractat iã/ pridẽ interpretat̃/& explicat rimatus infinito labore quicqđ latini oẽs greci:hebreiq; ſup iis ſcriptũ reliquere:ad qđ negociũ pſiciendũ letor meo hoc tpe noſtro ĩ feſulano cæno/ bio ociũ ſibi delegerit:quẽ plane & uidere/& audire fœlicitas eſt habeo itaq; tibi mi Ro. gratias quãtas ſane poſſũ:qui ĩprimis opus tã diligenter & emẽdate curaueris ĩprimi: qđ ad cõem utilitatẽ & generoſi tui animi laudẽ ſpectat ſubinde q̃ me protinus illo dona/ ris:in quo ut gratus tibi ſi quo mõ poſſum uidear en noſtrũ aliquid accipe: qđ uiciſſim le gas/& forte deguſtes:ceterum uale/& felix in Chriſto age.ex abbatia feſulana.

### Ex epiſtola Hermolai barbari ad Io.picum.

O Preclare & plane diuinũ ingeniũ tuũ pice:qui cũ optima ſint ea quæ tu ſcri/ bis/ita tñ exprimas & effingas aliena quæ ſunt peſſima ut uideant̃ eſſe tua: quæ ſũt optima:nã demittere ſe ac deſcendere pluris eſſe deputo:q̃ in ardua conari.ut enĩ ſit hoc honeſtius illud certe laborioſius & operæ maioris. ꝓin de ſiue tu/talia credis eſſe noſtra:quibus imitãdis operã impendas ſiue hoc agis demerẽ/ di mei cã:utroq; mõ tibi plurimũ debeo:relaturus aliqñ gratiã:nolo dicere cũ potero(nũ quã.n.potero)ſed cũ tu ipe uel tui poſſe me putabis. Tãta.n.eſt familiæ totius ueſtræ bo/ nitas & hũanitas ut bñficiũ:qđ nõ eſt:Imputare ꝑ bñficio ſoleatis. Quãobrẽ ex uſu meo fecero ſi uobis & modũ & tps repoſcende gratiæ reliquero ut in expunctatione rõnũ pa/ ralogiſmus oĩs & impoſtura nõ a me ſed a uobis tota ꝓficiſcat̃. Quæ uero de rõne ſtu/ dioꝝ tuoꝝ ſcite ſcripſiſti & cõicanda mecũ eſſe uoluiſti maxĩa uoluptate nos affecerunt. Gratulatus ſũ huic ſeculo uirũ tanta doctrina ut nihil fere neſciat:tãta cura ut nihil oĩno ſcire uideat̃.uideo te poetã egregiũ.oratorẽ eminentiſſimũ.Animaduerto te philoſophũ prius ariſtotelicũ:nũc & platonicũ eſſe factũ.uideo litteras grecas:quæ in te ſole deſide/ rari poterãt.& ſine quibus nihil eras futurus non didiciſſe mõ ſed hauſiſſe.idq; facilitate tãta celeritateq; ut litteras græcas ignoraſſe aliqñ te neq; tu memineris neq; pſuadere poſ ſis alios:id qđ de Hieronymo donato meo/nõ plus libenter q̃ uere prædico. Hortarer te ad litteras uti eas tã plãe familiariter q̃ latinas teneres ſed nõ ĩdiges calcaribꝫ & reliq̃.

### Ex alia eiuſdem ad eundem.

n Am cũ ipſe in quodã litteraꝝ ad te meaꝝ angulo quaſi aliud agẽs & in trãſ/ curſu phõs æui noſtri barbaros inſectatus eſſem qbus te quoq; inſenſum eẽ factũ & nunciũ remiſiſſe ſcribere.occaſione hinc abrepta litẽ & controuerſiã ueterẽ inter nos & illo de genere dicendi philoſophoꝝ multis milibus uer/ ſuum cõprehenſam & explicatã:opus elegans eruditum/elaboratũ ad nos:miſiſti pſectũ celeritate tãta ut niſi: q opes ingenii tui pſpectiſſimas habebã crediturus fuerim paratum

fuiſſe tibi pridẽ hoc argumentum: ut ad primam quamq; occaſionem proferre poſſes. ſed ut ea mihi res & feſtiuior & iucundior eueniret: homo lepidiſſimus/humaniſſimus latiniſſimus: barbarus contra barbarum defendis: ut hoſtis pro hoſte. ſocius contra ſocium ipſe contra te ipſum ſtare patrocinariq; ſimulares. & reliqua.

Ex eadem. paulopoſt inferius.

m Odo ſi quis eſt illo grege: qui poſſit ea cape: quæ dixiſti tanto cultu prædita/ tot luminibus tot emblematis oculos adeũtiũ ſtringẽtia. Adde tot ſentẽtias pruriẽtes/tã multas hiſtorias & exẽpla remotioris doctrinæ quaſi floſculos & oĩo ad quæ ſi qui ſunt ex illis paulominus aſini uolebã dicere auriculas tantũ mouẽt ceteri diffugiũt/reſpuunt deteſtant & reliqua.

ſ Alue accepi librũ Pici de ſeptẽ dierũ enarratiõe: cuius itẽ exẽplar nõ pridẽ ad me miſerat Iaco. uolateranus ſũmi põti. nũcius. Percurri opus quoad licuit/inter æſtũ & puluerẽ. Digna diuĩo & admirabili ĩgenio fœtura ſane. ſeges & materia operis tumultuariã & ad pſẽs cõparatã ſnĩam ñ expoſcit. Sed ſiml dici pt Picũ doctiſſimũ eloquẽtiſ. & xpianiſ. oĩa in ea etate aſſequutũ eẽ fere ꝓdigiũ eſt. Debeo tibi plurimũ.

n On me latet: neq; unq; dũ patauii uitã degeres latuit. Io. pice mirãdula: q̃ta eẽt ingenii tui pſtãtia. q̃taq; fœcunditas qd tu cũ pluribus rebus ſemp. tũ uel maxĩe hac tua eruditiſſima in moſen ennarratiõe planius indicaſti. Ea. n. ut de me ipſe loquar oẽm meã opinienẽ: quã de te pridẽ cõceperã optimã nõ cõfirmaſti mõ uerũ ẽt mirũ ĩmodũ fouiſti auxiſti: & ad apicẽ quoq; euexiſti. Profecto adeo ſum hoc tuo in opere legẽdo delectatus: ut nihil aut pſtãtius aut dignius haberi poſſe exiſtimẽ. quod ab oĩbus ſit aut legẽdũ aut audiẽdũ Nã cũ hoc tuo luculẽtiſſimo ope cõplura laude digna eẽ noſcant: quæ ſiue cõiũcta mõ ſeu per ſe etiã ſingula plurimũ ualerẽt. Illud in primis uidet ꝙ ut diuinus nõ ut humanus ore(ut inquit ille)diuino es loquutus. Præterea eã tu ſis adeptus ĩ enarrãdo moſeos enigmata facilitatẽ: quã Ieſus Chriſtus tibi uni bene alioquin de eo merẽti cõceſſiſſe uidet. Præterea nemini. nõ ignoro eñ hoc potius ſupra cæleſtis cuiuſpiã naturæ eſſe munus q̃ inferiori ulla ui cõparatũ. ſi quidẽ non fieri poſſe humano ingenio quẽpiam per hos tuos: qui pauci ſunt annos/tris linguas percurrere/ne dicã quidẽ ſatis callere ut tu cales. Deinde eas etiã pernoſcentẽ tam abſtruſos tamq; recõditos ſenſus moſeos/ſoluere parite & interpretari: demũ nõ inculte neq; barbare. Sed romano & latino ſermone loqui & ſcribere: quæ aggreſſus es. Ita enim ut tu ſcripſiſti: paucis quos equus amauit Iuppiter/ſcribere cõtingit. Quare te ut alterũ Hieronimũ triũ linguarũ peritiſſimum poſteritas cõmendabit. Proinde tibi gratulor/ꝙ nomẽ tuũ æternũ ſempiternumq; reddidiſti. Et enim hac tua utiliſſima lucubratiõe tantum ſint tibi debituri omnes litterarum ſtudioſi ꝙ eam omnibus legendam dediſti: quantum Platoni/Ariſtotelique uniuerſæque peripatheticorũ ſcholæ ſeſe debere fatentur. Quorum in numero me aſcribi uolo quando quidem tui amantiſſimus/tuique ſtudioſiſſimus ſim ſemperque etiam fuerim. Vale & me tuæ præſtantiæ commendo plurimum. xii. kalen. Octobris. Mcccclxxxviiii. Venetiis.

Tuus quãtus quãtus eſt Sebaſtianus priolus clariſſimi petri. S. marci procuratoris filius.

Hieronymus Donatus Roberto ſaluiato.S.

p Rouocatus ſum abſte in amore grandibus blãdimentis paulo ante ſua uiſſimo eptapli munere.Dein ꝓximis humaniſſimis & elegãtiſſimis lit teris tuis utrunq; per ſe ſatis eſſe potuit ad oẽs amicitiæ numeros cõple/ ctendos.Acceſſit eodẽ ſeraticus noſter in litteris & moribus tam ꝓbus/ ꝙ elegans:cuius etiã cauſa te nõ ſummopere amare nõ debeo:ex quo quantũ humanita/ ti tuæ debeã/malo mihi cõſcius eſſe/ꝙ ad te ſcribere.Pici ergo me beniuolẽtia iam añ per ſpecta uel in fide teſtimonii tui gratiorẽ apud me iudicaturã meret᷑. Scio quãti facere de/ beã amari & laudari ab eo homine in quo doctrinarũ & morũ ꝑcia cũ ſumma eui noſtri gloria cõſenſerũt.Illius Heptaplũ admirari magis ꝙ iudicare cõuenit.Id ſcribẽdi genus me mire delectat:q; nõ aliũde uberiorẽ ſegetẽ uideo & doctrinæ & eruditionis ꝙ ex ſacris litteris.Sed ea audacia fœlix eſt in pauciſſimis inter quos picus meus:illum quantũ po/ tes meo nomine ſaluere iube/uel hoc ipſo mihi maxime carus ſum:q; eũ uehemẽter amo Tu Saluiate mi tm̃ tibi de me polliceberis:quantũ præſtari conuenit ab homine amiciſſi mo/& beniuolentiſſimo:Tale Mediolani die.xxv.Octobris.Mcccclxxxix.

Baptiſta guarinus doctiſſimo principi Ioanni pico Mirandulæ.S.

p Ictorius noſter ſuo ſibi celeriuſculo gradu ꝓximis diebus tuũ ad me munuſ culũ attulit.hui quid dixi munuſculũ ob numerũ cartaꝝ.munus potius ma ximũ ob altã multiplicẽq; ſciẽtiã/& facũdiã libelli tui de quo quid attinet a me multa ſcribi cũ oĩum ſentẽtiis:qui ſunt in iudicũ albo iam ſit aſſequutus ut nec laudatiõe creſcat:nec uituperatiõe minuat᷑.finiã uno uer bo ex tuo(qñ ita uis)ꝑce/ pto factus ſum tibi diſcipulus.Itaq; caue alio poſthac nomĩe me appellaſſis.ꝑ noſtri audi tonĩ halcedonia plegi oĩa:relegiq; addidici multa:didici pleraq;:ego antea tam te ama/ bam ꝙ qui maxime.Nunc de hoc munere teplus etiã hoc eſt ſupra uires amo. & ingeniũ ſuſpitio tuum.Ita ſac mi pice.perge his monumẽtis:cum de reliquis litteratis:tum de ſa/ cræ philoſophiæ ſtudioſis quæ uera eſt germanaq; philoſophia exiſtimanda/bñ mereri te q;eripere morſibus edacis eui:ſcito aũt expectari a te maxima:ut ab eo in quo excultã hu manitatis elegantiã cum recõditiore ꝙ ferant hæc tẽpora philoſophia coniunctã intelli/ gant oẽs.Si quid iſtic eſt boni libelli quod meorũ ſtudiorũ intereſſe arbitteris/meũ quo/ q; animũ eo cibo participa:Noſti huius urbis librariã inopiã noſti & meũ ſtomachum iu uant noua magna tamẽ νεοπαλαια auiditatẽ exaturãt:tenes quæ ſint.Intelligenti pauca. Magno Laurentio Medici/ſi ulla dabitur occaſiuncula : quod abſque moleſtia tua fiat: me commendes rogo.hominis enim in tanta fortunã & doctrinã admiror & uirtutẽ taci tus ueneror.Vale decus muſarum.ferra.kalen.Nouembris.Mcccclxxxviii.

Chriſtophorus landinus Roberto ſaluiato.S.

g Vam gratũ ꝙq; iucũdũ præclariſſimũ mihi tuum munus fuerit/ne altera qui dem illiade ſatis pro rei magnitudĩe exprimere poſſe cõfidã.Quid.n. aut a te:tum liberaliſſimo homine:tũ doctiſſimo uiro cõuenientius ꝓficiſci:aut ad

me litterarũ cupidiſſimum expectatius afferri potuit: ꝙ pici noſtri uiri in omnibus litteris ac doctrinis noſtra ætate facile principis exacta illa in moſeos geneſim heptaplus: mirifice conſcripta. nam cum apud infinitos pene hebreos/plurimos arabas/grecoſq; ac latinos nõ paucos docte/diſtincte/eloquenterq; eam rem ita tractatã uideamus/ut ne uerbũ quidem addi poſſe crederẽ: ipſe tamẽ nouo pene argumẽto/uniuerſam rem exordiens atq; inſolita eodẽ uia perueniens/quæ tritiſſima iam & apud oẽs uulgata uiderent̃: ita deſcripſit/ut etiã qui doctiſſimi ſunt ueluti noua atq; in audita admirent̃. Quamobrẽ me qui nunꝗ ethruriæ fines hactenus egreſſus ſum per oẽs terrarũ regiones atq; tractus nullo equo delatũ nullis/iumentis ꝓuectũ: ſi perpetuo rationis ſuæ uehiculo allectum: nullo negotio prouexerit: ac deinceps continẽte relicto non arioneis delphinis/ne dicã humanis nauigiis/per omnia maria ſua enarratione ueluti neptunnio curru uectatum perduxerit. hæc profecto magna omnibus atq; incredibilia uideri poſſunt. Verũ alia ſunt maiora atq; maiori admiratione digna. Nam ab aquis elatus/neſcio an olorinis pennis: an dedaleis pegaſeiſq; alis: per omnẽ aerẽ: per omnẽ ethera: ad ſummũ uſq; corruptibiliũ rerum culmen/nõ ducente modo illo: ſed ſubuehente perueni. ſtupore extremo res profecto digna eſt mundũ hunc inferiorẽ atq; elementalẽ peragraſſe. Sed longe maiore ad celeſtem perueniſſe. lunæq; orbem primum mercuriiq; deinceps/ac ueneris penetraſſe: ſolis radios uidiſſe: martis ardores ſenſiſſe: ac poſtremo & iouis ſalutares: & Saturni graues radios cognouiſſe. Tum poſtremo octauam illã ſphærã ardentibus ſtellis refulgentẽ. hoſq; omnes cælos non ſimplici uniformiq;: ſed triplici triformiq; motu rotari animaduertiſſe: quæ tamen omnia in ſenſus noſtros quis cadere ignorat. Tertiũ autem mundũ idem ita prouolandum mihi dedit ut conſopitis omnibus ſenſibus (hi enim huiuſcemodi inſpectioni obſunt potius ꝙ proſint) ſola mente: ſola enim ea hæc tanta ſpacia peragrantur & cõſpexiſſem profecto/& perſpexiſſem. Sed illius acies ueluti noctua ad ſolis radios cecutiens tantum ſplendorem ſubſtinere nõ potuit. Qua propter quicquid in huiuſmodi peregrinatione/ſeu ut uerius loquar in patriã reditu uel me latuit/uel oculos noſtros effugit: non index ipſe: ſi is cui indicabat̃ in culpa facile depræhendit̃. Nam Ioannis Pici Mirandulæ diuinum ingeniũ omnia demonſtraturũ ſe & recipit & præſtat. Quid igitur mi Roberte ẽ ꝙ ego tibi debere nõ ſatear/tanto munere a te ditatus: quod quidẽ ego ꝙ primum guſtare cœpi: tanta ſemel auiditas excitata eſt in me: tantuſq; ex pabuli ſuauitate epulãdi amor ut omnis moræ impatiens: nihil malis mandẽdũ mandauerim. ſed uelut auidiſſimus iuuencus cuncta ſolida deuorauerim. Verũ cum continuata lectione rem uniuerſam peregiſſem eiuſdem pecudis more congeſtans in ſtomachũ/ad os reuocans diligentius rumi naſſem: tunc uero mira apparuit ſuauitas: tunc qualis nunꝗ ſtupor inceſſit. At dices. nonne antea hominis doctrinã admirabaris. admirabar quidem ita illum in omnibus diſciplinis uerſari/ut in ſingulis tamen excellere uideretur. Nullus eum in phyſicis nullus in mathematicis diſputantẽ locus fugiebat in methaphiſicis uero & in omni theologiæ genere/ſiue eam queras: quæ a mercurio excitata/& a Platone conſumata eſt: ſiue noſtram atq; chriſtianã omniũ excellẽtiſſimã/atq; ueriſſimã: nihil noſtra hæc ſecula/& aliquot ẽt ſuperiora illo eruditius uiderũt. Sed ne forte putes (quo uitio pleriq; noſtrũ elaborarunt) ipſum a ſapientia eloquentiam ſeiunxiſſe. non ne & grauiſſime & copioſiſſime: præterea que ornatiſſime omnia deſcribit: ut priſcis illis oratoribus iure ſuo optimo admiſceri iam

poteſt hæc igitur ita de illo hactenus admirabar ut nihil huiuſmodi adinuentioni addi iam poſſe putarem. Verum ſua heptaplo perlecta admirari iam cepi ꝙ illa ſuperiora ad/mirarer. Qua propter neque temere/neque ſorte quadam/ſed deo ita iubente/eueniſſe crediderim: ut diuinus hic uir tribus his nominibus inſignis euaſerit: Ioannes enim ſiue domini gratia/ſiue in quo eſt gratia/ſiue cui donatio a deo facta eſt/interpretatur. Quis non uideat nõ potuiſſe eum quã aſſecutus eſt doctrinã ſine præcipua maximaq; dei gratia aſſequi. In pico autẽ eam roſtri duritiem ſcimus eſſe id capitis robur: ut nullũ neq; tam oſſe um(ut ita dixerim)neq; tam lapideũ lignum inuenias: quod hæc auis nõ perforet: atq; in eo latebrã: quo ſeſe recipiat nidumq; congerat artificioſe excauet. Eodem ergo modo ni/hil ex omnibus diſciplinis humano ingenio tam difficile cognitu eſt: quin ipſe eius quæ/q; duriſſima tundens penetrauerit: nidificauerit: pullos excuderit: atq; ꝓduxerit. Cum ue/ro omnia in eo uiro miranda ſint. quis nõ Mirandulã eum appellandũ duxerit. Quam ob rẽ ut tibi qui illius familiaritate aſſiduo utaris gratulor ſic mihi doleo: mihi inꝗ: qui in hoc me infœlicẽ putẽ: cui propter multas neceſſariaſq; occupationes meas illi/quod ardẽ tiſſime cupio noctes dieſq; adherere nõ liceat. Si enim liceret: a latere non dico ſenis/ſed iuuenis nunꝗ̃ diſcederẽ/eius dico iuuenis in quo omnis ſapientia: omnis doctrina ſenilis canaq; eſt. Tu autẽ: cui longe maius ocium fortuna obtulit: natura autẽ ingeniũ excellẽs tribuit. quod tamẽ deinceps diuturna tua in omnibus bonis artibus exercitatio uſuſq; fre quẽs auxit atq; expoliuit fruere hoc tibi cælitus delapſo bono. hauri ex hoc uberrimo. fon te/uel potius immenſo oceano: atq; tantũ hauri: quantũ nõ ſolũ ad præſentem: uerum & ad futuram omnẽ ſitim ſedandam ſatis eſſe poteſt. Reputa ergo te. cõputa: diſputa tecum ꝗ̃ pauciſſimis mortalibus tantum boni unꝗ̃ euenerit. Gloriatur Alexander ille magis in Ariſtotelis tanti philoſophi tempora incidiſſe. At tibi Ariſtoteli Platoniq; ſimul familia/riter conuixiſſe fœliciſſima tua ſorte datũ eſt: atq; ita Ariſtoteli atq; Platoni/ut in illis pre ter ueterem academicorũ peripateticorumq; doctrinã: paulos noſtros Ioannes Dionyſi//os: Auguſtinos: Hieronymos: Thomas: reliquaq; huiuſcemodi lumina relucere uidea//mus. Quamobrẽ ex his rebus collige quantũ uel te ipſum/uel ex hoc amare debeas op/time Roberte: cui & ipſa fortuna obtulerit & tu tua prudentia profeceris ut huic uiro & fa miliarem apprime reddideris. Vale. x. kalen. Decembris.

Alexander corteſius Pico ſuo. S.

e Go in tota uita nullã maiorem cœpi uoluptatẽ ꝗ̃ nuper ex litteris tuis & ꝗ̃ꝗ̃ ſumma omnia de te credideram: uiciſti tamẽ(fateor)opinionem meam atq; ita uiciſti ut iam gloriæ tuæ & ſi longe lateq; diffuſa eſt/an/guſtos tamen terminos putẽ. Loquamur apertius & ꝓcul ab aſſentatio ne a qua Illuſtres animi ſemp abhorruere. Quid in te eſt nõ egregiũ. Quid nõ admira/tiõe dignũ. Singula poſſent queq; honeſtare quæ ite oĩa pariter ſunt collata. oĩbus(ut ita dicã)unus/oẽs ueneres ſubripuiſti. Et ꝗ̃ꝗ̃ maiores tui eo acceſſerũt: quo nõ niſi a ſe geniti facile peruenirẽt. Tu tñ tantus euaſiſti/ut maiorẽ illis reddere. ꝗ̃ accepiſti gratiã uidearẽ: Et auctoritatem quidem reliquis ſenectus affert. tuam uero dignitatem iuuenta extollit: & quam alii tempore/ tu inuicta uirtute ſuperaſti. Meo quidem iudicio extra om//

nem ingenii aleā poſitus es/ac te ut græcas perquirā laudationes:cui merito conferā nō inuenio:& ad ſummā parē tibi aliquē quādoq; fuiſſe opinari licet/uidere aūt hoc tēpore nō licet. Dent ueniā ingenioſi oēs multū ab uno Pico oēs ſuperant. Quē ita naturæ be/nignitas fouit/ut ipſi quoq; mirū uideri debeat tantā in unū laudū cu nctarū copiā eſſe cō ſertam. Quid erubeſcis. an me falſum putas .equidē cedā ſi amori tribueris qui cecus pin gitur. Sed teſtes habeo Politiano meo:q in me ſolo decipit:locupletiores & ſi ille indies ut audio nō minores auget auri diuitias q̄ oratiōis:eoq; illi gratulor æque ac gratias ago utinā poſſideat copiæ cornu/poſtq̄ neq; imemor ē hoſpitis neq; ueteris inimicitiæ noſtræ De puccio aūt hominū amātiſſino alias. Quis illi nō ſe debere cupiat ſed diutius remo/ror altioribus ſtudiis incūbentē. Et Marſiliū ficinū philoſophorū ætatis noſtræ principē ridere uideo has nugas. Quid ni rideat. qui mortalia oīa nō minus penſat q̄ deſpici. O qui me in ueſtrā academiā ſi/ſtat & ingēti ramorū cōtegat umbra. Præſertim q cælū hoc mars ſolus habet/nō nullus aratro dignus honos/ſquallēt abductis arua colonis. & cure rigidū falces uertunt in enſem. Sed cōtenti ſumus hoc catone. Tu interim collige ex his quiſquiliis amoris mei fructū/ne paruiſceris amari a me ſed inuicē redde. Deſideriū eñ tui lenire pōt ſpes hæc cum credula mutui i qua totus cōquieſcā. Sis fœlix latinæ prīceps iuuētutis/& memor mei uiue. vii. kalen. Ianuarii. Ex gradulis uelocius q̄ aſparagi coquā tur. De panagyrica epiſtola ad Laurentiū medicē quid ſentiam:ſcribā cum licuerit/cum romæ fuero: dedidicit pene litteras tanto in ſeceſſu ut uides/& niſi tecum cōtrahendæ cō firmandæq; beniuolentiæ ſtudium cogeret/nō uſq; adeo humanitate/ac leuitate tua abu terer. Nunc boni conſule. Item ερρωσο meum mel. Vale iterum.

Hieronimus donatus Io. pico ſuo: S.

q Væ meæ partes eſſe debuerant eas oēs tibi ſumpſiſti pice doctiſſime:te ipm apud me neglīgētiæ iſimulās/& in eo crīe cuius ego apd te maxīe reus ſum excuſatiōnē quærēs: parū tibi uidet alios ingenio & eruditiōe pcellere/niſi modeſtia quoq;/& humanitate uincas/nō ſolū alios ſed te ipm At uero ob ſecro harū uirtutū munera. Ita amplectaris/ut nobis quoq; aliquā obeūdi quoq; officii no ſtri occaſionē relinquas/ne dū harū oēs tibi partes uēdicas nos inhūani atq; inciuiles ha beamur. Qua ego in re:quæ mea eſt impudētia/iam nō excuſo negligētiā meā: ſed acu/ ſo humanitatē tuā. q ſcribis te nō tēporariā mecū ſed perpetuā amicitiā ſtatuiſſe: nō ſolū ea cā tibi me plurimū debere intelligo:uerū etiā recte mihi amicitiā definiſſe uideris:quæ temporaria cum ſit/iam amicitia eſſe nō pōt. Illud ſcito me eam in meorū ornamētorum delectu ſepoſuiſſe. Quid eñ mihi accedere pōt præclarius/q̄ a tanto uiro nō laudari ſo lum ſed etiā amari. Hermolaū noſtrū incredibilē doctrinarū tranquilitatē & ſtudiorum φιλοπονια cura maxime utilitate eruditū uideo eſſe ſummū ac rarū quidam quod ſperare poſſunt litteræ eo incolume. Eius ego conſuetudinē: quā mihi tantotempore inuides ea/dem penu ſeruo/qua & amicitiā tuā: nihil præterea adeo θαυμαστον cenſeo quod aſſequi ingenio & eruditione non poſſis præſertim q audio te

iſtuc demigraſſe: quod ego conſilium ita laude ut magis laudare nō poſſim. Nam ουδ εργλυκυτερον η παρενδεμαι ego Policianū tibi inuideo hoīem fertiliſſi

mi & facũdiſſimi ingenii: cuius ruſticũ nuper legi uiſus eſt mihi ſplendor ætatis noſtræ & cui ea de me pollicери a te meis uerbis poſtulo: quæ ab homine amiciſſimo expectare poſſunt. Vtor autẽ te internuncio in auſpicanda mihi cum eo beniuolentia/fretus humanitate tua tamen ꝙ τωμ μουσωμ κοπυρω στοματι per te qui eruditiſſimus es me conciliari conuenit. Vale & puta nihil mihi tuis litteris eſſe iocundius. plura laxiore ocio ſcribã ad te. Venet. xvii. kal. Ianua. Mcccclxxxiiii.

Philipus beroaldus Io. pico Mirandulano. S.

Enaturus apud Minũ roſcium qui in ſtudiis littararum eſt politiſſimus: & ſenatus noſtratis maximũ ornamentũ/lectitabam plautinas fabulas urbaniſſimis ſalibus ſcaturientes: cum mihi litteræ tuæ allatæ fuerunt opido ꝗ litterate/ꝗ terſæ/ꝗ emũctæ. ſtatimq; ſepoſito comico lepore/lepidiſſima tua ſcripta feſtinãter legere incœptauimus. Dii boni quantũ in illis uenuſtatis: quantũ eruditionis: quantũ maieſtatis ineſſe cognouimus. Magna Io. picum fama præceſſerat. maior inuentus eſt: nihil protritũ: nihil triuiale reſonant tuæ ſcriptiones. Res uerbis. uerba rebus ad amuſſim quadrãt: latine loquæris & pure. eloquutione uteris ſplendida atq; magnifica. Dialecton habes plenã iocunditatis atq; candoris: ſupellectilẽ uerborũ optimorũ copioſiſſimam: Sententias crebras atq; rotũdas: tam luculente tam elegãter animi ſenſa de promis: ut uni tibi dii immortales dediſſe uideant/quod ꝗ pauciſſimis dederũt/uidelicet optima ſentire & optima dicere idq; non minus uerſu ꝗ proſa oratione cõplecteris: ſcribũt Liuius & homerus prope diuinitus nõ omnia uni deos tribuiſſe: hinc eſt ꝙ ſæpe legimus alios eloquẽtia præſtantes/alios erudítiõe præditos floruiſſe: pauciſſimos uero & eloquẽtes & eruditos ſimul extitiſſe hinc duo romanæ linguæ culmina Terentius Varo & M. Ci. reſerunt: a quorũ altero rerum altero uorborũ doctrina petebat. alter doctiſſimus undecũq; a Terentiano: alter eloquẽtiſſimus ab omnibus nũcupat. Virgilium/ut inquit optime ſeneca illa fœlicitas ingenii ſoluta oratione deſtituit: Cicero carmina ſcriptitauit nulla uenere nulloq; lepore. muſis ſcilicet inuitis atq; repugnantibus. Tu uero & doctiſſimus es & eloquẽtiſſimus. Tu proſa polles & uerſu. ſcribis legenda: calles ſcribẽda. Tu muſarũ alũnus merito potes nuncupari: qui non ut multi unã alteram ue craterã muſicam ebibiſti: ſed tanꝗ alter apuleius epotaſti crateras omnis & imprimis illã philoſophiæ limpidam atq; nectareã: quã pauciſſimi primoribus uix labris attingunt: uixq; a limine ſalutant. O magna fœcũditas animi. O immortalis ingenii beatiſſima ubertas: quæ in Pico Mirandulano adhuc puero adhuc ephebo tantas uirtutes excudit: tam multiiugas diſciplinas infundit: tãtas animi dotes inſeruit. Qui etate tirunculus eſt/eruditione ueteranus. Perge uir doctiſſime quo cœpiſti effice ut creſcentibus annis ſcientia augeat: Ingeniũ adoleſcat. memoria fiat uegetior atq; adminiculatior. Qui in iuuenta es noſtri ſeculi decus & uirtutis exemplũ. Qualis es futurus in ſenecta Papinianus a ſpartiano iuris aſylũ & doctrinæ legalis theſaurus nominatur. Tu a nobis aſylum ingenuarũ diſciplinarũ nuncupaberis. Tu nobis quotiens abditum quippiã in litteris interioribus occurret theſaurus eris: imo ut uerius loquar

iam nũc theſaurus es .Omnia ẽt penitiſſima in litteris tibi ſunt ad manũ:oĩa preſto occur
runt.orbis ille doctrinæ qui laudat᷑ a doctis tibi in ſamulatu eſſe uidet᷑.Tibi grecæ latine
ꝗ litteræ ancillant᷑.! Tibi licet ingeniũ nunc ac nunc illa meditatiõe uegetare .altera.n.
alterius eſt cõdimẽtũ.Et ut terras uaria ac mutata ſemina recreãt atq; reficiũt:ita mutatio
ſtudioꝝ animos reſouet ac amenat.Tibi licet ingeniũ dulcioribus poetices ſtudiis exhila
rare:ſi quãdo auſterioribus philoſophiæ dogmatibus laceſſit.Tu deniq; in arce ſtas atq;
faſtigio bonarũ diſciplinarũ:cũ nos in primo uix cliuo ſudemus:Tu gradatoris gradu ar
ctam uirtutis uiã cõſcendiſti:nos teſtudineo ac formicino in ceſſu cõſcendere conamur &
in cõfragoſis callibus laboramus ſubinde labãtes ſubinde nutabũdi ac titubãtes. Scribo
quod ſentio:ſentio qđ ſcribo calamus cũ mẽte cõcordat.Incredibili deſiderio afficior te
una cũ Pollitiano uiſendi:cui deſiderio intra pauciſſimos dies faciã ſatis.nã Minus roſci
us qui litteratorũ oĩum eſt amãtiſſimus:qui nos ambos potiſſimũ miro amore ꝓſequitur
feriis hiſce paſcalibus iſtuc uẽturus eſt ad uota ſoluẽda:Ego hominẽ comitabor. Tũc dex
trã copulare uiciſſim licebit & mutuo colloquio frui.Tũc ego litterator & grãmatiſta uos
litteratiſſimos adibo alloquas ſalutabo.tũc ego qui hic ſapere uideor:iſtic fortaſſe muſſa
bo.uel tanꝗ anſer inter olores clangore obſtreporo perſinabo.Interea uale litterarũ aſy
lum : meq; mutuo ama : & Pollitianum deſideratiſſimum meo nomine ſaluta.Bononiæ
ſexto idus Martias .Mcccclxxxvi

Bartholomeus fontius Roberto ſaluiato.

Alue:ſi quidẽ unꝗ ſummã cum uoluptate Roberte legi Picũ tuũ ꝓxima
necte/legi duabus de cauſis:& qđ a te uiro amiciſſimo mittebat᷑ & ꝙ au
ſ ctorẽ operis per ſe amarẽ/quẽ adhuc nõ legiſſe mihi turpe putabã fore.
Ex quo uero tua benignitate qđ maxime optabã ſum cõſequutus. Et ti/
bi pro tali munere ago gratias:& illi uehemẽter gratulor ꝙ tm̃ opus ab
omni chriſtianitate concelebrandũ ediderit in quo equidẽ ambigo magis ne mirer pluri
marũ maximarũq; rerũ inuentionẽ:an in tanta ueritate tam incredibilẽ ordinẽ : an in tã
laborioſis deſcriptionibus elegantiã tantã orationis. Nã quid in heptaplo cõmemorem
quæ maxime operũ auctores cõmendãt:nullã eſſe loquacitatẽ nullũ tumorẽ & ſine ulla
liuoris ſuſpitiõe modeſtiã in omnibus ſingularẽ.utinã uero huic tuo ſuauiſſimo & opta//
tiſſimo muneri cõſimile munus reddere potuiſſem quo cerneres animũ in te meũ ſignifi/
cantius.At qđ potui budæ nuper orationẽ a me habitã ad mathiã coruinũ regẽ iam pri/
mum omniũ ad te miſi.Quã tu ipſe cum legeris Pico quoq; tuo legendã dabis.Quem
omniũ ætatis noſtræ quorũ ſcripta adhuc uiderim in omni doctrinarũ genere præſtantiſ
ſimum iudico.Vale & me ut facis mutuo dilige.

Baptiſta guarrinus doctiſſimo principi.Io.Pico.Mirandulæ.S:

Ondũ cõcedo ſecundũ te litẽ dari oportere:nã facile poſſum tuas iſtas captio/
n nes in te αντιστρεφοντα: Si tibi p̄ceptor ſum cur mihi nõ obſequeris.Si nõ ſũ cur
me preceptorẽ appellas.Neq; ideo nomẽ hoc recuſo ꝙ te diſcipulũ ſpernã quẽ

mihi præceptorē aſſero. Sed ꝙ tuā doctrinā & ueneror & predico. In qua te neqꝫ ingeniū meoꝝ uota neqꝫ trāſuerſi calami ſigno: neqꝫ minuta cerula: neqꝫ obeliſco deniqꝫ aut aſte/riſco tm̄ ꝓmouiſſe mihi cōſcius ſum. Sed in nouū quoddā iudiciariū genus ut uideor inci dimus dū tu mihi eā poſſeſſionē aſſerere cōtendis qua ego conor. Quæ unꝙ̄ rhetoꝝ eā huius generis actorē aut reū habuit: ego mi Pice nunq̄ in hac pugna tibi herbā porrigam niſi prius bona cū gratia cōpoſuerimus/ut qñ aliter nō ſuccūbis uterqꝫ noſtrū alteri ꝑre/ceptor pariter & diſcipulus iudicet̄. Sed omiſſis iocis ſeria agamus. & heptaplus tua & tu ipſe tibi merito placere potes: Cum oīa doctoꝝ hoīum puncta ita ſis aſſequutus ut ne in ta bella quidē latebra liuor ullus appareat. Idē in reliquis ſcriptis facilius tibi datū iri ſperā dū eſt cū uſus etiā acceſſerit qui ſolet in ſcribēdo magiſter haberi optimus. qđ ad me atti net gaudeo uehemēter laudato uiro & ab oībus ac ubiqꝫ laudādo Laurētio me in ore eē Addito ꝓſertim Politiani calculo: Cuius ego copioſam & archanā multiplicis diſciplinæ lectionē ita āplector ut admiror ita admiror ut cōmēdare nō deſinā. Quo fit ut extra do ctrinæ aleā me ab illo poni triūphi iſtar exiſtimē. quod libroꝝ meoꝝ indicē petis id mihi laborioſum eſt & inutile ſatis erit ſi pro tpe poſtulatis meis inſeruies. Nunc Martianum capellā & ſenecæ quæſtiones naturales: opto ſi modo emaculati ſint codices: nā qui apđ nos ſunt opera ſybillæ indigēt eos ſi impreſſos emere poſſim gratius mihi erit ſin minus nō longo poſtuliminio tui ad te redibūt. Vale ſpes mea & bonaꝝ diſciplinaꝝ meqꝫ ama re perge Ferariæ nonis Decembris. Mcccclxxxyiiii.

Ex epiſtola Hermolai ad Io. Picum.

q Vamq̄ has ipſe epiſtolas tuas amo ꝙ fluūt/ꝙ affectatæ nō ſunt ꝙ curā non dico nō norūt/ſed reſpuūt/hoc eſt de cōpoſito nō recipiūt/& accedentē in ſerirqꝫ cu/pientē excludūt: ita ut diligentiæ quidē ſint penitus in iis ueſtigia: ſed repreſſæ quodāmō & repudiatæ: nō ſū tā ſolers ut introſpicere poſſim ingeniū tuū extimareqꝫ ma gnitudiné eius atqꝫ fecūditatē. Illud uidere uideor/nec fortaſſe fallor quo dirigas collini/ eſqꝫ/itē quo euaſurus ſis & quidē paulo mox. indole iſta tua nihil eſt liberalius: nihil reſi bilius: & ut ſemel dicat̄ uel duriuſcule nihil expromittētius/ſi mō indoles appellāda eſt quæ fructus ediderit ne maturis quidē ætatibus & doctrinæ q̄uis exercitatæ deſpiciēdos. Age quātus ut audio in poeticā ſpūs: que fœlicitas: q̄ nerui/ quāta demū in oī uel ꝑcipue litteraꝝ actu nobilitas/atqꝫ ſplendor. Quid cū agis philoſophū: q̄ memoria quāta ſubti litas: que celeritas animi cū totius corporis uigore conſentiēs: ſed rapior tm̄ in laudes tu/ ās ingratis/imo uero ꝑlubēs: id. n. quiſqꝫ uult maxime: qđ inuitum & reluctantē quoqꝫ ui cōuertit ad ſe. Dabitur/ſi modo is tibi ambitus laudari a paꝝ doctis. Dabitur ꝑfecto tem pus accōmodatū magis ad hoc officii. Nunc uenio ad id & reliqua.

Ex epiſtola Iacobi antiquarii ad Angelum Politianum.

n Oli igitur longi incubatus fœtura nos in expectatiōe macerare: ſed accepto in tui nominis ſecuritatē ſponſore Pico: cuius tota uita gloriaꝝ plena eſt. a quo in amicoꝝ gregē ꝑ te receptū iri oībus uotis expeto: cuius ueſtigia ſemp

adoro: quicquid ex altilium cohorte domi naſcit̃ ſpectandum/legendũ/ediſcendũ emit/tas detéturus eos oĩs ĩ fidibus tuis: q̃ aliquo uirtutũ ſimulacro aut harmonia dicũt̃. Vale.

Angelus politianus Ioanni pico Mirandulæ ſuo. S.

a Rſi pene ſemper (nimis improbe forſitan) ſed arſi tamẽ ſemper ſtudio famæ perpetuæ: ſic ut pro nihilo ſuperſtite gloria conferetur. Sed quoniã quæ ſcribebam uix etiam uetuſtatem nominis pollicebant̃: extitiſti tu Pice qui quod ego nõ poteram: præſtiteris dedicato ſcilicet cõmentario de uno & ente (ſic enim titulum facis) in quo riuos per lyceum decurrentes & achademiam reuocas ad unũ caput. & cum philoſophia magis una quam gemina noſtram quoq; theologiã copulas: Quod igitur iam glauci gramẽ requiram uicturus eternũ per te. ſed & tecũ narrabit aũt q̃nq; poſteritas: fuiſſe olim politianũ quendã quem tãti fecerit ipſe quoq; Picus/oĩum doctrinarum lux: ut ne librum quidem nuncupare illi pulcherrimum de rebus altiſſimis dubitauerit. ago itaq; tibi gratias pro immortalitate: ſed immortales. Vale.

Marſilius Ficinus Florentinus Germano de Ganai Pariſii preſidenti. S.D.

c Ertior eſſe uis de obitu Pici Mirandulæ/tibi uidetur adhuc incerto: grauius certe dolere uis. Germane. Nam cum grauiter hactenus hoc ambiguo damno doleas: Certior profecto factus grauiſſime mox/ut puto/dolebis. Præſtabat forſan dubia quadam iactura mœrere/q̃ cruciari certa: Heu quid rogas deſideratiſſime mi germane: Ambigus equidem adhuc eſſe malim. Nec ſine lachrymis in præſentia poſſum te reddere certiorem: Superiore nouembre quo die Carolus rex francorum magnus urbem noſtram Florentiam eſt ingreſſus: Noſter Mirandula nos deſeruit: tanto ferme dolore litteratos afficiens/quãto rex interim gaudio ciuitatem: ita prouidus loci genius & populi gaudeo litteratorum gemitum compenſauit: & pro extincto philoſophico lumine/regium interea lumen accendit. Ne forſan obſcurior eo die Florentia uideretur: Mirandulanum lumen extinctum inq̃ terris: cælo redditum. Ea enim Picus hilaris ſecurritate ex hac umbra uitæ migrauit: ut ab exilio quodam in cæleſtem patriam uideretur proculdubio rediturus. Deſideras præterea ſcire quæ picus olim cõpoſuerit: uel quæ modo compoſueret. Hexameron/Apologiãq;/ac de uno & ente conſcripſit: epiſtolaſq; nonnullas: Quicquid de amore olim feruente adhuc adoleſcentia compoſuerat: iudicio deinde maturiore damnauit uoluitq; penitus aboleri: nec ſine illius iniuria edi põt. Noui equidem ultimam pii hominis uoluntatem. Nam & ætate mihi filius Picus erat/& familiaritate frater: & amore prorſus alter ego. Moliebatur quotidie tria: concordiam Ariſtotelis cum platone: Enarrationes in eloquia ſacra: Confutationes aſtrologorum: omnia quidem tam facunde q̃ ſubtiliter diſputata: Sed q̃ ſtilo luculenta: tã nouis obſcuriſq; characteribus adumbrata: ut uix ab eo legi poſſent. Itaq; nec dum abſoluta/ ab eodẽ uel recognita ſunt: nec ab aliis: niſi forte uaticinentur: exſcribi poſſunt. Nam ſi forte poſſent: nec adeo deſideraremus Picũ noſtrũ: uelut abſentẽ: nec uſq̃ ſuſpicaremur extinctũ.

Sed pius nepos eius Ioannes Franciſcus litteris & ingenio pollens/e tenebris in lucē er/uere quotidie ſtudet uitāq; patrui & geſta deſcribit. Accipe deniq; hoc in eū epigrāma noſtrū. Antiſtites ſecretiora myſteria raro admodū cōcedunt oculis ſtatimq; recondunt: ita deus mortalibus diuinū philoſophū Ioannē Picū mirandulā trigeſimo ætatis āno maturū. Vt aūt tibi nota ſit reliqua litteraꝝ iactura hoc autūno Florentiæ facta: Angelus Po/litianus noſter latina græcaq; lingua doctiſſimus: ſeptēbre ꝓximo ante Pici obitū migrauit/e uita quadrageſimo ætatis anno: ediderat iādiu miſcellanea & ſiluas & declamationes quaſdam: epiſtolaſq; nōnullas/acute quidem omnia elegāterq; cōpoſitā. Multa quoq; quotidie ad elegantiā neceſſaria incertis ſicut Picus caracteribus annotabat: ut in utroq; grauior litterarū iactura contigerit. Die. xxiii. martii. Mccccłxxxxiiii.

Marſilius Ficinus Florentinus Ioanni Franciſco Mirandulæ Concordiæ comiti. S. D.

e Piſtolam de obitu laudibuſq; Pici breuē miſi in galliam poſt diſceſſum tuū. Longas aūt ſingulareſq; Pici laudes/e multis iādiu ſcriptis me paſſim colligere licet: ex libris epiſtolaꝝ/ preſertim poſterioribus. Sunt enī duodecim iā impreſſi: ex ꝓœmio in Plotinū: ex libro de ſole: ex cōmentariis in Timeū/atq; parmenidē. Epitaphiū in eū accipe. Antiſtites ſecretiora myſteria raro admodū concedūt oculis: ſtatimq; recondūt. Ita deus mortalibus diuinū philoſophū Ioannē Picum Mirandulā trigeſimo ætatis anno matuꝝ. Hucuſq; ſit epitaphiū. Deus oīa Ioanni Pico/animi corporiſq; fortunæ bona cumulatiſſima dediſſe uideť. Si modo longius uitæ ſpacium cōceſſiſſet. Sed neq; in hoc ſas eſt prouidentiā incuſare. Nam ſi deus illū breuiſſimo tpe ſupra naturæ uires perduxerat iam ad ſummū: ad melius ꝓgredi forte nō poterat. In eodem uero cōſiſtere mobilitas naturæ nō patitur. Ad deterius uero relabi uirtus cōſumata: nō tolleret. Sed hæc cæteraq; id genus ipſe in uita Pici melius latiuſq; ſcripſiſti/non tā ut illuſtrares ipm: Quis enim addiderit ſoli lumē: q̄ ut occulta quidem illius opera ſed luce digniſſima diſcuſſis nubibus ſerenares. Tuam igitur in patruū tantū pietatē & mortales mirifice commendabunt: Et deus non mediocribus dignam præmiis iudicabit.

Die primo nouembris. Mccccłxxxxv.

Duodecim regulæ Ioannis Pici Mirandulæ partim excitantes partim dirigentes homines in ſpirituali pugna.

Prima regula: ſi homini uideť dura uia uirtutis: quia cōtinue oportet nos pugnare aduerſus carnem/& diabolū/& mundū: Recordetur q̄ quācunq; elegerit uitam etiā ſecundum mundū multa illi aduerſa: triſtia: incōmoda: laborioſa: patienda ſunt.

Secunda regula recordeť q̄ in rebus mundi diutius pugnatur. & laborioſius & infructuoſius: in quibus labor eſt finis laboris: & tandem pena æterna.

Tertia regula recordetur ſtultum eſſe credere ad cælum poſſe peruenire/niſi per huiuſmodi pugnam/ſicut & caput noſtrum chriſtus nō aſcendit in cælum niſi per crucem: nec debet ſerui cōditio melior eſſe conditione domini.

Quarta regula recordet̃ non ſolum eſſe ægreferendã hanc pugnã: ſed optandã/ etiã ſi nullum inde nobis præmium pueniret: ſolũ ut conformemur xp̃o deo & dño noſtro: & quotiens reſiſtendo alicui tentationi: alicui ex ſenſibus tuis uim ſacis cogita cuinam par/ti crucis xp̃i cõformis reddaris: ut qñ gulæ reſiſtens guſtũ affligis: recordare illũ felle po/tatum & aceto: Quãdo manus retrahis a rapina alicuius rei quæ tibi placet/ cogita ma/nus illius pro te ligno crucis affixas: & ſi reſiſtis ſuperbiæ recordare illũ/ qui cũ in forma dei eſſet ꝓ te formã ſerui accepiſſe & humiliatũ uſqꝫ ad mortẽ crucis: & cum de ira tenta/ris/ recordare illũ qui deus erat/ & oĩum hominũ iuſtiſſimus/ cũ ſe tamẽ uideret quaſi la/tronẽ & illud/ & cõſpui/ & flagellari/ & obrobiis oĩbus affici: & cũ latronibus deputari: nullum tñ unq̃ aut iræ aut indignationis ſignum oſtendit: ſed patiẽtiſſime oĩa ferens oĩ/bus manſuetiſſime reſpondebat: & ſic diſcurrendo per ſingula/ inuenias nullã eſſe paſſio nem quæ te xp̃o aliqua ex parte conformem non efficiat.

Quinta regula: ꝙ in illis duodecim armis nec in quocunqꝫ alio humano remedio cõ fidas: ſed in ſola uirtute Ieſu chriſti qui dixi confidite ego uici mũdum: & alibi: Princeps mundi huius eiicitur foras: quare & nos ſola eius uirtute confidamus: & mundum poſſe uincere: & diabolum ſuperare: Et ideo debemus ſemper petere eius auxilium per oratio nem & ſanctorum ſuorum.

Sexta regula: recordare cum unam uiciſti tentationem ſemper aliam eſſe expectandã: quia diabolus ſemper circuit quem deuoret: quare oportet ſemper ſeruire in timore & di cere cum propheta ſuper cuſtodiam meã ſtabo.

Septima regula: ut nõ ſolum non uincaris a diabolo quũ te tentat. Sed ut uincas ip̃m & hoc eſt quando nõ ſolum nõ peccas: ſed ex ea re unde te tentauerat occaſionem ſumis alicuius boni: ut ſi opus ſuum bonum aliquod tibi offert: ut inde in uanam gloriam inci/das: tu illud ſtatim non ut opus tuum: ſed ut beneficium dei cogitans humilias te & iudi cas parum gratum te eſſe deo de beneficiis eius.

Ooctaua regula: ut quũ pugnas quaſi uincendo deinde perpetuã pacẽ habiturus: quia forte hoc tibi dabit deus ex gratia ſua: & diabolus amplius nõ redibit confuſus de tua ui/ctoria: ſed quum uiciſti geras te quaſi mox pugnaturus ut in pugna ſemp uictoriæ: & in uictoria ſemper ſis memor pugnæ.

Nona regula: ut quãuis te ſentias undiqꝫ benemunitũ & paratũ/ ſemp tamẽ fugias oc/caſiones peccandi/ quia ut dicit ſapiens qui amat periculũ peribit in illo.

Decima regula/ ut in tentationibus in principio occurras & allidas paruulos babilo/nis ad petrã. Petra aũt eſt xp̃s/ qa ſero medicia parat̃ quũ mala ꝑ lõgas cõualuere moras

Vndecima regula recordare ꝙ licet in ipſo cõflictu tentationis amara uideat̃ pugna/ tamen longe dulcius eſt uincere tentationem q̃ ire ad peccatum ad qđ te inclinat/ & in hoc multi decipiuntur quia nõ cõparant dulcedinem uictoriæ dulcedini peccati. Sed cõ/parant pugnã uoluptati/ & tamen homo qui millies expertus eſt quid ſit cedere tentatio ni deberet ſemel ſaltem experiri quid ſit uincere tentationem.

Duodecima regula ꝓpterea ꝙ tentaris ne credas te a deo derelictum: aut deo parum gratũ eſſe/ aut parum iuſtum & perfectum. memor ſis ꝙ poſtq̃ Paulus uidit diuinã eſſen/tiam patiebat̃ tentationem carnis. qua permittebat deus eũ tentari. ne de ſuperbia tenta retur: in quo etiam homo debet aduertere ꝙ Paulus qui erat uas electionis & raptus uſqꝫ

ad tertium cælum: tamen erat in periculo ne de ſuis uirtutibus ſuperbiret: ſicut ipſe dicit de ſe/ne magnitudo reuelationum extolleret me datus eſt mihi ſtimulus carnis meæ qui me colaphizet. Quare ſuper omnes tentationes homo debet maxime ſe munire contra tentationem ſuperbiæ quia radix oīum malorum ſuperbia eſt contra quod unicum remedium eſt cogitare ſemper ꝙ deus ſe humiliauit pro nobis uſq; ad crucem. & mors nos uel inuitos eouſq; nos humiliabit ut ſimus eſca uermium.

Duodecim arma ſpiritualis pugnæ quæ in promptu haberi debent cum peccandi libido mentem ſubdit.

Voluptas breuis & exigua.
Comites faſtidium & anxietas:
Iactura maioris boni.
Vita ſomnius & umbra.
Mors inſtans & improuiſa.
Suſpitio impœnitentiæ.
Aeternũ præmium: æterna pena:
Hominis dignitas & natura.
Pax bonæ mentis.
Dei beneficia.
Crux chriſti.
Teſtimonia martyrum & exempla ſanctorum.

Duodecim conditiones amantis.

Amare unum tantum & contemnere omnia pro eo:
Infœlicem putare eum qui non eſt cum amato.
Omnia pati ut cum illo ſit/etiam mortem.
Ornare ſe ut illi placeat.
Eſſe cum illo quomodo poteſt: & ſi non re ſaltem cogitatione:
Amare omnia quæ ad eum attinent: amicos omnes. domus: ueſtes: imagines.
Cupere laudes nec poſſe pati aliquam eius ignominiam.
De eo credere omnia ſumma/idemq; cupere ut omnes credant.
Optare etiam pro eo pati aliquod incõmodum & dulce eſſe illud incõmodum.
Flere cum eo ſæpe/uel ſi abſens ex dolore: uel ſi præſens ex lætitia.
Semper languere ſemp ardere eius deſiderio.
Seruire illi nihil cogitando de præmio aut mercede. Solemus aũt ad hoc induci præcipue ex tribus cauſis. Prima eſt qñ ſeruitium ipm p ſe eſt appetibile: Secunda qñ ille cui ſeruimus eſt in ſe ualde bonus & amaliis: ſicut ſolemus dicere ſeruimus illi pp ſuas uirtutes Tertia eſt qñ ille prius ꝙ inciperes multa tibi beneficia contulit: & hæc tria ſũt in duo: qa p ſeruitio eius nihil nouiter accipitur qđ nõ ſit nobis bonum: & quo ad animam & quo ad corpus: quia ſeruire ei non eſt aliud ꝙ tendere ad eũ hoc eſt ad ſummũ bonũ. Similiter ipſe eſt optimus & pulcherrimus & ſapientiſſimus: & habet oẽs cõditiones quæ ſolẽt

ut amabilis

nos mouere ad amandũ aliquem & ſeruiendũ ei gratis:& in nos contulit ſumma benefi cia cum nos/& ex nihilo creauerit:& per ſanguinem filii ſui ab inferno redemerit.

CONSERVA me domine. Expoſitio pſalmi

Siquis perfectus uult recognoſcere ſtatũ ſuum/unũ habet piculum ne de ſua uirtute ſuperbiat. Ideo Dauid loquens in pſona iuſti de ſtatu incipit ab hoc uerbo:cõſerua me/qđ recte cõſideratũ omnẽ amouet occaſionẽ ſupbiæ:nã qui põt aliquid ex acqrere/põt & illud ex ſe ſibi cõſeruare. Qui ergo petit a deo cõſeruari in ſtatu uirtutis ſignificat p hoc ꝙ nec a principio ipſam uirtutẽ ex ſe acqſiuit:qui aũt recordat̃ uirtutẽ ſe cõſecutũ/nõ uirtute propria/ſed uirtute dei nõ poteſt de ea ſuperbire/ſed magis humiliari coram deo iuxta illud Apoſtoli. Quid habes ꝙ nõ accepiſti.& ſi accepiſti q gloriaris.quaſi non acceperis.duo ſunt ergo uerba quæ ſemp habere debemus in ore:alterũ.ſ.miſerere mei deus:cũ.ſ.recordamur peccatorum. Alterum eſt. Cõſerua me deus.ſ.cum recordamur uirtutum.

QVONIAM ſperaui in te.

Hæc una res eſt quæ facit nos a deo impetrare qđ petimus:quũ.ſ.nos impetraturos ſperamus. Et ſi duas has cõditiones obſeruabimus:ut nunq̃ petamus a deo niſi ea quæ nobis ſunt ſalutaria:& ut id qđ petimus ardẽter petamus cũ firma ſpe ꝙ deus nos exaudiat nunq̃ erunt irritæ orationes noſtræ. Quũ igit̃ non impetramus eſt aut ꝙ illud nobis eſt noxium/neſcimus enim quid petimus:ut inquit chriſtus/& Ieſus dixit quicquid petieritis in nomine meo dabit̃ uobis.hoc eni nomẽ Ieſus ſaluatorem ſignificas:& ideo nihil petitur in noĩe Ieſu niſi quod eſt ad ſalutẽ ipſi petenti. Aut nõ exaudit:quia ſi bona petimus nõ enim bene petimus hoc eſt cum parua ſpe:qui aũt timide ſperat/frigide petit:ideo dicebat Iacobus:poſtulet autem in fide nihil hæſitans:

DIXI domino deus meus es tu.

Poſtquã muniuit ſe cõtra ſuperbiã incipit deſcribere ſtatũ ſuum. Totus autem ſtatus iuſti conſiſtit in hoc uerbo:Dixi domino deus meus es tu. Qđ uerbũ licet uideat̃ fere omnibus cõmune:pauci tamẽ ſunt qui illud poſſint uere dicere: Illud enim quis habet ꝓ deo quod habet ꝓ ſummo bono:& illud habemus pro ſummo bono/quo ſolo habito ſi cætera deſint putamus nos eſſe fœlices:& quod unũ ſi deſit ẽt ſi habeamus oĩa alia bona putamus eſſe miſeros dicit igit̃ auarus pecuniæ. Deus meus es tu:quia ẽt ſi ei deſit honor & ſanitas:& uirtus:& amici:modo pecuniam habeat contẽtus eſt. Et ſi habeat omnia illa bona quæ diximus & pecuniã deſit/putat ſe eſſe infœlicem. Guloſus item crapulæ: & incontinens libidini:& ambitioſus imperius ſiue gloriæ dicit. Deus meus es tu: Vide igit̃ q̃ pauci poſſint dicere. Dixi dño deus meus es tu qa ille ſolus hoc põt cui ſolus deus ſufficit: ita ut ſi ei ꝓponantur omnia regna mundi/& cæleſtia omnia:& terrena bona: non tamẽ ut illa conſequeretur uel ſemel deum offenderet: hoc igitur dicto conſiſtit totus ſtatus hominis iuſti.

QVONIAM bonorum meorum non eges.

Reddit rationem propoſiti ſui:quare.ſ.ſoli domino dicat:Deus meus es tu. Ratio autẽ quoniam ſolus deus bonis noſtris nõ eget:nulla enim creatura eſt quæ nõ indigeat aliis creaturis q̃ ea imperfectionibus ut probant philoſophi & theologi:quia ſi ille nõ eſſent: iſta non eſſent:quia deſtructa una parte uniuerſi deſtruitur totum uniuerſum: deſtructo

autem deſtruũtur omnes partes/omnes autem creaturæ ſunt partes unius uniuerſi/cuius uniuerſi ipſe deus non pars eſt:ſed principium nihil ab eo dependens nihil enim acqui/ſiuit deus ex hoc ꝙ creauit: mundum:& nihil perderet ſi totus mundus ãnihilaret̃.Solus ergo deus bonoꝝ noſtroꝝ non eget.Debemus autem erubeſcere illum habere ꝓ deo qui bonis ĩdiget noſtris:qualis ẽ omnis creatura.Præterea nõ debemus habere ꝓ deo hoc eſt pro ſummo bono niſi illud in quo eſt ſummum bonũ:in nulla autem creatura eſt omne bonum.Soli igitur domino debemus dicere:Deus meus es tu.

SANCTIS qui ſunt in terra eius.

Poſt deum maxime debemus amare illos qui ſunt deo maxime coniuncti:quales ſunt angeli & beati in patria:ideo poſtquã dixit domino:Deus meus es tu ſubdit ꝙ deus.

MIRIFICAVIT uoluntates ſuas.

Hoc eſt mirabiles fecit amores eius & deſideria eius erga ſanctos qui ſunt in terra eius: hoc eſt in cæleſti patria quæ dicitur terra dei & terra uiuentium: & uere ſi conſideremus quanta ſit illius patriæ fœlicitas.quantaq; huius mundi miſeria/quanta ciuium illorum bonitas & charitas deſiderabimus ſemper hinc diſcedere ut illic habitemus.Hæc autem & ſiſia cũ meditamur illud ſemp curare debemus ne infructuoſæ ſint meditatiões noſtre. Sed ex qualibet meditatione aliquam ſemper acquirere uirtutem debemus: ut ex hoc ui/delicet de bonitate illius patriæ ſuperioris debemus acquirere uirtutem hanc ut mortem non ſolum fortiter feramus & patiẽter cum uenerit hora noſtra:aut ſi pro fide chriſti no/bis obeunda ſit:Sed ultro etiam eum appetamus cupientes.ſ.ex hac ualle miſeriarum diſcedere ut in illa fœlici patria cum deo & ſanctis eius regnemus.Cum ergo iuſtus deſcri/pſit ſtatum ſuũ qui totus eſt in affectu erga deum & diuina deſpicitq; ex alto ſtatum hominum malorum:& dicit.

MVLTIPLICATAE ſunt infirmitates eorum.

Per infirmitates autem intelligit idola:& ita habet textus hæbreus. ſicut eñi bonus unũ habet deũ quẽ colit/ita mali multos habẽt deos & idola:quia multas.ſ.uoluptates:multa deſideria uana paſſiones diuerſa quibus ſeruiunt:ideo autẽ multas quærunt uolupta/tes:quia nullam inueniunt quæ eos quietet:& ideo in circuitu imperii ambulant:& ſub/dit poſtea acclamauerunt:quia.ſ.poſt ſua deſideria præcipites ruunt & incõſiderate. un/de edocemur ut nõ minus ipſi celeriter curremus ad uirtutes ꝙ ipſi currant ad uitiũ/ nec domino noſtro minus diligenter ipſi ſeruiamus/ꝙ ipſi ſeruiant domino ſuo diabolo. Iuſtus autem conſiderans ſtatum malorum proponit firmiter ſicut & nos ſemp debemus facere/nullo modo uelle eos ſequi:& dicit.

NON congregabo conuenticulam eoꝝ de ſanguinibus/nec memor ero nominum.

Dicit autem de ſanguinibus/tum quia idolatræ ſolebãt collecto ſanguine uictimaꝝ cir/ca eum ſuas agere cerimonias tumquia tota uita malorum relicta ratione ſenſualitatem ſequitur quæ in ſanguine ſita eſt.Dixit autem ꝙ nõ ſolum uult ſacrificare idolis/ ſed nec nominare ea/quod tantum dici & fieri poteſt oſtendens per hoc ꝙ non ſolum homo ꝑ/fectus debet abſtinere ab illicitis uoluptatibus ſed etiam a licitis ut magis totus ferat̃ in cælum/& contemplationi diuinorum purius uacet/& quia aliquis poſſet credere ꝙ eſſet ſtultitia priuare ſe omni uoluptate ſubdit.

DOMINVS pars hæreditatis meæ.

Quaſi dicat non mireris ſi omnia alia relinquo/ut deum poſſideam in quo etiam alia denique bona poſſidentur:debet hæc eſſe uox cuiuſlibet boni chriſtiani: Dominus pars hæreditatis meæ:quia nos chriſtiani quibus deus ipſe pro hæreditate promittitur: debe//mus erubeſcere aliquid præter ipſum deſyderare:& quia poſſet uideri alicui præſumptio audere hæc ſibi promittere:idem ſubdit.

TV ES qui reſtituis hereditatem meam mihi.

Quaſi dicat domine deus meus bene ſcio ꝙ cũ nihil ſim reſpectu tui uiribus meis nõ poſ ſum aſcendere ad te poſſidendum.Sed tu es qui trahes me ad te per gratiam tuam: & tu es qui teipſum dabis mihi poſſidendum:conſideret deinde iuſtus quanta ſit hæc fœlici//tas ut ei deus pro hæreditate contigerit:ſubdit.

FVNES ceciderunt mihi in præclaris.

Partes enim & ſortes antiquitus per funes diuidebantur:& quoniam multi ſunt qui licet ad hanc fœlicitatem ſint uocati ſicut ſunt omnes chriſtiani/ipſam tamen nihil faciũt: ut pote pro leui ſæpe uoluptate commutant:ideo ſubdit.

HAEREditas mea præclara eſt mihi.

Quaſi dicat ſicut ipſa eſt præclara:ita ego eam præclaram reputo:&omnia alia reſpectu eius:ut dicebat Paulus:ſicut ſtercora reputo:quoniam autẽ habere hoc lumẽ intellectus: ut homo cognoſcat fœlicitatem ſibi adeo datam donum dei:& ideo ſubdit.

BENEDICAM dominum qui tribuit intellectum.

Quoniam autem ſæpe homo iudicat ſecũdum rationẽ ſeruire deo:ſenſualitas autem & caro repugnant tunc aũt homo perfectus eſt:ut non ſolum anima eius ſed & caro in deũ ferunt:iuxta illud.Cor meum & caro mea exultauerunt in deum uiuum:ideo ſubdit.

ET VSQuæ ad noctem increpuerunt me renes mei.

Ideſt renes ipſi in quibus maxima ſolet eſſe inclinatio ad concupiſcentiã non ſolum incli nant me ad malum/ſed potius increpant:hoc eſt retrahunt etiam uſq; ad noctem ideſt eo uſq; ut etiam ipſi ultro proprium corpus affligant.Afflictio enim ſæpe per noctẽ ſolet de/ ſignari:oſtendit deinde quæ ſit radix tante priuationis:& dicit.

PROVidebam deum ſemper in conſpectu meo.

Nam ſi quis deum ſemper haberet ante oculos pro regula omniũ operationum ſuarum: & in omnibus operationibus ſuis:nec propriam utilitatem:nec gloriam:nec uoluptatem quæreret:ſed ſolum ut deo placeret breui perfectus euaderet:& quia qui ita agit ſemper in omnibus proſperatur:ideo dicit.

IPSE a dextris eſt mihi ne commouear.

Oſtendit deinde quanta ſit fœlicitas iuſti uiri:quia ſcilicet erit in æternum fœlix & in ani ma & in corpore:ideo ſubdit propter hæc.

LAETandum eſt cor meum.

Ideſt anima mea læta eſt ſciens poſt mortem ſibi cælum eſſe paratum.

ET CARO mea requieſcet in ſpe.

Ideſt quamuis ipſa non lætetur: quaſi acceptura ſtatim poſt mortem ſtatum ſuum: requieſcit tamen in ſepultura cum hac ſpe ꝙ reſurget in die iudicii cum anima ſua

immortalis & ſplendidiſſima:& hoc totum declarat in ſequenti uerſiculo:nam quia dixe rat ꝙ anima lætabatur:ſubdit rationem.

QVIA non derelinquet animam in inferno.

Et quia dixerat ꝙ caro requieſcebat in ſpe:ſubdit rationem dicens.

NEC DAbis ſanctum tuum uidere corruptionem.

Quia ſiue & ꝙ fuit corruptibile reſurget incorruptibile:& qa christus fuit primus qui intrauit paradiſum:& nobis uitã aperuit/& fuit primus qui reſurrexit:& reſurrectio eius eſt cauſa noſtræ reſurrectionis:ideo iſta quæ diximus de reſurrectione principaliter de chriſti intelliguntur/ſicut declarauit Petrus apoſtolus:& ſecundario intelligi poſſunt de nobis inquantum ſumus membra chriſti/qui ſolus nõ uidit corruptionem/quia corpus eius in ſepulchro putrefactum non fuit:qm̃ igitur uia bene uiuendi ducit nos ad perpetuam uitã animæ & corporis:ideo ſubdit.

NOTAS mihi feciſti uias uitæ.

Et quia tota fœlicitas huius uitæ conſiſtit in aperta uiſione & fruitione dei non ſubdit.

ADIMPLEbis me leticiæ cum uultu tuo.

Et quia fœlicitas in æternum durabit:ideo ſubdit.

DELECTAtiones in dextera tua uſq; infinem.

Dicit autem in dextera tua:quia fœlicitas noſtra completur in uiſione & fruitione huma nitatis chriſti qui ſedet in dextera maieſtatis in excelſis:iuxta illud Ioannis.

Hæc eſt tota merces ut uideamus deum & quem miſiſti ieſum chriſtum.

Finis

Matheus Boſſus canonicus regularis uir doctus & eloquẽs in ꝓemio ſuaꝝ recuperationũ feſulanarũ de quodã ſuo dialogo prius edito uerba faciẽs ad Io. medicẽ cardinalẽ ſanctę romanæ eccleſiæ ita inqt. Cũ eodẽ ipo Pollitiano nec inuitus legit ſemel & pluries ad calcẽ uſq; inſignis & clariſſimus Io. miran. cuius igeniũ ſup humana oi phariãq; doctrinã oẽs obſtupeſcũt & a cuius itegritate animiq; nitore oĩs abeſt halucinatio palpanſq; cõſenſio.

Ex epiſtola Angeli politiani ad picum qua defendit locos ab Hermalo damnatos in ſuis commentationibus.

Quo circa tu mihi nunc adeundus mi pice doctiorũ omnium doctiſſimus non quidẽ ut iudex ſed arbiter honorarius qui uidelicet inter amicos diſceptantes litem dirimas.

Baccius Vgolinus: Roberto ſaluiato: S.

m Eritoto te Roberte docti diligũt:quos miro quodã ardore coluiſti ſemper/ & ſtudioſi oẽs amatit:quos nõ modo opera ſed & impẽſa iuuas/ut cõmodius ꝓficiant:ego uero & ſi nec doctis/nec ſtudioſis quidẽ atnumerãdus/plurimum tamẽ tibi debere me fateor:ꝙ per te nobis uel remotioribus copia facta ſit diuini admodũ operis editi nuper a pico mirandula uiro ſane præ omnibus:qui ſint. quiq; fuerint admirãdo. quẽ recte nõ iam picũ/ſed ſuã uocat phenicẽ in ſacra medicũ lauro nidificantem pollitianus meus/aliud ætatis miraculum. Illius tu librũ de ſeptiformi ſex dierũ geneſeos enarratione ueræ philoſophiæ & chriſtiane religionis augmentũ magno laurẽtio medici patrono meo dicatũ cum diligentiſſime imprimendũ tum ad loca diuerſa/ac

 

diſtātia trāſmittēdū/& plurimis eius lectiōis pcupidis/uel gratis habēdū curaſti: Quos inter/& mihi cõtingit/per uictoriū caianū tuū hominē/multi ioci/multaq; ſuauitate aſperſum/& ſalibus/optato hoc munere potiri/hoc tuū in uiros claros ſtudiū/hāc in oēs uirtutis amatores officioſā liberalitatē:qui nō laudet & gratiore affectu pſequat̃.Is ab omnni humanitate diſcors/& a litterarū cõſuetudine alienus pculdubio eſt habēdus/nō .n. publicæ utilitati cõſuli amātius/rectius celeriuſue potuit. Quare hoc apprime tibi eē explo ratum ueli:haud tenui mercede ſumpſiſſe te huiuſmodi puinciā:cū inde & bonorū gratiam:& nō mediocrē gloriā ſis cõſequutus.Vale.Neapoli.vii.kal.aprilis.Mcccclxxxx.

I.Iunianus maius Roberto ſaluiato.S.D.

q Vod Ioannis pici mirandulæ diuinū opus/non minori cura imprimendū curaſti/ꝙ ille confecit & tuæ plurimū gratiarum diligentiæ/& illius diuinæ doctrinæ habendum puto.Tibi ꝙ tam ſublime opus inter tenebrarum obliuia delitescere paſſus non ſis:qui una opera & amici perpetuitati/& comuni omniū utilitati conſuluiſti.Illi autē ꝙ neq; priſcorū uirorum auctoritate uel ſanctitate:qui hæc eadē enarrarunt deterritus/neq; aliorū inſectatus ueſtigia ſuo quodā lumine/illa eadem colluſtrauit.Nam cum primū tam recõditū/& a multorū cognitione remotū opus ad meas peruenit manus diligentius id legere cepi:quod nō modo cum admiratione attulit uoluptatē uerum etiā & eo ſublimitatis contēplantē euexit animum:ut neq; admirabilius neq; enu elcatius quid unꝙ uiderim/aut audiuerim:Quippe cuius ingeniū ſupra cæterorum acumina præſtat:ſcientiarū indaginem incredibilem callet/& rerum omniū cognitionem ſupra ꝙ credibile ſit iam habet.Iſtac præſertim ætate qua paululū pubertatē egreſſus:tantā rerum noticiam adeptus eſt:ꝙ tam etiā doctiſſimus & ætate prouectis attingere nō licuit: Quapropter omniū bonarū artium/atq; ſciarum ſacrū domiciliū/& noſtri ſeculi miraculum nominare uerebor nunꝙ:pſertim cū operis recõditos ſenſus a paucis hominibus excogitatos rerū pgreſſus naturæ & dei pateſacta latibula & tandē ſummi opificis arcanas opes iam in ppatulū editas accuratius lego:quo quid admirabilius unꝙ audiuerim ignoro:aut quid altius legerim neſcio.Cū philoſophos inter & Moſen:qui diuerſo inter ſe itinere rerum opificū contexebant iam pacē initam & naturæ & dei quædam cõiuncta federa ſine controuerſia compræhendant:ſed hoc altius repetendum/atq; uerboſius explicandum in aliud tēpus reſeruo.Venio ad te mi roberte uir quidē egregie :quem ex tuis ſcriptis unice diligo:quæ ꝙuis paucula ſint/tamē tale tuæ uirtutis ſpecimē oſtendunt ut non minorem prouenturā ingenii frugē/ꝙ gratiorē nunc floſculorū ſpem offerunt/polliceantur.Sic itaq; tuū ſcito Iunianū & ſi qua deinceps de tuis ad me ſcriptis dederis/nō minus tuarum rerū præconem/ꝙ ob id ipſum tui amatorē ſcias.Victorius itaq; tuam prædicat ingenii præſtantiā:tuamq; harū litterarū eruditam humanitatē/ut eadē cupere puocer & prædicare.Vnū tamē rogo ut quem uictorius blandis hortationibus ad amandum inuitauit/tu tua humanitate quā pfiteris & amplecteris/proſequi nō deſiſtas. Quo circa meam excitabis deſidiam/ut ſepius ad te ſcribā:modo noſtra nō aſperneris.& ſi ex uerbis noſtri uictoni meā non poſthabeas aimiciciā neceſſitudinis uinculo ad te omni officio pſequendum puocabis.Nihil eſt enim qd̃ malim ꝙ cum ingenuis & doctis uiris mu/

tuo amore & litterarum mutatione concertare. Tuum mirandulã: quẽ humanitatis colu men prædicas: & ipſe naturæ delicias appellare audeo: mihi a ſe amari cupienti amicum reddas & ſaluum ex me dicas. Vale Neapoli, pridie. no. Iunii. M.cccclxxxx.

Ex Miſellaneorum Angeli politiani proemio.

De iſto enĩ præ cunctis admirando/non pico iam: ſed (ut ipſe appellare ſoleo) phœnice potius qui nunc in tua Lauru nidificat: tanta mea quidem expectatio eſt: ut auſim Proper//tio ſuccinere. cedite romani ſcriptores cedite grai.

Item ex capite eiuſdem operis. xiiii.

Vt idem & comperit & oſtendit Ioannes picus mirandula meus unus omnium prorſus ab omni parte beatiſſimus: in opere ſingulari atq; admirando/quo ſpalmus a ſeptuagin/ta uerſos iſto notarum præcipue argumento docet hebraicæ ueritati reſpondere. Ne iam inſultare iudæus aut obiicere poſſit ea nos in templo ſingulis canere horis quæ ne ipſi quidem ſatis uerſa fideliter exiſtimemus.

Item ex capite eiuſdem operis. Lxxxx.

Qualis eſt item Ioannes picus hic meus e mirandulanis principibus/abſolutiſſimũ na/turæ opus/a quo philoſophia latine iam meditans loqui ſummũ puto faſtigium accipiet

Item ex capite eiuſdem operis. Lxxxxiiii.

Percurrimus aliquando ego & picus hic mirandula nunquã ſatis homo laudatus ſuc ſiciuis horis antiquos enarratores inſtrumenti ſacri ueteris/grecos maxime Diodorum: philonem Gennandium: Aquilam: Origenem: Baſilium: Didimum. Iſidorum Apolinarem Seuerianum/alios id genus compluris/quorum ille ſicutique latinorum ſententias om/nes/quam diligentiſſime cum iudeorum/& caldeorum interpratum conferrens opinio/nibus/nihil non euentilat & penſiculat: unde modo/aut ueritas elici: aut obſcuritas tolli aut roborari fides: aut reſelli poſſit impietas.

Ex libro de ſcriptoribus eccleſiaſticis Ioannis abbatis ſpanhemenſis.

Ioannes picus natione italus/comes mirandulæ/& concordiæ dominus: uir omnis bone litteraturæ ſtudioſiſſimus/& ſicut præclaro ſanguine: ita diuino admodum ingenio nobiliſſimus: magna familiæ omnigenum artium ſtipatus caterua: dignus & optime meritus: cuius profectionem muſæ ſequantur: doctiſſimus noſtra ætate philoſophus eſt/atque diſputator acerrimus. Scripſit ſtillo elegantiſſimo nonnulla/quæ ætas noſtra tum compro/bare tum uel maxime admirari habebit: quibus nominis & gloriæ ſuæ memoriam nõ in/dignæ ſempiternam reddidit.

Ex compendio reuelationum doctiſſimi/& ſanctiſſimi uiri fratris Hieronymi ſauonaro/læ ferrarienſis ordinis prædicatorum.

Comes Ioannes mirandulanus uir temporibus noſtris ingenio & multiplici doctrina ſingularis.

Ex ſecundo commentario in Propertium doctiſſimi ac eloquentiſſimi uiri Philippi beroaldi bononienſis: ſuper illo uerſu/ nõ tot achemeniis; & cætera. ſuſa pro etruſca ſcriptũ legi in codice Ioannis pici mirandulani: qui uir eſt ſeculorum memoria dignus: qui mul/tiiugis diſciplinis præditus: exornat ætatis noſtre gloriam: cui accommodari poteſt illud quod de Varrone ſcripſit Terentianus/uir doctiſſimus undecunq; picus: qui te Mine mi/utpote eruditum erudiſſimus/nobilem nobiliſſimus non ſolum diligit/ſed uehementer

 

amat:qui de te honorifice loquitur/& optime ſentit hic poſt ſeueriora ſtudia in propertii lectione tanquã amænißimo diuerſorio requieſcere conſueuit/& mihi hunc locum ita le/genti adſtipulatus oſtenditque in ſuo codice ſuſa ſcriptum eſſe non ethruſca & cætera:

FINIS.

Opuſcula hæc Ioannis Pici Mirandulæ Concordiæ Comitis. Diligenter impræſſit Bene/dictus Hectoris Bononien. adhibita pro uiribus ſolertia & diligẽtia ne abarchetypo ab/erraret: Bononiæ Anno Salutis. Mcccclxxxxvi. die uero. xx. Martii.

Regiſtrum huius operis.

| | | | | |
|---|---|---|---|---|
| A | F | L | Q | X |
| Commentationes | lecte ſunt | tia panis | dex examinare | laturus |
| IOANNIS | gem imple/ | eſſe ſub | tu obiicis | meſue |
| quod multi | Sed ut ali | mini ex | nium ferat | ſi quod uos |
| B | G | M | R | Y |
| ſiue aduerſus | ſucceßioni | Origenis | Præterea | cui neq; |
| noniam | ſententia | reſpondero | contra diffini | Ioannes |
| cere exquibus | per modum | arbores | dictionis | fortuito |
| C | H | N | S | Z |
| uincuntur | ima immo | ſcripſerit | deum ſecum | Secum |
| EXPOSITIO | anima latro | bibetis unde | morte patrui | terris |
| terit ut | ſex dies non | eſt quæſitũ | creatis rebus | & obſeruã |
| D | I | O | T | AA |
| terra in anis | QVESTIO | qualitatem | piam ſententia | officiis |
| tum & aridam | imagini | meis conclu | buuntur | modum |
| Priuſq; | tum eſſe | Octaua | deus autem | culio tuo |
| E | K | P | V | BB |
| re.p. improbi | ronymus | turum ut | & dialeticam | iam nunc |
| cies affinitatis | Nazanzenũ | ut deus | tem eiici | adoro |
| ſciolos quoſdam | ritalem | uerſari | aliquid niſi | Quarta |
| | | | | nos moue |

BIBLIOTECA NACIONAL

ARQUIVO NACIONAL DA TORRE DO TOMBO

Inc.
1502